AGRIPPA
de
NETTESHEIM

1531



77K

N.I.p
16

DR. ERNST DARMSTAEDTER
No. 33
COLLECTION

Agrippa

Dr Ernst Darmstaedter

10028

HENRICI CORNELII AGRIPPAE AB

Nettesheym, ſplēdidiſſimę nobilitatis Viri, & armatæ militiæ Equitis aurati, ac LL. Doctoris, ſacrę Cæſareę Maieſtatis a cōſiliis, & archiuis Indiciarii, de Incertitudine & Vanitate Scientiarū & Artium, atq; excellentia Verbi Dei, declamatio.

Apud Florentiſſimam Antuerpiam.

1531

Ad Lectorem.

Inter Diuos nullos non capit Momus:
Inter Heroas mõſtra queq; iſectatur Hercules:
Inter Dęmonas rex Erebi Pluto iraſcitur omni-
bus Vmbris:
Inter Philoſophos ridet omnia Democritus:
Contra, deflet cuncta Heraclitus:
Neſcit quęq; Pyrrhias:
Et ſcire ſe putat omnia Ariſtoteles:
Contemnit cuncta Diogenes:
Nullis heic parcit Agrippa,
Contemnit: ſcit, neſcit: flet, ridet: iraſcitur, inſe-
ctatur: capit omnia:
Ipſe philoſoph[illegible]s, deus, & omnia.

[illegible]ima vita.

WELLCOME LIBRARY INSTITUTE

¶SPECTABILI VIRO DOMINO Auguſtino Furnario ciui Genuenſi, Henricus Cornelius Agrippa ab Netteſheym. P. S. D.

COgitanti mihi integerrime Auguſtine (qui bene merendi ſtudio me tibi perpetuo debendæ gratiæ reum effeciſti) quo cultu, qua veneratione, quo pignore, quaue ingenij induſtria tibi hanc animi mei obſeruantiam teſtarer, Animus erat te pulchro aliquo & magno (quãdo tu pulcherrimis maximiſque digniſſimus) munere adornare, ac cum ornatiſſima ſermonis integritate, tum locupletiſſima rerum dignitate, grauiſſimoque ſententiarum pondere, tibi de penitiſſimis vtriuſque diuinæ & humanę literaturę libros offerre: verũ cum ego tanto animo meo, cum doctrina & ingenio longe ſim inferior, tum dicẽdi facundia ſermoniſque elegantia illum remoto greſſu ſequor, nõ habeo in mei ingenij ſupellectile, quod pręſtare poſſim, prętter inſignem ignorantiam, ipſunqꝫ iacet ingenium fortunę meę indignatione deiectum, adeo vt ex ipſa indignatione ferme cum Troiana illa Hecuba verſus ſim in Canem, ac nullarum viriũ ſim ad bene dicendum, nil amplius memini niſi mordere, oblatrare, maledicere, conuitiari, atque

ſic adfectus,ſcripſi his diebus volumen ſatis amplum, cui de Incertitudine & Vanitate Scientiarum titulum feci:in quo ſic vniuerſę illi ſcientiarum atq; artium Gigātomachię oblatraui,ſic omnes illos ſcientiarum & artium robuſtiſſimos Venatores validiſſimis morſibus perſtrinxi,vt quoties opus ipſum reuiſo, ipſe ego me demirer talē in homine Canem,& cui nihil caninum deſit pręter vnam adulationem,licet Aulico admodū neceſſariam.Ne igitur obſeruantię tuę deſertor eſſe videar,dum condigna te & ex ſcientiarum deprōpta theſauris fœcunda munera impendere nequeo,ſaltem ex eadem ignorantię,& indignationis meę officina hanc Cynicam declamationem in obſeruantię in te meę argumentum,tibi nunc offero,hac te dono,hanc tibi dedicatā conſtituo, magnitudinem animi erga te mei libenter oſtenſurus,atq; q̃ vigilem cuſtodem,que oculatum ſpeculatorem,q̃ audacem militem, q̃ magnanimum ducē in me tibi acquiſieris, qui cum velut e ſublimi ſpecula hoſtes procul denuntio, quo ſe diuinarū literarū ciues in loca recipiāt tutiora,tū pro eorūdē omniū ſalute,omnibus me lacerādū obijciēs,prim⁹ cominuſq; ī acie ꝓpugno:quo facinore tantū abeſt quod metuam inuidiam,vt gratiā ab omnibus mihi deberi putem,qui ad operā publicę vtilitatis ſimul ſpeculator, & miles denuntiem,& impugnem quibus ſalus periclitatur humana, atq; in ſuper ducem me prębeam iis, qui egredientes humanarum ſcientiarum laby=

rinthum, in arcem tendunt veritatis. Accipe igitur nunc Auguſtine colendiſſime hanc, qualiſcunq; eſt, Declamationem, atq; illã tibi tuo iure habe: Scio enim, ſi Venator es & canes amas, nõ peterit illa tibi non eſſe gratiſſima. Verum ego nunc e Cane in Crocodilum, aut Draconem, aliumue igniuomum ſerpẽtem migrabor, & Pyrographiam (opus quale hactenus noſtra non viderit ętas, ſed non niſi famoſo cuipiam orbis vaſtatori profuturam) protinus abſoluam, tum ſacra me ſpergã lympha, & flumine viuo abluam, quo tãdẽ fatalib9 his laruis exut9, rurſ9 ĩ hominẽ reuertar, ne quando nimium Pythagoriſſans, & in tam varias beluas demigrãs, tãdem Luciani & Apulei inſtar, in philoſophantem Aſinum verter. Sed tu nunc feliciſſime vale, memineriſq;, cum hęc noſtra legeris, quia nihil ſcire feliſſima vita.

Loci communes tractandorum. Porro prior numerus folium, poſterior vero paginam indicat.

De Sciẽtiſs in gñali, xi. iſ.
De Literarum elementis. xiiiſ. iſ.
De Gramatica. xvi. i.
De Poeſi. xix. i.
De Hiſtoria. xxi. i.
De Rhetorica. xxiiiſ. i.
De Dialectica. xxvi. iſ.
De Sophiſtica. xxviiſ. i.
De arte Luliſ. xxix. iſ.
De arte mẽoratiua. xxx. i.
De Mathematica in genere. xxx. iſ.
De Arithmetica. ibidem.
De Geomantia, ibidem.
Ce Aleatoria. xxxi. i.
De Sorte Pythagorica. xxxi. iſ.
Adhuc de Arithmetica. ibi.
De Muſica. xxxiſ. ſ.
De Saltationibus & Choreis. xxxiiiſ. iſ,
De Gladiatoria. xxxv. iſ.
De Hiſtrionica ibidem.
De Rhetoriſmo. xxxvi. i.
De Geometria. xxxvi. iſ.
De Optica. xxxviſ. i. &. xxxix. i.
De Pictura. xxxviiſ. i,
De Statuaria & plaſtica. xxxviiſ. iſ.
De Specularia ſiue Optica. xxxix. i.
De Coſmimetria. xl. i.
De Architectura. xli. i.
De Metallaria. xli. iſ.
De Aſtrologia. xliſ. iſ.
De Aſtrologia iudiciaria. xlv. i.
De diuinationibus in genere. xlix. i.
De Phyſiognomia. xlix. ii.
De Metopoſcopia. ibidem.
De Cheiromantia. l. i.
Iterum de Geomantia. l, ii.
De auguriis. ibidem
De ſpeculatoria. li, i.
De ſomniſpicia. ibidem
De Furore. lii. i.
De Magia in genere. lii. iſ.
De Magia naturali. ibidem
De Magia mathematicali. liii. ii.
De Magia veneficia. liiii. i.
De Goetia & Necromantia. liiii. ii,
De Theurgia. lvi. i,
De Cabala. lvi. ii.
De Præſtigiis. lviii. ii.
De Philoſophia naturali. lix. ii.
De principiis. lx. i.
De mundo, lx. ii.
De anima. lxi. i.
De Metaphyſica. lxiiii. ii.
De Morali philoſophia. lxvi. i.
De Politica. lxix. i.
De Religione in genere. lxxi. i,

De imaginibus.lxxiii,i.
De Templis ,lxxv.i.
De Feſtis.lxxv,ii.
De Ceremoniis.lxxvi.ij.
De magiſtratibus Eccleſię lxxviii.ii.
De Sectis monaſticis. lxxxi.i,
De arte Meretricia. lxxxii.ii.
De arte Lenonia.lxxxvi.ii
De Mendicitate xcii.ii.
De Oeconomia in genere xcv.ii.
De Oeconomia priuata. xcv. ii.
De Oeconomia regia ſiue aulica,xcvii.ii.
De nobilibus aulicis. xcviii.ii.
De Plebeis aulicis.xcix.ii,
De Mulieribus aulicis.ci.i.
De Mercatura.cii,ii,
De Quæſtura.ciiii.i.
De Agricultura.ciiii.ii.
De Paſtura,cv.i.
De Piſcatione.cv.ii,
De Venatica.ibidem.
De Aucupio.cvi.ii.
De agricultura rediduum. cvii.ii.
De arte Militari.cviii.ii.
De Nobilitate.cx.ii.
De arte heraldica.cxviii.ii
De Medicina in genere. cxxi.i.
De Medicina operatrice. cxxii.ii.
De Pharmacopolia. cxxix.i.
De Cheirurgia.cxxx.ii,
De anatomiſtica.cxxxi,i.
De Veterinaria,ibidem.
De dietaria,cxxxi.ii.
De arte Coquinaria. cxxxii.i.
De alchymia.cxxxiiii,i.
De iure & Legibus. cxxxvi.i.
De Iure Canonico.Folio cxxxviii,i.
De arte aduocatoria.Folio cxxxix.ii.
De arte Notariatus & Procuratoria.cxl.i.
De Iuris prudentia. cxl.ii,
De arte inquiſitorũ. cxli,i,
De Theologia ſcholaſtica, cxliii.i.
De Theologia interpretatiua,cxlv.ii.
De Theologia prophetica. cxlvii.i,
De Verbo dei.cl.ii.
De ſcientiarum magiſtris. clii.i.
Ad Encomium Aſini digreſſio.clvi i,
Operis peroratio.clvii.ii.

FINIS.

HENRICVS CORNELIVS Agripa ad lectorem.

ANNON tibi Lector ſtudioſe magnanimū præaudaxq; ac pene Herculeum hoc meum facinus videbitur, contra vniuerſam illam ſcientiarum omnium atq; artium gigātomachiam arma ſumere, ac vniuerſos illos ſcientiarum, artiumq; robuſtiſſimos venatores in arenam prouocare? Infrement aduerſum me, Doctorum ſupercilium, Licentiatorum eruditio, Magiſtrorū auctoritas, Baccalaureorum conatus, & Scholaſticorū omniū zelus, Mechanicorumq; ſeditio. Quos ſi cōfecero, nonne aut par, aut maius erit, atq; Leonem nemæum claua percutere, Hydrā lernæam igne interimere, Aprum Erymantęū occidere, Ceruā in Mænalio nemore aurea cornua gerentē capere, Stymphalidas aues in nubibus ſagittis cōfodere, Antęum intra vlnas opprimere, Colūnas in Oceano figere, Geryonem tricipitē vincere, Boues abigere, Taurū perimere, Acheloū monomachia ſuperare, Diomedis equos abducere, Cerberū vinctū catena trahere, aurea Heſperidū mala rapere, eiuſq; generis plura quę ab Hercule & magnis laboribus nec minori periculo geſta: cū nō minoris laboris periculi autem q̄ maximi ſit hęc gymnaſiorū atq; palęſtrarum mōſtra ſuperare: Neq; enim nō video q̄ cruenta pugna hic mihi cominus ineūda eſt, atq; q̄ plenum periculo bellum, cum ſim tam potentiſſimorum hoſtiū vallatus exercitu. Hei quot me machinis oppugnabūt, quot me impetent moliminibus, quot me perſequentur ignominiis, Obſtrepent imprimis pediculoſi Grammatici: atq; etymologijs ſuis ex Agrippa nomen indent Podagricum: attoniti Poetæ pro Momo vel Hirco Aeſopico traducēt carminibus: nugiuendę Hiſtoriographi ſupra Pauſaniā & Heroſtratū proſamabūt: magnicrepę Rhetores, iratis oculis, terribili vultu, grandiſtrepis vocibꝰ diriſq; geſticulationibus perduellionatus accuſabunt:

Duodecim Herculis labores,

μονομαχία, id eſt ſingulari certamine.

monſtroſi Memorio graphi laruis cerebrum obtūdēte pugnaces Dialectici innumera ſyllogiſmorū tela in me coniiciēt: flexiloqui Sophiſtæ verborum laqueis ſuiſq; indiſſolubilibus, ceu iniecto freno, os obturabūt: barbar⁹ Lulliſta abſurdis verbis ac ſolœciſmis demētabit caput: Terra cœloq; proſcribent impii Mathematici: atomographi Arithmetici, cōcitatis in me fœneratoribus, ab alieni æris rationem cogent: Ad laqueum adiget peruicax Aleator: Infauſtos numeros ſupputabit ſortileg⁹ Pythagoriſta: Carcerem triſtitianq; infelices figuras proiſciet punctator Geomantes Canēt me in triuiſs vulgi fabulam multitoni Muſſici, ac ſtridulis ronchis diſſoniſq; concharū, peluium, patinarunq; ſtrepitibus, plusq̄ ſolent digamorū ſponſalitiis, obturbabunt: Excludent choreis pompoſæ Matronæ: oſcula negabunt blandulæ Puellæ: Camelum ſaltantē ſubſannabūt garrulę Ancillulæ: Saltator hiſtrio ludet in me turpi ſcena Tragœdiā: Dextra læuaq; impetet cētimanus Gladiator: perplexi Geometræ, iniectis triquetris tetragoniſq; circulis, tanq̄ gordoniis nodis, irretitum captiuabūt: Simia vel ipſo Therſite deformiorē pinget ſculpetq; inanis Opticus: vltra Sauromatas & glatialē oceanū relegabūt vagi Coſmimetæ: dędaleus Architectus inexpugnabilibus machinis clādeſtine ſubcuniculabit, correctunq; inobſeruabilib⁹ labyrinthis errare coget: Ad arrugias cōdēnabit ſtygius Metaliarius Suſpendiū comminabuntur fatales Aſtrologi, cœlorunq; labili vertigine conſenſum ad ſuperos cohibebūt: Ominabūtur omne malū minaces Diuinatores: frigidum in Venerē inualidiq; femoris diffamabit importunus Phyſiognomus: cerebricoſum aſellū pronūciabit delirus Metopoſcopus: Diuinabit omnia ſiniſtre fatidicus Chiromantes: triſti auſpicio exaugurabit præſagus Aruſpex: Mittet vltrices flammas Iouis & pręſagi fulminis ignes portentoſus Speculator: Nocturnis terrebit lemoribus tenebricoſus Oniropola: furens vates ambiguo decipiet oraculo: prodigioſi Magi, tanq̄ alterum Apuleium aut Lucianum, in aſinum, non

Therſiten oīm Græco⁊ rū, q̄ ad Ilion expugnandū venerāt, turpiſſimū fuiſſe, ſcribit Homerus Ilia. ſecūdo.

tamen aureum, ſed forte ſtercorarium trãſformabunt: ſpectris atq; manib⁹ perſequẽtur Ater Goeticus: ſacrilegus Theurgus caput conſecrabit ἐς κόρακας, vel forte in cloacas: Imprecabũtur ſuã tetractim demẽtulati Cabaliſtæ: acephalũ ſpadone mue repræſentabit anilis Præſtigiator: Diſcerpẽt pugnaciſſimis opinionibus cõtẽtioſi Philoſophi: Hoſq; inter, in canẽ aut Crocodylũ migrare facient circulatores Pythagorici: dolio aut ſepulchro recludẽſ fœdimordaceſq; Cynici: vxorem cõmunicãdam clamabũt peſtilentes Academici: Enecabunt crapula glutones Epicurei: Mortificabunt animã, excludentq; Paradiſo impij Peripatetici: ſeueri Stoici, ademptis humanis affectibus, in ſilicẽ permutabunt, vaniloqui Metaphyſici, velut ex chao Demogorgoneo, eorum quæ nuſquam ſunt, nec erunt vnquã, paradoxis mentẽ euertent: cenſores Ethici in centum referent tabulas: Interdicet muneribus Legiſlator politic⁹: Abdicabit aula voluptuari⁹ Princeps: Syſſitijs propellẽt ambitioſi Optimates: inſenſat⁹ Populꝰ vicatim affliget opprobrijs: Phalaris tauro cruciandũ recludet terribilis Tyrannus: in exilium agent factioſi Oligarchæ: Plebs impetuoſa & multorum capitum mala beſtia, indicta cauſa, rapiet in exitium: proditionis inſimulabit afflicta quæuis Reſpub. aris inter dicent auari Sacerdotes: a pulpito laceſſent laruati Cucullione, cõtumelioſiq; Hypocritæ: peccata reſeruabũt ęternis ignibus plenipotens Pontifices: gallicã ſcabiem comminabuntur ſalaces Meretriculæ: rapax Leno, Ienaq; temulenta, obſtetricabunt loculos: Excludent exenodochijs vlceroſi Mendicantes, Sacrũ incẽdium rabidoſq; morſus offerent gyrouagi Quæſtuarij, ſuiſq; deſtituẽt indulgentij: Obærabit macello infidus Diſpenſator œconom⁹: Impĩget in Scyllas blaſphemus Nauta: Mercator improbus vſuris oppignoratũ abſumet: furax Quæſtor compilabit ſtipendium: Prohibebunt amœnis hortulis duri Agricolæ: lupis me deuouebunt ocioſi Paſtores: hamum ſubijciet latentem vndiuagus Piſcator: canes

id eſt, ad coruos. Erat autẽ κόρακ loc⁹ ſupplicij in Theſſa. Academici in ſua rep. vxores cões eſſe volebãt

συασίτια id eſt, ſodalitas.

ὀλιγάρχαι qui paucorũ imperio ſubditi ſunt.

Ξενοδοχίον locus vbi hoſpites & peregrini excipiunt.

accipitreſq; immittet clamabūd⁹ Venator: Depręd abi- armipotēs Miles: Submouebūt ordine purpurati Nobi- les: Exuent maiorū imaginibus paludati Heraldi, indi- ctiſq; equitijs (quæ torneamēta vocant) pro ruſtico exa ctionario inclamitabunt: lotio & retrimētis ſcatopha- gi Medici perfundēt: E quib⁹ loquax Logiſtic⁹ diſputā- do de morbo, tempeſtiuum ſubſtrahet remedium: teme- rariuſq; Empiricus dubio experimēto mortis exponet periculo: fallax Methodicus procraſtinando remedia, ægritudinem producet, ſuum ad compendium: Exugēt clyſterijs ſordidi Pharmacopolæ: dētibus ac teſtib⁹ inſi diabuntur emaſculatores Chirurgi: Diſſecādum poſtu- labunt crudeles Anatomiſtæ: angario recludet immun- dus Veterinari⁹, ac quadrigario puluere occæcabit ocu los: fame cōficiet præuaricator Diætarius: offam inſul- ſam ſiticuloſus obtrudet Coquus: diuitijs interdicet pro digus Alchymiſta, ablegabitq; fornaculis: vaſtiſſimis gloſſarum ſuarum voluminibus obruent inexpugnabi les Iuriſtæ: maieſtatis reum agēt faſtuoſi Legulei: Ex- communinicabunt diris execrationib⁹ arrogātes Cano niſtæ: ſexcētum calumnias intentabunt Litigioſi Cauſi dici: Colludet cum aduerſario, deſerta cauſa, ſubdolus Procurator: Subſcribet falſum dubius Tabellio: Con- demnabit actionis inexorabilis Iudex, negabitq; (quos vocant) appellandi apoſtolos: Deſtituet reſcripto impe rioſus Archiſcriba Cancellarius: hæreſeos inclamabūt obſtinati Theoſophiſtæ, aut ad idola ſua ſectari cōpel- lent: ad palinodiā vociferabūtur ſuper cilioſi Magiſtri Noſtri, magniſq; ſigilis proſcribent Sorbonici Arlan- tes. Vides nunc Lector quanta obeam pericula: facile tamen hos inſultus euadēdi ſpes eſt, ſi tu modo verita- tis patiens, poſito liuore, candido animo ad hęc legēda acceſſeris. Habeo pręterea quo me fuear verbum Dei, quod ego his pro clypeo ſcutoq; intrepidus opponā. Et ſi oporteat, qui pro illo libens tantos in me concitaui hoſtes, libens etiam occubam priuſquam deſeram. Et te ſcire volo, me non odio, nō ambitione, non dolo, nō

σκατοφαγοι dicūtme dici in antiqua Comœdia, q̄ſi dicas merdæ cōmeſtores.

errore inductũ, hæc ſcripſiſſe, nec me ſacrilega cupiditas, nec improbæ mentis arrogãtia ad hoc impegit, ſed cauſa omnium cũ iuſtiſſima, tum veriſſima, quod videlicet videam multos humanis diſciplinis ſcientiſq; vſq; a deo inſoleſcere, vt ſacrarum literarũ eloquia & canonicas Spiritus Sancti ſcripturas (quia careant ornamẽtis verborum, virib⁹ ſyllogiſmorum, affectatiſq; ſuadelis, & peregrina Philoſophorũ eruditione, ſed ſimpliciter in operatione virtutis & nuda fide firmate ſunt) idcirco tãquam ruſticas & idioticas nõ modo deſpicere & aſpernari, ſed & velut contemptu quodã inſuper inſectari. Alios etiam videmus, licet ſibi magis pij videãtur, qui Chriſti leges probare & cõfirmare nitũtur decretis Philoſophorum, illis plus tribuẽtes quam ſanctis Dei Prophetis, Euãgeliſtis, & Apoſtolis, cum tamẽ hij ab illis pl⁹ diſdiapaſon abſunt: Preterea in multis ac ferme omnib⁹ Gymnaſijs peruerſus mos, ac dãnabilis cõſuetudo inoleuit, quod initiãdos diſcipulos iure iurando adigũt Ariſtoteli, aut Boetio, aut Thomæ, aut Alberto, ſeu alio cuius ſuo ſcholaſtico Deo ſeſe nũquam repugnaturos, a quibus ſi quis latum vnguẽ diuerſum ſenſerit, hunc hæreticum, ſcandaloſum, piarum aurium offẽſiuum, igne flãmiſq; abſumendum proclamant. Hi igitur tam temerarij Gigantes, & ſacrarũ literarũ hoſtes aggrediendi ſunt, illorum caſtra & arces expugnanda, oſtendendumq; quanta ſit hominum cæcitas, cum tot ſcientijs & artibus, cum tot inſuper ſingularum magiſtris & auctorib⁹ ſemper a veritatis cognitione aberrare. Quãta etiam temeritas, quã arrogãs præſumptio Philoſophorũ ſcholas preferre eccleſiæ Chriſti, opiniones hominũ preponere aut ad æquare verbo Dei: Denique, q̃ impia tyrãnis, captiuare ad prefinitos auctores ſtudioſorũ ingenia, & adimere diſcipulis libertatem indagandæ & ſequende veritatis. Quæ omnia cũ tam manifeſta ſint, vt inficias iri nõ poſſit, venia dãda erit, ſi liberius ac forte amarulẽtius in aliqua diſciplinarũ genera earũ demue profeſſores videar perorare. Vale.

DE VANITATE NOBILIS

VIRI HENRICI CORNELII

agrippæ, Equitis aurati, & vtriuſq; Iuris Docto-
ris, Sacræ Cæſareæ Maieſtatis a conſilio, & ar-
chiuis inditiarij, de incertitudine & vanitate
Scientiarum atq; Artium Declamatio.

VEtus opinio eſt, & ferme omnium philoſophantium concors & vnanimis ſententia, qua arbitrantur ſcientiam quamlibet, homini ipſi pro vtriuſq; captuac valore nonnihil diuinitatis ad ferre, ita vt ſæpe vltra humanitatis limites in deorum beatorũ choroseos referre poſſint, hinc varia illa & innumera ſcientiarũ encomia ꝓdierunt, quibus vnuſquiſq; eas artes atq; diſciplinas, in quibus iam diuturno exercitio ingenij ſui vires exacuit, non minus ornato q̄ longo ſermone nititur omnibꝰ anteferre, & vel ſupra cœlos ipſos extollere. Ego vero aliꝰ generis perſuaſus rationibus, nil pernicioſiꝰ, nil peſtilentius hominũ vitæ, animarunq; noſtrarũ ſaluti poſſecontingere arbitror quã ipſas artes, ipſaſq; ſcientias. Ideoq; cõuerſo ordine agẽdũ cẽſeo, & ſciẽtias ipſas non tãtis præconijs extollẽdas, ſedmagna ex parte vituperãdas eſſe mea opinio eſt, nec vllam eſſe quæ careat iuxta reprehẽſionis cẽſura, neq; rurſus quæ ex ſe ipſa laudẽ aliquã mereatur, niſi quã a poſſeſſoris ꝓbitate mutuatur. Ea autẽ modeſtia hanc ſentẽtiã meam a nobis accipi volo, vt me nec alios velle reprehẽdere q diuerſum ſentiunt, nec mihi aliquid arrogare inſolẽtiꝰ putetis. Itaq; mihi ĩ hoc a reliquis diſſentiẽti veniã dabitis, donec a ſingulis per ordinem literarum facultatibus, hanc ſentẽtiam auſpicabimur, non vulgaribus dũtaxat argumẽtis, & a ſuperficie rerum ſumptis, ſed rationibꝰ firmiſſimis, & ex ĩtimis rerũ viſceribꝰ eductis:

non vlla Demoſthenis aut Chryſippi arguta eloquētia, quę mihi ſacras literas profitenti opprobrio eſſet futura, tanq̄ adulationes amāti, ſi fucos dicendi ſequar: Nā loqui proprie non eloqui, & rei veritatem, nō ſermonis ornatum ſacrarum literarum profeſſorem intēdere decet: Nō enim in lingua ſed in corde veritatis ſedes eſt. Nec intereſt in dicendis veris, quali ſermone vtamur. Mendacium enim eloquentia, verbiſq; phaleratis indiget, vt ſe poſſit hominum mentibus inſinuare: veritatis autem ſermo, vt ſcribit Euripedes, ſimplex extitit, non quærens fucum nec pigmenta. Quod ſi ergo aſſumptū negocium abſq; omni eloquētię flore (que ea ipſa quoq; nunc a nobis etiam non tā negligenda q̄ dānanda erit) veſtris delicatiſſimis auribus offundā, ea vos precor ferratis patientia qua Romanus ille imperator quondā, cū exercitu cōſtitit, vt audiret muliercula: atq; Archeſilaus rex interdū audire voluit raucos & inamœnæ vocis homines, quo audiens poſtea eloquētes, plus caperet oblectamēti. Memineritis illius Theophraſti ſentētiæ, apud maximos quoſq; & elegantiſſimos viros etiam rudes loqui poſſe, dummodo fide & ratione loquantur: atq; ne quaſi oſcitātes vos auribus pendere ſinam, quibus veſtigijs & indicijs, veluti canib⁹, hāc narratā opinionē meā venatus, deprehenderim, nunc proferā in mediū, ſi mō id vos prius commouero. Scientias omnes tam malas eſſe q̄ bonas, nec aliā nobis ſupra humanitatis metā ad ferre deitatis beatitudinē, niſi illam forte, quā antiqu⁹ ille ſerpens pollicebatur primis parentibus, inquiēs, Eritis ſicut dij ſciētes bonum & malum. In hoc itaq; ſerpēte glorietur, qui gloriatur ſe ſcire ſcientiam, quod probe factitaſſe legimus Ophitos hæreticos, qui ſerpentē in ſacris ſuis colebāt dicentes ipſum in Paradiſo virtutis cognitionē induxiſſe. Aſtipulatur iſtis Platonica hiſtoria Theuten quēdam humano generi infenſum dæmonem ſcientias primū excogitaſſe, non minus offenſiuas q̄ vtiles, vt prudētiſſime diſſeruit ille totius Aegypti rex Thamus de ſciētiarū ac literarū inuētoribus. Hinc eſt quod

Gen. 3.
Ophiti ſerpentē colebāt, vnde & nomē illis attributū. nā ὄφις grece ſerpētē ſonat.

Δαίμων Grammatici plæriq; demones quaſi ſcientes exponũt.
Sed eſto, has fabulas ſuis poetis Philoſophiſq; reliqua-
mus, & non ſint alij ſcientiarum inuentores, quã homi
nes: atq; illos ſcimus fuiſſe peſſimæ generationis filios,
Luc.16 filios inquam, Chain, & de quib⁹ vere dictũ eſt: filij hu-
ius ſæculi prudentiores ſunt filijs lucis in generatione
hac. Si itaq; nunc ſcientiarum inuẽtores homines ſunt,
Pſalm. nonne omnis homo mendax? nec eſt qui faciat bonum
115. & vſque ad vnũ. Sed eſto rurſus, ſint homines aliqui bo-
13. ni, nihil ſciẽtię ipſæ bonitatis, nihil veritatis habebunt,
niſi quantum ab ipſis Inuẽtoribus, vel Poſſeſſorib⁹ mu
tuantur, vel acquirũt: Nam ſi in malum quempiam inci
derint, noxiæ erunt, illumq; ex mallo reddent deterio-
rẽ, vt peruerſum Grammaticum, vaniloquium Poetã,
mendacem Hiſtoricum, Rhetorem palponẽ, Memorio
graphum oſtentatorem, litigioſum Dialecticum, Sophi
ſtam perturbatorẽ, linguacem Lulliſtã, Arithmeticum
ſortilegum, laſciuum Muſicum, impudicum Saltatorẽ,
Geometram iactatorẽ, Coſmographum erronem, Ar-
chitectum pernitioſum, Nautam piratam, Aſtronomũ
fallacẽ, Magum flagitioſum, perfidum Cabaleum, Phy-
ſicũ ſomniatorem, portentoſum Metaphyſicum, moro-
ſum Ethicum, iniquum Politicum, Principem tyrãnũ,
Magiſtratum oppreſſorem, Populum ſeditioſum, Sacer
dotem ſchiſmaticum, Monachum ſuperſtitioſum, pro-
digum Oeconomum, Mercatorem falſijuriũ, Quæſtorẽ
compilatorem, ſegnem Agricolam, Paſtorem abigeũ,
Piſcatorem maledicum, Venatorem latronẽ, Militem
prædonem, Nobilem exactorem, Medicum occiſorẽ,
Pharmacopulam veneficum, Coquum helluonẽ, Alchy
miſtam impoſtorem. Iuriſconſultum verſipellem, Cau-
ſidicũ mille ſcelerum protectorem, Tabellionem falſa
rium, Iudicem venalẽ, & e ſublimi tribunali latronem,
Theologum hęreticum, & vniuerſæ multitudinis ſedu-
ctorem. Nihil autem inauſpicaci⁹, q̃ ars, q̃ ſciẽtia impie
tate conſtipata, & malarum rerum pernicioſiſſimus eſt
maximus quiſq; artifex & doctiſſimus auctor. Quod ſi

etiam in non tam malum, ſed ſtultum aliquem incidāt, nihil illo inſolentius ac importunū magis: Nam præter id quod illi de cognata ſtultitia ſupereſt, tuetur illā doctrinæ auctoritas, habetq; literarum inſtrumēta, quib⁹ ſuam defendat amentiam, quibus cæteri ſtulti carētes, mitius inſaniunt, quemadmodū de Rhetore ait Plato: Nam quo erit, inquit, ineptior atq; indoctior, hoc plura narrabit, & imitabitur omnia, nihilq; ſe indignū exiſtimabit. Nihil igitur exitialius q̄ cum ratione inſanire. Si quis autē vir bonus & ſapiens illas poſſideat, fortaſſis bonæ erunt ſcientiæ, ac Reipub. vtiles poſſeſſorem autem ſuum nihilo reddent beatiorem: Non enim (vt aiunt Porphyrius & Iamblicus) verborum accumulatio diſciplinarumq; multitudo beatitudo eſt, quæ nec vllum inſuper pro rationum ac verborum quātitate accipit incrementum: quod ſi ita eſſet, nihil prohiberet illos qui omnes congregauerunt diſciplinas eſſe beatos, hunc vero qui his careat, nequaquā, eſſentq; Philoſophi Sacerdotib⁹ beatiores. Vera enim beatitudo nō cōſiſtit in bonorum cognitione, ſed in vita bona, non in intelligere, ſed in intellectu viuere: Neque enī bona intelligētia, ſed bona voluntas coniūgit homines Deo, nec aliud efficiūt diſciplinæ foris adhibitæ, niſi qua conditionem nobis quandam purgatoriam adhibent, ad beatitudinem aliquid conducentem, non tamen rationem ipſam qua nobis beatitudo compleatur, niſi eis ad ſit & vita in ipſam bonorum trāſlata naturam. Sæpiſſime enim eſt compertum (vt ait Cicero pro Archia) ad laudem atq; virtutē, naturā ſine doctrina, quā doctrinā ſine natura valuiſſe, Non igitur tam longa, tam difficili, & vix vnquā perſcrutabili (vt Auerroiſtæ contendunt) ſcientiarum omnium diſciplina animum imbuere opus erit, quam ipſe etiam Ariſtoteles beatitudinem ait valde communem, & quā cuncti facile adipiſci queant per diſciplinam quandā & diligentiam, quam ſcilicet ait facilem, & quaſi communem facultatem contemplandi obiectum omniū nobiliſſimū, ſcilicet Deum, qui quidē tam facilis & omnibus

Sciētię in ſtulto

Vera beatitudo.

communis contemplandi actus nō ſyllogiſſando & demonſtrando perficitur, ſed credendo & colendo. Quę ergo nunc ſcientiarum felicitas? Quę ſapientum Philoſophorunque laus & beatitudo? quibus ſcholæ omnes perſtrepūt, reſonantque encomijs eorū, quorū animas diris cruciatibus diſtrahi audiunt vidētq; inferri: Vidit hæc Auguſtinus & timuit, exclamans illud: Surgunt indocti & rapitū cœlos, & nos cum ſcientia noſtra mergimur in infernum. Quod ſi audendum eſt verum fateri, tanta eſt ſcientiarum omnium periculoſa inconſtanſq; traditio, vt longe tutius ſit ignorare q̃ ſcire. Adā nunquam e beatitudinis Paradiſo pulſus fuiſſet, niſi ſerpēte magiſtro, didiciſſet ſcire bonū & malum. Et Paulus eijciendos cēſet de Eccleſia, qui plus ſcire volūt quā oportet. Socrates dum oēs ferme diſciplinas perſcrutatus eſſet, tunc primum ab oraculo ſapientiſſimus oīm iudicat⁹ eſt, cum ſe nihil ſcire palam fateretur. Tam eſt ſcientiarum omnium cognitio dificilis, ne dicā impoſſibilis, vt prius vita tota hominis deficiat, quā vel vnius diſciplinæ minima ratio perfecte inueſtigari poſſit.

Sciētiarū periculoſa traditio

Quod mihi hic affirmare videtur Eccleſiaſtes, dum ait: intellexi quod omnium operum Dei, nullam poſſit homo inuenire rationem, eorum quæ ſub Sole fiunt: & quāto plus laborauerit ad quęrendum, tanto minus inueniat, etiam ſi dixerit Sapiens ſe noſſe, nō poterit reperire. Nihil homini peſtilentius contingere poteſt, q̃ ſciētia: Hæc eſt vera illa peſtis, quę totum ac omne hominū genus ad vnum ſubuertit, quæ omnem innocentiā expulit, & nos tot peccatorum generibus mortiq; fecit obnoxios, quę fidei lumen extinxit, animas noſtras in profundas coniſciens tenebras, quæ veritatem damnās, errores in altiſſimo throno collocauit. Quare iam non vituperandi mihi videntur Valentianus ille Imperator, quem acerrimum literarum hoſtem extitiſſe aiunt, atq; Licinius, qui literas virus ac peſtem publicam dictitabat: quin & Ciceronem ipſum fontem literarum abundantiſſimum refert Valerius tandem literas contempſiſſe. Tanta autem eſt veritatis ampla libertas,

Eccle. 8

Scientia nihil peſtilētius

Veritas

libera quæ amplitudo, vt nullius ſcientiæ ſpeculationibus, non vllo ſenſuum vrgenti iudicio, non vllis logici artificiÿ argumentis, nulla probatione euidente, nullo ſyllogiſmo demonſtrante, nec vllo humanę rationis diſcurſu poſſit deprehendi, niſi ſola fide: quam qui habet, is ab Ariſtotele, in priorum reſolutionum lib. dicitur melius diſpoſitus, quam ſi eſſet ſciens, quod exponens Philoponus, ait, id eſſe melius cognoſcentem quam per demonſtrationem quæ per cauſam fit. Et Theophraſtus in ſuis tranſnaturalibus ſic ait: Vſque ad aliquid quidem poſſumus per cauſam ſpeculari, principia a ſenſibus ſumentes, quando autem ad ipſa extrema & prima tranſierimus, nō amplius poſſumus ſcire, ſiue quia non habemus cauſam, ſiue propter intellectus noſtri infirmitatem. Et Plato in Timæo ait, quod illa explicare plus eſt quam vires noſtrę ſufficiant, ſed credi iubet iÿs qui ante dixerunt, quanquam nulla demonſtrationis neceſſitate loquantur: Fuerunt enim Academici Philoſophi in precio, qui dixerunt nihil poſſe affirmari, fuerunt Pyrrhonici & aliÿ multi, qui quidem nihil affirmabant: Nihil itaque præcipuum habet ſcientia, ſupra ipſum crede, vbi videlicet probitas auctoris mouet diſcipulorum liberam credendi voluntatem. Hinc Pythagoricorum illud præſumptum de magiſtro reſponſum, ipſe dixit. Et Peripateticorum illud vulgatum prouerbium, Vnicuique perito in arte ſua credendum eſt. Sic creditur Grammatico de verborum ſignificationibus. Credit Dialecticus de parte orationis a Grammatico accepta. Aſſumit a Dialectico Rhetor argumentationis locos. Poeta menſuras mutuatur a Muſico. Geometra proportiones ſumit ab Arithmethico. Aſtrologus vtriſq; fidem dat, Deinde, Tranſnaturales coniecturis vtſitur Naturalium; & quiſque artifex recte præſumit de ſtatutis alterius. Habet enim quæuis ſcientia certa quędam principia, quę credere oporteat, nec vllo modo queant demonſtrari: quę ſi quis pertinacius negare

Academici certo nihil affirmabant vnde & σκεπτικοὶ dicti qd cōſyderarent omnia & expēderent.

velit, non habent Philoſophi illi quo contra illum diſputent, moxque dicent contra negantem principia non eſſe diſputandum, aut ad alia quędam extra ſcientiæ metas relegabunt: vt ſi quis (dicunt) neget ignem eſſe calidum, proijciatur in ignem, & quæratur ab eo quid ſentiat, ita demum ex philoſophis tortores fiunt & carnifices, dum volunt nos vi cogere fateri id quod ratione debuerant docere. Proinde nil Reipub. infenſum ac pernitioſum magis q̃ literæ, q̃ ſcientię, in qua ſi qui eruditione & ſcientia præditi ſunt homines, eorum arbitrio, veluti plus ſapientium, plurimum res geruntur, ac plebis ſimplicitate multitudiniſque imperitia freti, omnem magiſtratus auctoritatẽ ſibi ſoli vſurpāt. vnde Reipub. ſtatus a populari in oligarchiam migrat, atque exinde in factiones diuiſa, in tyrannidem facile tranſit, quā nemo vnquam vſpiam terrarum obtinuiſſe legitur ſine ſcientia, ſine doctrina, ſine literis, præter vnum L. Scyllam dictatorem, qui ſolus ſine literis Rempub. occupatur, in quo tamen literarum ignorantiæ vel hoc Reſpub. maxime debet, quod tyrannidem ſponte tandem depoſuerit. Prętere a, omnes ſcientię, nil niſi decreta & opiniones hominum ſunt, tam noxiæ q̃ vtiles, tam peſtiferæ q̃ ſalubres, tam malæ q̃ bonæ, nuſquam completæ, ſed & ambiguę, plenæ erroris & contentionis, atq; id nunc ita eſſe per ſingulas ſcietiarum diſciplinas progrediendo oſtendemus, Nam imprimis, quis nõ videt bene dicendi artes (dico Grammaticam, Logicam, Rhetoricam, quæ ſolum veſtibula ac fores ſcientiarũ ſunt, nõ autem ſcientię) ſæpe non minus peſtilitatis regula eſt q̃ voluptatis? quibus tamẽ nulla alia veritatis regula eſt q̃ primorum quoruncunq; inſtituentium placita atq; voluntas, quod ab ipſis vſq; literarum inuẽtis (quæ prima artiũ illarum elementa inſtrumentaq; ſunt) pleniſſime conſtat. quarũ primæ fuerunt Chaldæę, inuẽtore Abrahamo, vt ait Philo, quib⁹ Chaldęi, Aſſyrij, & Phœnices vſi ſunt. Sed ſunt qui aiunt Aſſyriis primum literas dediſſe Rhodomantum. Poſt has Moſes literas tradidit

ὀλιγαρχίαν, id eſt paucorũ principatum.

De ſcientis in generali.

Literarum elemẽta. de q̃bus copioſe apud Polydorũ

Iudæis,forte nō quidem his characteribꝰ,quibus hodie vtuntur,quæ inuētum putantur Eſdræ, quem omnium fere veteris Inſtrumenti librorū ſcriptorem exiſtimāt.

Vergil. lib.1.de Inuētoribus rerū,cap. ſexto.

Porro quidem Linus Chalcides literas ex Phœnicia tulit ad Græcos,ſed Phœnicæas,donec Cadmꝰ Agenoris filius,alio charactere illis nouas literas daret,nūero ſedecim, quibus Troiano bello quatuor addidit Palamedes: Poſtea totidem Simonides Melicus. Aegyptiis autem primum ſcribēdi vſum tradidit quidam nomine Menon,per animalium effigies,vt in obeliſcis cernitur, ſed literas illis primum dedit Mercurius,ille videlicet quem Lactātius ait quintum Mercurium fuiſſe,cui Vulcanus Nili filius ſucceſſit in regnum. Latinis vero literas tradidit mulier Nicoſtrata cognomento Carmenta. Septem itaque literarum genera antiquitus pręcellebant,Hebrææ,Græcę,Latinæ,Syriæ,Chaldææ,Aegyptiæ,& Geticæ,de quibus in peruetuſto codicæ, hos ſequentes verſiculos ſeſe legiſſe refert Crinitus,

Moiſes primus Hebraicas exarauit literas.
Mente Phœnices ſagaci condiderunt Atticas.
Quas Latini ſcriptitamus,edidit Nicoſtrata,
Abraham Syras,& idem repperit Chaldaicas.
Iſis arte non minore protulit Aegyptias,
Gulfila prompſit Getarum quas videmus vltimas.

Cæteræ vero gentes & barbaræ nationes recentioribus temporibus nouas literas inuenerūt: Nam Gothis Gordanus Epiſcopus literas dedit & antiqui Franci,q̄ ſub Marcomiro & Pharamundo Gallias deuicerūt,ſuos habuere literarum characteres a Græcis parum diſtātes,quibꝰ Vuaſtaldus eorum patrio ſermone deſcripſit hiſtoriam,ſed inuentore illarum literarum incerto:Extant etiam aliæ Francorum literæ,quarum inuētor quidā nomine Doracus,ſed a Vuaſtaldi charactere lōge diuerſæ:& adhuc alię inuētore Hicho Franco,qui cū Marcomiro ad oſtia Rheni venit e Scythia. Quin & Beda

aliquas deſcripſit, ſed incerto inuĕtore aliquorum Nor manorum literas. Et multę alię gentes ſimili modo vel nouos ſibi literarum characteres cōſtituerūt, vel ab antiquis acceptos pro parte, aut immutarūt, aut corruperunt, vt Dalmatę Græcas, & Armenii Chaldęas: at Gothi Longobardiq; Latinarum literarum characteres dehoneſtauerūt. Multę præterea antiquæ literę perierunt, ſicuti veterum Hetruſcorum, quę tamen olim, Plinio Liuioq; teſtibus, magno in precio fuerūt apud Romanos, & adhuc cernuntur in antiquis monumētis harum effigies, ſed penitus incognitæ. Nam Romani olim orbem terrarum vaſtantes, abſoletis antiquis, & cuiuſq; nationis propriis, ſuarum vſum literarū illis violenter imponebant. Sic Hebræorū literę ſub captiuitate Babylonis perierūt, & lingua eorū a Chaldęis corrupta eſt. Sic antiqua Germanorū, Gallorum, Hiſpanorū, & aliarū nationū literę, introductis Romanis characteribus, perierunt, linguęq; earū gentiū corruptæ, & immutatę ſunt. Contra Romanorum, & literę, & lingua a Gothis, Longobardis, Francis, aliiſq; Barbaris gētib⁹ vice verſa corrupta ſunt, & immutata: Neq; enim latina lígua ea ipſa eſt hodie quæ olim: & de Hebræa lingua & charactere inter ipſos Talmudiſtas nō modica diſſentio eſt: Nam Rabi Iehuda ait Protoplaſtum Adamum Aramæo idiomate loquutū: Maſſura ait traditā a Moſe legem charactere, qui dicitur Hebræo, idiomate uere ſancto, quę ab Eſdra in Aramæum idioma Aſſyrioſq; characteres mutata, paulo poſt characteres retinēs Aſſyrios, ſcdm̄ idioma reſumpſit Hebręo charactere cum Aramęo ſermone relictis Chuſim, hoc eſt, iis qui ſimul legē ſuſceperūt & idola colunt, vt Samaritæ: Alii dicunt non aliis a primordio quam nunc characteribus ſcriptam fuiſſe legē: propter præuaricationem autē aliquando mutatū fuiſſe characterē, ſed poſt pœnitentiā reſtitutū: Rabi Symon Eleſaris fili⁹, & ſermonē, & characterē nullo tēpore mutatū putat, adeo de Hebraicis, ne apud ipſos Hebręos, quidē aliquid habet certi: atq; hæc eſt tēporū viciſſitudo

Linguarū multarū corruptio.

Hebraica lígua incertiſſima.

grammatica

vt nullæ ſint literę, nullæ linguæ, quę hodie formã antiquitatis ſuę agnoſcant aut intelligãt. At ex his tã inconſtãtibus & ad omne tempus mutabilib⁹ principiis, literarũ dico & linguarum, prior Gmmatica, deinde cęteræ, quas diximus bene dicendi artes prodiere: Nam cũ patrũ viſum eſſet literas ſcire niſi certo gradu formaq; iungerentur, atq; ex literis ſyllabę, ex illis tandem verba & dictiones formarentur, ſibiq; ad intelligentiam ſermonis iungerẽtur, auſi ſunt ingenioſi homines, loquẽdi regulas videlicet, conſtructus, regiminis, & ſignificatorũ ponere, ac velut linguę frenum iniſcere, vt quicquid ſecundum illas diceretur, bene dictum eſſet, eſſetq; ars benedicendi, vocaruntq; artem hanc, Grammaticam: Eius inuẽtor apud Gręcos, primus traditur Prometheus: Romam prim⁹ intulit quidam Crates Mallotes miſſus ad Senatum ab Attolo inter ſecũdum & tertium bellũ Punicum, quam poſtea magno faſtu pfeſſus eſt Palemon, adeo vt nomen arti indiderit, voceturq; Grãmatica, ars Palemonia, vir admodum arrogans, vt iactaret ſecum & natas literas, & interituras, tanq; ſuperbus, vt æui ſui doctiſſimos quoſq; viros cõtemptui haberet, etiã ipſum M. Varronem porcum appellare auſus ſit. Veruntamẽ ipſa Latina Grammatica, tam egena eſt, ac Gręcæ literaturę obnoxia, vt qui hanc non calleat, is e Grammaticorum numero protinus ſit eiſciendus; Omnis itaque literaturæ ſeu Grammaticę ratio, non niſi in ſolo vſu maiorum, auctoritateq; cõſiſtit, quibus placitum eſt, ita rẽ vocari, ſicq; ſcribi, verbaq; ſic & ſic componi & cõſtrui, qd ipſi tũc bene dictũ vocãt. Vnde Grãmatica ſe recte loquẽdi artẽ iactat, ſed falſo. Cum idipſum longe melius dicimus a matribus, aut nutricibus mulierculis, quã a Grammaticis. Gracchorum linguam (qui eloquentiſſimi ſunt habiti) mater cornelia formauit. Silem Ariphis Scythię regis filium Iſtrina mater Gręcam linguam docuit. Notũ eſt, in multis prouinciis exterarũ gẽtium colonias inductas, natos filios matrum ſermonẽ ſemper tenuiſſe. Hic Plato atq; Quintilian⁹ de deligẽda

Grãmatica.

Grãmaticæ inuentor.

Palemonis arrogantia.

Græcæ literæ Latinis ancillantur.

Grãmatica falſo recte loquẽdi ars appellata.

pueris nutrice idonea.tam ſollicite ſtatuerunt, Abſit er-
go vt hanc recte loquendi rationem ab illis in Gram-
matiſtas transferamus. Qui cũ nihil pręter vnam Grã-
maticã profiteãtur,nihil ſciũt minus. Siquidẽ Priſcianꝰ
hãc ne toto quidẽ vitę ſuę tempore diſcere potuit. & Di-
dymus de ea quatuor,ſiue,vt alii dicunt,ſex milia libro-
rum ſcripſiſſe perhibetur, Legimus Claudium Cęſarẽ
ita fuiſſe Gręcis literis deditum,vt tres litteras nouas illi
linguę adinuenerit,quas poſtea princeps non omiſit. Et
Carolus ille magnus Germanicę linguę Grammaticam
Grãmatica germanica. commentus eſt,mẽſibuſq; ac ventis noua nomina indi-
dit. Et in hũc vſq; diem,dies nocteſq; laboratur,ſcribũ-
tur Commentaria,Elegantię, Quęſtiones, Annotatio-
nes,Scholia, Obſeruationes, Caſtigationes,Centurię,
Miſcellanea,Antiquitates,Paradoxa,Collectanea,Ad-
ditione,Lucubrationes;iteratę ac reiteratę æditiones.
Atq; interim parturiuntur nobis totidem Grammaticę
quot ſunt Grammatici. Neq; tamẽ quiſpiam illorum,ſi-
ue Grecus,ſiue Latinus fuerit, rationem reddidit quo-
Grãmaticorum controuerſię. modo orationis partes diſtiguẽdę ſunt,quis illarum in
conſtructione ſeruandus ordo. An quindecim duntaxat
ſint pronomina,vt ſentit Priſcianꝰ,an plura, vt Diome-
des & Phocauolueruut: An Participium per ſeſe poſitũ
remaneat aliquando Participium : Vtrum gerũdia no-
mina ſint,an verba. Cur Grecis neutri generis pluralia
nomina,cum verbo ſingularis numeri coniungatur,qua
ratione liceat Latinis nomina terminata in a & in us ꝑ
ferre in um,ſicut pro margarita margaritum, pro pun-
ctus punctum. Quomodo nominatiuus Iupiter,produ-
cat genitiuũ Iouis. Atq; qua ratione verba neutralia alij
admittũt,alij excludũt. Cur phęraſq; Latinas dictiones,
alij cum Gręco diphthongo ſcribunt,alii non, vt fœlix,
quęſtio. Atq; an Latine æ & œ diphthongi ſcribantur
tantum & non proferantur,aut ambę vocales ſicut ſcri-
bũtur,ita ſub vna ſyllaba exprimantur? Similiter cur in
Latinis plęriſq; vocabulis: alii y Gręco,alii i Latino ſo-
lummodo vtantur,ſicut in cõſidero. Itẽ cur in aliquibus

quidam duplicant literas, quidam nõ, vt in cauſſa, relli-
gio. Cur caccabus cum habeat primam ſyllabã poſitio-
ne geminati cc productam nihilominus a plærisq; poe-
tis vt plurimũ corripiatur. Itẽ vtrum Ariſtotelis anima
ſcribi debeat endelechia per delta, vel ẽtelechia p tau.
Pręteteo infinitas & nunq̃ ceſſaturas eorum contẽtio-
nes, de accẽtibus, de orthographia, de pronũciatione li
terarum, de figuris, de etymologijs, analogijs, deq; cęte
ris p̃ceptionibus, & regulis, & inflectionibus, & modis
ſignificandi, de mutatione caſuum, varietateq; tẽporũ,
modorũ, perſonarum, numerorum, deq; varijs impedi
mẽtis, & ordine conſtructionis. Denique, de ipſo litera
rum latinarum numero, ac genealogia, & vtrum h ſit li
tera, nec ne, & huiuſmodi plura. Ita nõ ſolum in dictio-
nibus & ſyllabis, ſed & in elemẽtis, nulla ratione reddi-
ta, a ſe inuicem diſſentiunt. Cuiuſmodi pugnam Lucia- Lucia in
nus Samoſatẽſis de s & t conſonantibus lepidiſſimo li- iuditio
bello deriſit, cuius exemplũ eſſe poteſt in thalaſſa & tha vocaliũ.
latta. Quidẽ etiam Andręas ſalernitanus de ea re Grã-
maticale bellum ſtudioſa facundia deſcripſit. Sed pau-
ca & modica hęc ſunt. Plura & maiora de nominum
deprauatis interpretationibus dicere poſſemus, quibus
vniuerſo orbi plurimum imponunt. E quibus primum Perni-
in repub. non minima mala procedunt, dũ legibus ſub- cies in
ijci ſeruitutem exponunt. Ciuium autem libertatem in- Rẽpub.
terpretantur eam, vbi vnicuiq; licet quod libet, ac iſono excorru
miam, hoc eſt, iuris æqualitatem dicunt, vbi omnibus pta &
indiſcretim, idem ius, idem honos, idem præmiũ. Simi- deprana
li modo tranquillum imperium aiunt, vbi omnia princi ta nomi-
pis libidini obſecundant: feliciſſimum, vbi populus lu- num in-
xu defluit & otio: ſimilibuſque admodũ multis, & Me- terpreta
dicina, & Leges, & Canones corruptæ ſunt expoſitioni tione.
bus. Quib9 cogũt ipſas etiã ſacras literas, ipſumq; Chri
ſtum a ſe diſſẽtire, cõtorquentes illas nõ ad ſenſum Spi
ritus Sancti, nec ad communem hominũ ſalutem, ſed
ad ſuum ipſorũ cõpendium. Ex qua re ſępę grauiſſima
imminerũt pericula, vt ſolet error in vocabulis errorẽ

parere in rebus: cuiuſmodi deceptus quondam rex pri-
mus Hebręorum Saul in verbo zobar, quod & maſcu-
Exod. 17. lũ ſignificat & memoriam, cum dixiſſet De⁹, delebo me
moriã Amelech ipſe Saul putabat ſi mares abſtuliſſet,
ſe ſatiſfeciſſe præcepto. Contigit & Gręcis & Italis ſi-
φῶς milis error in verbo Phos, quod & hominẽ ſignificat
& lumen. Vnde quõdam Saturnaliũ cultores, verbi am
biguitate decepti, hominem quotãnis Saturno immola
runt, dum illum accẽſis luminibus æque placare potuiſ-
ſent. Quæ gens tam ſtulta, tandem Hercule magiſtro re
ſipuit. Tandem etiam Theologi. & Fratres cucullati, ſe
ſe Grammaticis inſerentes, de verborum ſignificatio-
nibus, cũ multis hęreſum appendicib⁹ digladiant̃, euer
tẽtes ſcripturas occaſiõe Grãmaticæ, Interpretes mali
effecti eorum quę bene dicta ſunt, homines vani, & ve-
re infelices, per artẽ ſuam ſemetipſos excæcãtes, fugiẽ-
tes lumen veritatis, & dum virtutem dictionum curioſe
nimis ſcrutãtur, ſenſum ſcripturarum nolũt intelligere,
ſed nuda vocabula tenentes, circa illa morãtur, ſubuer-
tentes, & amittẽtes verbũ veritatis. Sicut narrat̃ de ſa-
crificulo illo, ſiue verum, ſiue fabula ſit, qui cũ plures ha
beret hoſtias, ne in Grammaticam committeret, in hæc
verba conſecrauit. hæc enim ſunt corpora mea. Vñ nã
orta eſt illa Antimantarum & Eluidianorum execrãda
hæreſis, diuę Chriſti matris perpetuam virginitatẽ ne-
Matth 1 gantium, niſi ex hoc vnico vocabulo donec, vbi legitur
in Euangeliis, quoniam Ioſeph non cognoſcebat eã, do
nec peperit filium ſuum primogenitum. At quãtam La-
tinę cum Græca Eccleſia contentionem concitarũt duæ
illę minimæ dictiones. ex, & per, Latinis aſſerẽtib⁹ Spi
ritum Sanctum ꝑcedere ex patre & ex filio. Gręcis au-
tem dicẽtibus non ex filio, ſed ex patre per filium. Quã
tas rurſus tragœdias mouit dictio illa, niſi ĩ cõcilio Ba-
ſilienſi, Boemis vtriuſque ſpeciei cõmunionem neceſſa-
riam adfirmantibus, quia ſcriptum ſit, niſi manducaue
ritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem,
non habebitis vitam in vobis. Vnde nam illa Valdẽtiũ,

& ſequacium, recẽciorũq; circa Euchariſtiam hereſis?
niſi ex illa dictione, eſt, quam illi ſymbolice ac ſignifica-
tiue dũtaxat dictam volũt, tropunq; ſubeſſe verbis. Ro-
mana Eccleſia illam eſſẽtialiter exponẽte, Sunt adhuc
aliæ Grãmaticorum pernicioſæ hereſes, verum tam
occultæ, tanque ſubtiles, vt niſi Oſenienſes accutiſſimi
Anglorum Theologi atque Pariſienſiũ ſorboniſtæ: lyn-
ceis oculis has perſpexiſſent, magniſq; ſigillis cõdẽna-
ſent vix aliquis poſſet præcauere, Eiuſmodi ſũt, ſi quis
æque bene dictum ſenſerit, Chriſtus prædicas, Chriſt⁹
prædicat, Ego credis, Tu credit, Credens eſt ego. Item
quod verbum maneus verbum, poteſt priuari omnib⁹
ſuis accidentibus. Item quod nullum nomen eſt tertiæ
perſonæ, & his ſimilia. Quæ ꝑfecto ſi hæretica dici de-
beant, hæretici erunt imprimis prophetæ Eſaias & Ma-
lachias, quorum vterque inducit Deum de ſeipſo loquẽ- Eſa. 38.
tem, prior ad Hezechiam his verbis: Ecce ego addet ſu- Malachiæ. 1.
per dies tuos &c. Non enim dicit, addam, ſed addet. Al-
ter ſic: Et ſi domini ego, vbi eſt timor meus? quo in lo-
co faci Deum pluratiue ſe appellare dominos ſed mul-
to magis Hęretici erunt omnes, qui nunc per vniuerſũ
Romanum orbẽ habentur Theologi, quatenus vniuer-
ſam orthodoxæ Eccleſię doctrinam nouitate ꝑnuncia-
tionis contra omnem grammaticorum artem ac vſum
ad confictas voces, monſtroſa vocabula, & perplexa ſo-
phiſmata protraxerũt, auſi inſuper docere Theologiã
ipſam incorrupto ſermone tradi non poſſe, Sunt infi-
nita horum ſimilia, & miſerandum eſt ætate noſtra,
quantas contentiones & errores moueant pertinaces
Grammatici & ſuperbi Sophiſtæ ſuis peruerſis voca- Grãmaticorum peruerſa hactempeſtate Interpretatio.
bulorum interpretationibus, dum alij ex verbis colli-
gunt ſententias, alii contra ex ſententijs colligunt ver-
ba. Hinc in medica arte, in vtroq; Iure, in Philoſophia
& Theologia cæteriſq; facultatibus literarum, infini-
tæ contentiones, erroreſq; quotidie inſurgunt. Nihil
entm demonſtrant Grammatici, ſed ſolis nituntur au-
ctoritatibus, quæ ſæpiſſime inter ſe tam variæ ſunt atq;

Sermonis ius nō apud Grāmaticos eſſe ſed penes populum.

diſcordes, vt neceſſarium ſit plurimas illarum eſſe mendaces, quarum præceptionibus qui maxime confidunt, hi recte loquuntur omniū minime. Omne enī ſermonis ius, non apud Grammaticos, ſed penes populū exiſtit, & vulgari conſuetudine bene dicēdi vſum ſortitur. Latini autem ſermonis vigor, poſtq̄, inualeſcentib⁹ Barbaris, apud populū eſſe deſierit, eius ratio tamē nō ā Grāmaticis, ſed idoneis & doctis ſcriptoribus, vti a Cicerone, Catone, Varrone, vtroq; Plinio, Quintiliano, Seneca, Suetonio, Quinto, Curtio, Tito. Liuio, Salluſtio, ſimilibuſq; eſt petēda, quos penes ſolos reſtant antiquę deliciæ Latinitatis vſuſq; recte loquendi, non apud Grammaticos literatores, qui ſuis regulis de verborum & caſuum inflexionibus, compoſitionib⁹, & deponētijs ipſi Latinitati plurimum imponunt, ac talia ſæpiſſime conſtruunt vocabula, quæ fas non ſit homini Latino vſurpare, niſi forte Pariſiēſis Sorbona inter articulos referat. Si quis dicat de veritate ſermonis Latini fidem Grammaticis non habendam, atq; tamen hi literatores Grāmatici, ſeſe ſolos ſcriptorum omnium cēſores, iudices, & interpretes conſtituunt, ac auctores om̄es libroſq; in ordinem redigere, aut e Canone ſubmouere ſibi arrogant, nullus vnquā tam excellentis ingenij auctor extitit, qui maledicam iſtorum linguam euaſerit, quem non taxauerint, aut in quo non plurimū culpauerint. Criminantur in Platone confuſionem & ordinem deſiderāt, de cuius vitijs Georgius Trapezūtius libros cōpoſuit, qui ab alijs iccirco Cenotimō & Erinnvs vocatus eſt, vt narrat Crinitus. Quęrunt in Ariſtotele dilucidā per ſpicuitatem, arguunt tenebroſam eius obſcuritatem & ſepiam vocant. Taxant Vergilium vt pauci ingenij & cōpilatorem, aliorunq; vſurpatorem criminātur. Tullio non ſatis facit Demoſthenes, & ille ſummis Latinorū Rhetor a Gręcis repetundarum petitur, & multis notis accuſatur, timidus, ſuperfluus in repetitionibus, frigid⁹ in facetijs, lētus in principiis, ocioſus in digreſſionib⁹, raro incaleſcens, tarde aſſurgens, quin & a noſtris etiā

Opinor compoſitam diſtionem ἀτε τō κενός qd̄ vanū & ineptū notat, &

reprehēſus, a M Capella tanq̄ turbato numero locutus, ab Appolinari flaccidus & ſupinus notatus eſt: iāq; etiā Liuianas oratiōes Trogus pro fictis dānat: & Horatio nō placet Plautus, idem ab incōpoſitis verſib⁹ damnat Lucilium, vt turbidum flumē: nullis bene digeſtis, multa dicitur inuoluere Plinius: nimium fertur indulgere genio Ouidius: ab Aſinio Pollione ꝑ affectatore reprehēditur Salluſtius: furto & aliena prorſus recitaſſe, & a Labeo & Scipione adiutus arguitur Terentius: Seneca calx ſiue arena vocatus eſt, quē his verbis taxat Quintilianus: Si nullum æqualium contempſiſſet, ſi partim non concupiſſet, ſi non ſua omnia amaſſet, ſi rerum pōdera minutiſſimis ſententiſs non fregiſſet, conſenſu potius eruditorum quam puerorum amore comprobarētur. Sed & M. Varro porcus appellat⁹ eſt: & Ambroſi⁹ cornicula & fabulator nōcupatus: Macrobi⁹ homo eruditiſſimus, impudētis & ingrati ingenii taxat⁹ eſt & abs Laurentio Valla Grammaticorum omnium eruditiſſimo: nullis eorum qui vnquam Latine ſcripſerunt indultum eſt, & illum laniauit Mancinellus. Erat olim inter Grammaticos de lingua Latina bene meritus Seruius, & hunc impugnauit Beroaldus: tādem & hūc poſteriores Grammatici veluti Barbarum omnino auerſantur.

ἥμων cognomen το μισάν θρωπος, quē Laertius ſcribit acris ingenii fuiſſe & vehemētem, ſed ad irridēdum prōptum.

Sic Cramatici omnes alter in alterum furere ſoliti ſūt. denique, horum opera factum eſt, vt ſacræ ſcripturæ traductio, correctionis prætextu toties immutata, iam tota a ſeipſa diſſonet, horum cēſuris de Apocalypſi Ioānis Apoſtoli, de Epiſtola Pauli ad Hebrǽos, de Epiſtola Iudæ, & aliſs plæriſq; noui Teſtamenti capitulis diu dubitatum eſt, quin & Euāgelia ipſa ad Problemata reuocare conati ſunt Sed iam ad Poetas. ¶POESIS ipſa, auctore Quītiliano, altera Grāmaticę pars eſt, hoc ipſo non modicū ſuperba, ꝙ olim Theatra & Amphiteatra anguſtiſſima hominū ędificia, non Philoſophis, non Iuriſcōſultis, non Medicis, nō Rhetoribus, nō Mathematicis, nō Theologis, ſed ipſis Poetarū fabulis ingētibus ſumptib⁹ extructa ſunt, Ars non aliud iuuenta,

POESIS.

niſi vt laſciuiẽtibus rythnis, ſyllabarum numeris, ac pō deribus, nominumq́ inani ſtrepitu ſtultorum hominũ aures demulceat, ac fabularum oblectamẽtis, mẽdaciorunque centonib⁹ decipiat animos. Quo circa architectrix mendaciorum & cultrix peruerſorum dogmatũ dici meruit: atque vt quod ad furorẽ, & temulentiã, & impudentiam, & audaciam attinet, illi cõdonemus, certe interritam illam mentiendi fiduciam, quis æquo animo ferret? quem enim angulũ inſanis numis fabuliſq́ relinquit vacuum? Iam enim ab ipſo Chaos faciẽs exordia fabularũ, narrat Cœli ſectiones, Veneris part⁹, Titanum pugnam, Iouis incunabula, Rheæ fraudes, & lapidis ſuppoſitiones, Saturni vincula, Gigãtũ rebellionẽ, Promethei furtum atque ſuppliciũ, Deli errores, Latones labores, Pythonis cędẽ, Titij inſidias, Deucalionis inundationes, Hominunque ex lapidib⁹ ortũ, Iacchi dilaniationes, Iunonis dolũ, Semeles cõflagrationẽ, Bacchi vtrãque ſtirpẽ, & quęcũque de Minerua, Vulcano, Erichthonio, Borea, Orithya, Theſeo, Aegeo, Caſtore, Polluce, raptũ Helenę, & morte Hippolyti in fabulis Atticis referunt. Præterea, errationem Cereris, raptã & inuẽtã Proſerpinam, & quæcũque de Minoe. de Cadmo, de Niobe, de Pẽtheo, Antęo, Oedipode, de Herculis laboribus, de Solis & Neptuni pugna, Athamãtis inſania, de Io in vaccã mutata, & ei⁹ cuſtode Argo a Mercurio perempto, & quę de vellere aureo, Pelia, Iaſone, Medæa. Item de Agamemnonis morte & Clytemneſtræ ſupplicio, & quæ de Danae, Perſeo, Gorgona, Caſſiopeia, Andromeda, Orpheo, Oreſte, de Aenæę & Vlyſſis erroribus, de Circe, Telegono, & Aeolo, Palamede, Nauplio, Aiace, Daphne, Ariadne, Europa, Phędra, paſiphae, Dędalo, Icaro, Glauco, Atlante, Geryone, Tãtalo, de Pane, Cẽtauris, Satyris, Syrenibus, & reliquis huiuſmodi inſignibus mẽdacijs memoria prodidit. Nec interim humanis reb⁹ cõtenta, ipſos deniq́ Deos in fabularum ſuarum partem vocat, eorum ort⁹, interit⁹, lites, iurgia, odia, iras, ſpolia, vulnera, lamentationes, vincula

Mẽdax Poes.

amores,lenocinia,libidines,fornicatiões.adulteria, cũ hominibus & beſtijs concubitus,& quæ his abſurdiora & nefãda magis,venenoſis verborũ leporib⁹, & noxia carminis ſuauitate texens,nõ præſentes tãtum fallit ac inficit,ſed furioſa hęc veneficia,pulchris verſiculis metriſq; ſeruata,etiam poſteris communicat, & tanquã rabidi canis morſu quoſcũq; dogmatibus ſuis mẽdaciiſq; ſemel infecerit,conſimili rabie furere compellit. Tanta enim arte mendacia eius conficta ſunt,vt nõ raro veris præiudicent hiſtoriis. Quemadmodum de ementito Didonis cum Aenea adulterio,atq; capto a Græcis Ilio manifeſtum eſt.Sunt tamen qui ad tantum inſaniæ furorem aduenerint,vt illi nonnullas diuinitatis ſortes ineſſe putẽt,quia demones olĩ poeticis verſiculis reſpõſa ſederunt.Hinc illos prophetas ac vates,diuinoq; ſpiritu afflatos vocant ac Poetarũ nugaciſſimis verſiculis tanquam oraculis ad diuinandum vtuntur. Hinc apud priſcos ſortes Homericæ cognomĩatæ ſunt, ab Homeri verſiculis,ſicut a Vergilij carminib⁹,ſortes Vergilianę, quarum in vita Adriani meminit Spartianus, Quæ ſuperſtitio hodie & ad ſacras literas, & Pſalmorum verſiculos tranſlata eſt,etiam non improbantibus plęriſque noſtræ religionis Magiſtris Noſtris. Sed ad Poeſim reuertamur,hanc Auguſtinus a ciuitate Dei exultare iubet,Ethnicus Plato a ſua Repub. expellit, Cicero admitti vetat, Socrates admonet,ſi cui fama maxime curæ eſt,illamq; ſeruare cupiat illæſam,is caueat ne Poetam aliquem inimicum habeat,quia non tam magnam in laudando, quam in maledicẽdo & vituperando vim habẽt.Minos rex iuſtiſſimus ab Heſiodo & Homero celebratus,quia Athenienſibus bellum intulit. Tragicos Poetas in ſe concitauit, qui illum ad inferos relegarunt: Penelopen ab Homero ſingulari pudicitia illuſtratam,Lycophron aliquot procis concubuiſſe ſcribit: Didonem Carthaginis conditricem continentiſſimam videam Ennius pueta Scipionis geſta decãtans, prim⁹ Aeneam adamaſſe finxit,quæ tamen ex ratione tẽporũ

Poeſi diuinitatis ſortes falſo attributas.

Sortes Homericæ & vergilianæ.

Poeſis tollenda e Repu.

vidiſſe vnquam non potuit, quod mendaciū Vergili⁹ deinde ſic adornauit, vt pro vera creditum ſit hiſtoria. Tandem eo vſq; hæc mentiendi licentia maladicēdiq; improbitas proceſſit: vt neceſſe fuerit legē illis per Cenſores pręſcribere, qua eiuſmodi Poetarum probra atq; mendacia reprimerentur. Sed & apud priſcos Romanos ipſa Poeſis palā pbro habebatur atq; adeo vt (Gellio & Catone teſtib⁹) qui in illa ſtuderet, publicus graſſator vocaretur, quin & a M. Catone ob id taxatus fuit Q. Fuluius, quod Procōſul miſſus in Aetholiā, Ennium Poetam ſecum adſumpſerit. Et Imperator Iuſtinianus illius pfeſſores nulla prorſus immunitate dignatur. Homerum etiam, quem omnium Poetarum Philoſophum & omnium Philoſophorum Poetam vocāt, veluti inſanientem, quinquagita dragmis Athenienſes mulctauerunt, & Tichteum Poetam, veluti mentis inopem, deriſerunt: Quin & Lacedæmonii Archilochi Poetę libros e ciuitate ſua exportari iuſſerunt. Sic Poeſim ipſam probiſſimi quiq; tanquam mendaciorum parentem aſperti ſunt, Poetis adeo mōſtroſe mentientibus, quippe quibus ſtudium eſt nihil ſani dicere aut litteris pdere. ſed cōſarcinatis verſiculis, ſtultis auribus cātillare, & fabularū inuolucris perſtrepere, & ſuper fumo machinari omnia, ſicut alicubi cecinit Campanus.

Ceſorū lex ī poetarum licentiam.

Iuſtinianus in poetas

Atheniēſes.

Lacedæmonii,

Campanus de poetarū vanitate.

Viuunt carmine inſani Poetæ:
Si nugas adimas, fame peribunt:
His mendacia ſunt opes & aurum:
Fingunt quæq; volunt, putanq; palmam
Mentiri bene glorioſiorem,

Sunt præterea apud Poetas acerrimę contentiones, nō ſolū de carminis charactere, de pedibus, de accētibus, de ſyllabarum quantitatibus: nam de iis etiam triuiales quiq; Grammatici concertant: ſed de iis ipſis ſuis nugis, figmentis atq; mendaciis, vtputa, de nodo Herculis, de Caſta arbore, de literis Hyacinthi, de filiis Niobes, de arborib⁹ apud quas Latona Dianā pepit, Itē de Homeri patria deq; eius ſepulchro, atq; vtrū Homerus

an Heſiodus ætate uperior ſit,an Patroclus antiquior Achille quo corpis habitu Anacharſis Scytha dormierit,cur Homer⁹ nō honorauit carmine Palamedē,'vtrū Lucanus īter poetas aut hiſtoricos reponēd⁹ ſit. Itē de furtis vergilii,& quo anni mēſe mortuus fuerit,& quis exiguos Elegos emiſerit auctor

Grammatici certant,& adhuc ſub iudice lis eſt.

Omnia autē poetarum carmina,plena fabulis ſunt, non niſi ſub adulationis,aut detrectatiōis peſſimorum vitiorum prætexta,ad ſtultorum delectationē decantata. Quicquid agunt poetæ,narrent,laudēt, inuocēt, fabulis ſuis adulantur. Rurſus,inuehant,mordeant, accuſant,fabulis debacchētur,ſemper vero inſaniunt. Recte igitur Democritus hanc nō artem,ſed inſaniam vocat. Et Platonis ſententia eſt: fruſtra poeticas fores cōpos ſui pepulit. Tunc ſiquidem admiranda canunt Poetæ, quando videlicet inſaniunt,aut temulenti ſunt,Hīc Auguſtinus poeſim vocat vinum erroris,ab ebriis doctoribus propinatum. Hieronymus eam dæmonum cibū appellat. Ars inſuper pertenuis & nuda,quæ per ſe quidē tota inſulſa res eſt,niſi alia quauis diſciplīa veſtiatur cōdiaturq́;,ars eſuriens ſemperq́; famelica, & tanquā mures alienum panem comedens,atq́; tamen neſcio quam inter nugas & fabulas cum Tithonis cicadis, Lyciorū ranis, & Myrmidonū formicis polliceri audet immortalem gloriam nominis,ac dicere:

Orat. in arte poetica.

poetæ adulatores & in ſani.

poeſis in ſania.

Viuite felices,ſi quid mea carmina poſſunt,
Nulla dies vnquam memori vos eximet æuo.

Quæ reuera: aut nulla eſt,aut nihil ꝓfutura. ¶ Sed hoc munus dicent Hiſtorici non poetarum, ſed ſeuum eſſe.

HISTORIA.

Eſt autem hiſtoria rerum geſtarum cū laude, aut vituperio narratio: quę magnarum rerum conſilia,actiones exitus,regunq́; & magnorum virorum actus, cum temporum & locorum ordine ac deſcriptione, tāquam viua quædam pictura,ante oculos exponit,ideoq́; hanc tāquam vitæ magiſtram, & ad eius inſtitutionem vtiliſſimam cenſent ferme omnes eo quod multarum rerū

exemplis cum optimos quoſq; ob laudis nominiſq; im-
mortalem gloriã,ad præclara quæq; facinora accendat,
tũ quod impios quoſq; ac prauos perpetuę infamię me-
tu,a vitijs deterreat,quãuis res hæc ſæpiſſime in diuer-
ſum ceſſerit,& multi,quod Liuius dixit de Mãlio Capi
tolino,malint eſſe famę magnę quam bonę.& plęrique
quod virtutibus nequeũt,ſceleribus innoteſcere volunt
inſcribiq; hiſtorijs,quẽadmodũ de Pauſania Macedo-
ne adoleſcente Philippi regis paricidio illuſtri ex Tro-
go recitat Iuſtinꝰ,atq; de Heroſtrato(qui Dianæ Ephe-
ſiæ templum opus omnium pręclariſſimum a tota Aſia
annos ducentos ædificatum,incendit)narrant Gellius,
Valeriꝰ atque Solinus.Et quanq̃ ſeueriſſimis legibꝰ cau-
tum fuerit,ne quis hominem illũ voce ſcriptoue nomi-
naret,finem tamẽ,cuius gratia perpetrauit ſcelus, aſſe
quutus eſt,fama videlicet & nomine eius per tot ſęcula
ad nos vſq; deductis,ſed ad hiſtoriã reuertamur . Hæc

Hiſtoriarum Vanitas.

cum maxime omniũ rerum ſeriem,fidem,cõſonãtiam,
veritatemq; ex expoſcat,illa tamẽ minime omnium pręſtat,tã inter ſe diſſentiũ Hiſtoriographi,tam varia & di
uerſa de eiſdẽ tradũt, vt impoſſibile ſit,plurimos illorũ
nõ eſſe mẽdaciſſimos,nõ dico ſolũ de prĩcipio Mũdi,de
diluuio vniuerſali,de Vrbe cõdita,a quibꝰ exordijs res
geſtas ſeſe ſcribere profitẽtur, cum primũ illoꝶ omnes
ignorẽt,alterũ nõ oẽs credãt,tertiũ penes eos incertum
ſit,Quare cum hęc re motiſſima ſint,nec æquaratiõe ab
omnibꝰ recepta,habeãt erratorũ illorum veniam. Sed
de poſterioribus temporibus haud poterit illis non im

Cauſæ mendaciorum ĩ Hiſtorijs

putari mendaciorum culpa. Cauſę autem tantæ illorum
diſſonantiæ multæ ſunt: Nam plæriq; eo quod narrato-
rum temporibꝰ,locis,perſonis, geſtis, nõ adfuerũt, ex
aliorum relatu populares ſermones colligẽtes,nihil cer
tum,nihil conſtans ſcribunt,quo vitio a Strabone taxã-
tur Eratoſthenes, Metrodorꝰ Sceptius, Poſſidonius, &
Patrocles geographus . Sunt alij qui cum partem rerũ
viderint , quaſi in tranſitu militari , aut prætextu voto-
rũ,mẽdici per xenodochia,prouincias tranſcurrentes,

conſcribere audent hiſtoriam, cuiuſmodi quoddã Ono ſicritus & Ariſtobo lus ſcripſerunt de India. Sũt qui de lectationis cauſa rebus veris nõnihil admentiuntur, ſæpe etiam veritatem omittentes, de quo Herodotum notat Diodorus Sycul⁹, ac Trebellium Liberianus & Vopiſcus, atque Tacitum Tertulian⁹ & Oroſius, in quorũ numerum etiam Planudem & Philoſtratũ reponemus.

Sunt etiã qui res veras ad fabulas conuertunt, quales Gnidi⁹, Creſias, Hecatheus, & plures aliȷ antiquorũ Hiſtorici. Sũt & multi qui impudenter Hiſtoriographorũ nomine ſe iactantes, ne videant̃ quicquã ignorare, aut aliquid aliud ab aliȷs retuliſſe, dum de ignotis & inacceſſis ꝓuinciȷs verboſa nouitate ſcribere prȩſumpſerunt, nil niſi elegantes nugas, & monſtroſa mẽdacia, tradiderũt. Cuiuſmodi ea q̃ de Arimaſpis, Gryphis, Pygmæis & Gruib⁹, ac de Cynocephalis, & Aſtromoris Hippopodibus, Phaniſiȷs, Troglodytis, legimus: quorum errori bus proximi ſunt, qui ſub arctico, mare cõgelatum affirmarunt, atque tamen inueniũt ſtultos & ſine iudicio homines, qui illis talia credant, ac pro oraculis habeãt: at ex horum numeo ſunt Ephorus, qui vnam dũtaxat ciuitatem eſſe Hiberos tradidit, cum illi tantam heſperiæ partem inhabitare noſcũtur. Et Stephanus græcus, qui Frãcos Italiæ populos, & Viennam oppidum eſſe Galileæ pro Galatiæ dixit. Et Arrianus græcus, qui Germanorum ſedes non procul ab Ionio aſſerit, quib⁹ accedit & Dionyſius in his quæ falſo tradidit de Pyreneis montibus. Præterea, quæ Cornelius Tacitus, Marcell⁹, Oroſi⁹, Blõdus de Germaniæ locis diſſerũt, magnas ex pte a ueritate diſcrepãt. Similiter falſo ſcribit Strabo Iſtrũ, hoc eſt, Danubiũ non procul ab Adriatico oriri, & Herodotus eũdẽ ab Heſpero fluere, & apud Celtas, q oĩm in Europa extremi ſunt, oriri, & ad Scythiã ĩgredi, & iterũ Strabo Lapũ ab viſurgũ fluuios ad Hanaſũ ait deferri: cũ Lap⁹ Rheno miſceat̃, Viſurgus aũt mari exoneretur. Sic & Plini⁹ Moſam fluuiũ in Oceanũ ꝓperare tradit, cũ ſe nõ Oceano, ſed Rheno immergat, Cõſimilib⁹

Strabonis error.

Strabonis error.

Pliniȷ error,

Sabellici error

erroribus ex recẽtioribus Hiſtoricis ac Geographis Sabellicus Alanos ab Alemanis falſo deducit, & Hũgaros ab Hunis falſo deriuat, qui Gothos & getas Scytas ait, & Danos cum Dacis confundit, ac diuæ Ottiliæ montẽ in Bauariam locat, cum non procul ſit ab Argenterato:

Volaterrani error,

Volateranus etiã Auſteraniam & Auſtriam. Auaros & Sauaros, Lucernã quoq; & Nanſium confundit, & Plinium dicit Bernenſium Heluetiorum mẽtionẽ feciſſe, cum illi longe poſterioribus temporib⁹ a Bertholdo duce zaringiorum primum conditi fuerunt. Similiter Con

Conradi error,

radus Celtes Dacos eoſdem cũ Cimbris exiſtimat, & Cherũſcos eos quos Ceruſos, qui & Ripheos mõtes in Sarmatia ſitos putat, & electrũ gummam ex arbore defluentem tradit. Sunt & adhuc alii inter Hiſtoricos longe maiorum mendaciorum culpam habentes, qui cum aut rebus interfuerunt, aut aliter res ipſas vt ſũt, vel geſtę ſunt cognouerunt, tamẽ beneuolentia & obſequio victi, ſuis adulantes, contra fidem falſa confirmant. Sunt ex iſtis qui ad accuſandas aut defendẽdas alienas cauſas, hiſtorias narrare aggreſſi, ea ſola quæ ſuo argumẽto conducunt narrantes, cetera vero diſſimulantes, prætereũtes, aut extenuãtes, mãcas & corruptas hyſtorias ſcribunt, de quo vitio Blondus taxat Oroſium, quod ingentem illã Italię cladem, qua Gothi Rauennam, Candanum, Aquilegiã, Ferrariam, ac totam fere Italiam diripuerunt, conticuerit, ſuum ne attenuaret propoſitum argumẽtum. Sunt præterea qui metu, aut ſimultate, aut odio aliquorum corrupti, detrahunt veritati. Alii dum ſuorum geſta extollere cupiunt, aliorum patrata extenuãt, & in humilitatem deiiciũt, ſcribuntq; nõ quod eſt, ſed quod cupiunt, quod volunt, quodq; lubet: confidẽtes non defuturos mendaciorum ſuorũ comites atq; patronos, teſteſq; eos quibus egregie palpati fuerit. Quod vitium antiquitus Græcis ſcriptoribus familiare erat: hodie vero ferme om̃is nationis Chronographi eo ipſo laborant: vt Sabellicus & Blondus in reb⁹ Venetorum, Paulus Aemili⁹ ac Guaguinus in geſtis Francorũ, quos

non ob alium fructũ alunt Principes, niſi quod ait Plutarchus, vt famulante ipſis bonis ingenis, virtutẽ alienis meritis ſuffocantes, illorum facta nugis ac figmẽtis pro Hiſtorica maieſtate attollant. Sic Græci Hiſtorici de rerum inuẽturibus ſcribentes, omnia ſibi, ſed nõ ſua vendicare voluerunt. Eſt & aliud corruptiſſimũ adulatorum genus, qui cum principum ſuorum originem ad antiquiſſimos quoſque reges extendere conentur, cũ in ſuo genere eo nequeãt peruenire, ad externas origines fabulaſq; recurrunt, & regum & locorũ nomina cõfingunt, & nihil non cõmentiuntur. Huius generis eſt Barbarus ille Hunibaldus, qui Frãcorum Hiſtorias cõſcribens, Scythiam, Sicãbriam, & Priamum iuniorẽ, aliaq; locorum & regum nomina commẽtus eſt, quorum nullus vnquam priorum meminit Hiſtoricus: Atq; tamẽ illius nugas cõſimilis ingenij homines ſecuti ſunt, videlicet Gregorius Turonenſis, Rhegino, atq; Sigiſbert⁹, & plæriq; alij. Huius furfuris eſt & Vitilchind⁹, qui Saxones antiquiſſimos & primores Germaniæ icolas, Macedonum ſobolem ait, & ab Alexãdri Magni reliquijs deriuat, quẽ in hoc errore ſequũtur plęriq; alij. Multi præterea ſcribunt Hiſtorias, non tam vt vera referãt, quam vt delectent, aut egregij Principis imaginem, in quouis Iubeat, exprimãt, aut effingant. Quos ſi quis arguat mẽdacij, dicunt ſe non tam ad rem geſtam, quam ad poſteritatis vtilitatem & famam ingenij intueri, deoque non omnia narrare vt acta ſunt, ſed vt narrare expedit, nec ſeueritatẽ pertinaciter velle tueri, vbi figmentum falſitatemue communis poſtula vtilitas, citantes teſtem Fabium dicentem, non eſſe vituperãdum tale mẽdacium, quod ad honeſtatis perſuaſionem conducit. Prętereà, cum poſteris ipſis ſcribãt, non magni referre, cuius nomine quaue ſerie boni Principis exemplum proponat in plubicum. Talem profecto Xenophon de Cyro non qualis eſſet, ſed qualis eſſe debuiſſet, tãquã optimi Principis exemplar & archetvpum, ſcitam elegantemq; ſed abſq; veritatis fide Hiſtoriam deſcripſit. Hinc tandem

factum eſt, vt multi, & natura, & induſtria ad mentiendum apti, confictis argumentis fabuloſas deſcriberent Hiſtorias, vt ſunt illa Morganæ, Margalonæ, Meluſinę, Amadyſi, Florandi, Tiranti, Conamori, Arcturi, Diotheri, Lanceloti, Triſtanni, illa inquam prorſus fabuloſa ac ſimul inerudita deliramenta, Poetarum comœdiis ac fabulis fabuloſiora: inter eruditos vero principatum in iſtis obtinuerũt Lucianus atq; Apuleius, quin & apud Herodotum Hiſtorię patrem, apud Diodorum & apud Theopompum. quod ait Cicero, inumerabiles ſunt fabulæ, & ipſi pleni mendaciꝭs, Ibi enim epota, Medo prandente, flumina, & velificatum

Athon legimus

Et quicquid Græcia mendax

Audet in Hiſtoria

Iuuenalis Satyra. x.

Atq; hæ ſunt cauſæ, cur nuſquam vere exacta fides reperiatur Hiſtoriæ, & ſi hanc in ea maxime quærimꝰ, iudicium autem, quo in diſcernendo opus eſſet, difficillimũ eſt conſequi. qum enim publice rerum geſtarum cõſcriptiones nõ fierent, quæ rerũ docerent veritatatẽ, & mẽtientes arguerent, ſed ſuæ opinioni quiſq; permiſſus eſt Hinc nacti ſunt errandi mentiendiq; poteſtatẽ, vnde tãta apud Hiſtoriographos diſcordia nata eſt, vt etiam (quod ait Ioſephꝰ cõtra Appionẽ) libris ſuis alterutros arguant, & valde cõtraria de rebus eiſdem conſcribant

Ioſephꝰ.

Quãtis quidẽ locis (idem ait) Hellanicꝰ ab Ageſilao de Genealogiꝭs diſcrepat, & in quãtis Herodotum corrigit Ageſilaus, & quomodo Ephorus quidem Hellenicũ in plurimis oſtendit eſſe mendacem, Ephorum vero Timeus, Timeum qui poſt eum fuere, Herodotum vero cuncti, Sed neq; de ſingulis cum Antiocho, & philiſto, aut Callia, Timeus concordare dignatus eſt, in multis etiam Thucidydes tanquam fallax accuſatur, licet ſcrupuloſiſſimã Hiſtoriam conſcripſiſſe videatur. Hæc de aliis ſcribit Ioſephus. atq; hunc noſter corrigit Aegeſippus. Præterea ex Hiſtoriographis multi multa narrãt. ſed nõ omnia probanda, & quidã probãt haud quaquã

probãda plæriq; peſſima exempla imitanda proponũt: Nam qui Herculem, Achillem, Hectorem, Theſeũ, Epaminundã, Lyſandrum, Themiſtoclem, deniq; Xerxẽ, Cyrum, Darium, Alexandrum, Pyrrhum, Hannibalẽ Scipionem, Pompeium, Cæſarẽ, miris laudib⁹ depringũt, quid niſi magnos & furioſos latrones famoſoſque orbis p̃dones deſcripſerũt? Eſto, fuerint Imperatores optimi, certe viri peſſimi ſceleroſiſſimiq;. Quod ſi quis dicat mihi, ex Hiſtoriarũ lectiõe præcipuã nãciſci prudentiam, non negauerim, mõ id quoque cõcedat, ex eiſdem etiã ſummam hauriri pernitiẽ, atque, vt alicubi canit Martialis, Sũt bona multa, ſunt mediocria, ſunt mala multa. RHETORICA vero quæ in proxima eſt, ars ſit nec ne inter grauiſſimos viros certatur, & adhuc ſubiudice lis eſt. Ipſe ſiquidem Socrates apud Platonem ifirmiſſimis rationib⁹ eam nec artem, nec ſcientiam contendit ſed ſagacitatem quandam, ipſanque, nec præclaram, nec honeſtam, quinimo turpem, illiberalem, ac ſeruilem adulationem. Sed & Lyſias, & Gleantes, & Menedemus, cenſuerunt eloquentiam nulla arte poſſe contineri, ſed a natura duntaxat proficiſci, quæ quemlibet doceat, dum opus ſit, glandiri, & res ſuas narrare, argumẽtiſque firmare, atque veram pronuntiationem, memoriã, pulchrũque inueniendi modum, non niſi a natura proficiſci: quod ipſum in Antonio Romanorum Oratorum principe viſum eſt. Quin & cum ante Thiſiam, Coracem, & Gorgiam, nullus adhuc Rhetoricæ artem ſcripſerit, aut docuerit, multos tamen ingenij bonitate fuiſſe eloquentiſſimos. Preterea, cum ars diffiniatur eſſe collectio prçceptorum ad vnũ finẽ tendentiũ, adhuc certãt Rhetores, quis illi⁹ finis ſit, an perſuadere, õd bene dicere, nec contẽti veris cauſis, nouas & fictas etiã excogitãt, Prçterea, tot theſes, hypotheſes: figuras, colores, duct⁹, characteres, ſuaſorias, cõtrouerſias, declamatiões, p̃œmia, inſinuationes, beneuolẽtiæ captatiões, artificioſiſſimas narrationes inuenerũt, vt vix numerarẽ ſufficiat, & tamẽ

Rhetorica.

Controuerſia de fine rhetorices.

Lacedæmonib⁹ non probata Rhetorica.

Rhetoricæ finem factum eſſe inficiantur. Hanc Lacedęmones omnino reprobarunt, æſtimãtes proborum hominum ſermonem non ab arte, ſed a pectore proficiſci oportere. Antiqui etiam Romani, ſero admodum Rhetores in Vrbem admiſerunt, cunq; poſt multam controuerſiam, oſtendere Cicero conatus eſſet, orandi facultatem nõ tam ab arte, quam a prudentia proficiſci, atq; iccirco opus de ꝑfecto Oratore ſcripſiſſet, tamẽ ille Orator, quem ipſe velut exemplar ibi fabricat, non omnibus

Cicero Bruto ſuſpectus ob rhetoricam.

probatus eſt. Quin & Bruto ipſo ſingularis integritatis viro, admodum ſuſpectus viſus eſt, ſemperq; vicit ſentẽtia, Rhetorum bene dicendi præcepta, hominum vitæ plus officere quã prodeſſe: atque, vt liceat verum fateri conſtat totam illam ac omnem Rhetoricę diſciplinam, nihil aliud eſſe quam ad ſentationis adulationiſq; & (vt quidam audacius dicunt) mentiendi artificium, vt quod rei veritate efficere nõ poſſit, perſuadat fuco orationis,

Periclis dicendi facultas.

quemadmodum de Pericle Sophiſta ait Archidam⁹ (vt auctor eſt Ennapius) qui interrogatus num eſſet illo potẽtior? reſpondit: Et ſi Pericles in bello a me victus ſit, ea tamẽ præditus eſt dicendi facundia, vt cum de ijs ra-

Carneades.

tiocinetur, nõ victus, ſed victor appareat, atq; de Carnea de ait Plinius: quod ipſo argumentãte, quid veri eſſet, haud facile diſcerni poterat: De eodẽ traditum eſt, quod cum ꝑ Iuſtitia multa publice elegãter & ſæpiẽter diſſeruiſſet, poſtridie nõ minore doctrina atq; copia cõ-

Corax.

tra Iuſtitiã peroraſſe. Erat apud Syracuſas Corax Rhetor vir acuti ingenij & linguę promptioris, qui hãc artem mercede docebat, ad hunc acceſſit Tiſias, cum prõptam mercedem non haberet, pollicitus eſt duplicem, poſtquam ille eum docuerit Rhetoricam, quem Corax hac conditione ſuſcepit & docuit. Hanc Tiſias cũ didiciſſet, de precio magiſtrum circumuenire ſtudens, interrogauit Coracem, quid eſſet Rhetorica? quo reſpondente, effectricem perſuaſionum, in preceptorem ſic argumẽtatus eſt, quodcunq; igitur de mercede dixero, ſi tibi me nihil debere ꝑſuaſero nihil debeo, quia non debere

perſuaſi Si non perſuaſero, non debebo etiam, quia me ſcire perſuadere non docuſti. Tum Corax hoc argumẽtum in Tiſiã retorquere viſus, quocunq; ait, ego quoque de mercede dixero, ſi me accepturum perſuaſero, accipiam, quoniam perſuaſi: ſi nõ perſuaſero, etiã accipere debeo, quoniam tantum diſcipulũ erudiui, qui præceptorem ſuperaret. His antiſtrophis argumentis eos contẽdere audientes Syracuſani, exclamauerunt: Mali corui malũ ouum, ſignificãtes mali præceptoris peiorẽ diſcipulum. Haud abſimelẽ hiſtoriã refert Gellius de Protagora Sophiſta & Euathlo ei⁹ diſcipulo. Atqui, ſcire exacte, ornate, grauiter, & copioſe dicere, pulchrũ, & delectabile, ac ſemper vtile eſt: Nonnunquam tamẽ turpe & importunum, ſæpiſſime vero periculoſum, ſemper autẽ ſuſpectũ eſt: Quocirca Socrates ipſe Rhetores nulla ęſtimatione dignos cenſet, nec qui vllam in bene inſtituta Repub. debeant potentiam obtinere: & Plato illos a ſua Repub. cum Tragicis, Hiſtrionibus, & Poetis ſimul excludendos cẽſuit, nec iniuria: Nã hoc artificio nihil periculoſius ciuilibus officiis, ab hoc, præuaricatores, tergiuerſatores, calumniatores, ſycophantę, & cętera huiuſmodi ſceleratæ linguæ hominum nomina deſcendunt: Hoc enim prediti homines in ciuitatibus, plęrunq; coniurant, ac ſeditiones mouẽt, dum hac artificioſa loquacitate alios decipiunt, alios mordent, alios cauillant, blãdiuntur aliis, ac in innocẽtes tyrãnidẽ quãdam ſibi vſurpant, Hinc recte dixit Euripides, tyrãnicum quodã eſſe multa ſcire dicere: & Aeſclylus ait, malum omniũ turpiſſimum eſſe dico compoſitos ſermones: Et Raphael Volaterranus Hiſtoriarũ & exemplorũ ſtudioſiſſim⁹ fatetur collatis quęcunq; audiuerit, quęque legerit veterum & recẽtiorum exemplis, pauciſſimos viros bonos reperiri eloquentes: Nonne eo ipſo ingentes Reſpub. ſępe grauiter vexetæ? ſępe penitus deletæ ſunt? Exemplo ſunt eius rei, Bruti, Caſſii, Gracchi, Catones, Cicero, Demoſthenes, qui vt omnium habiti ſunt eloquẽtiſſimi, ita ſemper fuere omnium ſeditioſiſſimi: Nam

Incõmoda Reipub. ex Rhetorica.

Cenſorius Cato quadrageſies accuſatus, ipſe ſeptuageſies ac vltra, alias reos fecit, tota ætate ſua inſanis declamationibus Repub. tranquillitatem perturbans: Alter vticenſis, prouocato Cæſare, libertatem Romanam funditus ſubuertit. Nō minus Cicero Antonium in Reipub. perniciem prouocauit, & Demoſthenes Philippū in detrimentum Athenienſium: Nullus denique Reipub. ſtatus ab hoc artificio non eſt aliquando euerſus: Nullus ab eloquentiæ vitio, ſi aures præbuit, reſtitit illęſus: Perinde per multū poteſt in iudicijs, fiducia eloquētiæ: hac patrona defendūtur malæ cauſæ, & nocens reus eripitur legis periculo: hac accuſante ſępe ĩnocēs dānatus eſt, nec vllus vnquam eo artificio tam defenſus extitit, quin læſus ſit qui ex diuerſo erat. M. Cato Romanorum prudentiſſimus, vetuit tres illos Athenienſiū Oratores, Carneadem, Critolaum, Diogenem in Romanam Vrbem publice audiendos admitti, quia tam acuto ĩgenio, orationis facundia, ac valida eloquentia præditi eſſent, vt facile poſſent æqua & iniqua perſuadere. Cōſtat de hoc gloriatum apud amicos olim Demoſthenē, ſeſe, quando liberet, poſſe iudicum ſententias ad ſuam volūtatem conuertere artificio ſermonis, ad cuius arbitriū Atheniēſibus cum Philippo ſępe bellum, ſępe pax fuit. Tantaſilli vis erat eloquentiæ in concitandis, ſedandiſq; animorum ac voluntatum affectibus, vt tanquam ciuiū ſuorum imperium habēs, illos quo voluerat verteret dicendo: cōſimilem ob rationem Cicero Romę a plæriſq; rex vocatus eſt, quia Senatum quouis vellet, verteret dicendo, oratione ſua omnia regens. Hinc apparet Rhetoricam nō aliā eſſe quam perſuadendi & mouendorū affectuum artē ſubtili eloquio, exquiſito fuco, & ſubdola veriſimilitudine rapientē animos incautorū, eoſq; ducētem in captiuitatē erroris, peruertēdo ſenſum veritatis.

Demoſthenis pˀuadēdi peritia.

Cicero rex vocatus.

Rhetorica qd.

Quod ſi naturę beneficio nulla res non vera voce exprimitur, quod peſtilētiꝰ quam verborum fucatorū ſtudiū? Veritatis ſermo ſimplex eſt, ſed viuꝰ & penetrās, & diſcretor intentiorū cordis, & tanquā ſecuris ac gladius

anceps,omnia artificioſa Rhetorū enthymemata faci-le diſſecās & abſcindens. Hinc Demoſthenes quum reli quos quoſcunque ex arte dicentes facile cōtemneret: vnū Phocionē vera & ad rem pertinentia ſimpliciter & bre uiter dicentē, metuebat, ideoque orationū ſuarū ſecurim nuncupare ſolebat. Forte nouerant hæc priſci Romani, qui (teſte Suetonio) Rhetores bis Roma ciuitate, ſemel ſub C. Fanio Strabone, & M. Valerio Meſſale cōss. ſe-mel iterū ſub Cn. Domitio Enobardo & L. Licinio craſ ſo cēſoribus, publico edicto eijciētes. Tertio ſub Domi tiano Imperatore, vniuerſali ſenat⁹ cōſulto, & vrbe Ro ma, & tota inſuper expulerūt Italia. Athenienſes eos tan quam iuſtitiæ peruerſores, foro prohibuerunt, ac Thy-magorā. quod inter officia ſalutationis Dario regi more gētis illius adulatus fuiſſet, capitali ſupplicio affecerūt. Pepulerunt Lacedæmonij Creſiphontem: eo quod ſe ia ctarat de re quauis totum diē poſſe diſſere. Nihil enim apud illos magis inuiſum, quā curioſum hoc linguæ ar-tificium eorū quibus veritatis proferēdæ nulla cura eſt ſed opus modicū proponētes, illud orationis lenocinijs, & verborū ampullis excolere, & dicendi dulcedine deci pere animos auditorū, illos que lingua ſua reuictos duce-re ab auribus: tanque palā eſt, nullos hoc artificio factos meliores, cōplures autem deteriores reddi, qui & ſi de virtutibus comptius dicere poſſent, longe tamē videm⁹ elegantiores eſſe felicioriſque eloquentiæ ad defendēdos errores, ad ſeminādas lites, ad excitandas factiones, ad congerenda conuitia, maledicta, calumnias, quā ad cō-ciliandam pacem, concordiam, trāquillitatem, atque ad prædicandam charitatem, fidem, religionem. Por-ro hoc artificio confiſi plurimi, ab orthodoxa fide de-ſciuerunt, ſectæque ac ſciſmata, ſuperſtitioneſque, ac hæreſes hinc pullularunt, dum nonnulli ſcripturam ſa-cram, eo quod eloquentiæ Ciceronianoque lepore ca-reat, ita aſpernantur, vt eum Ethnicorum fucatis argu-mentorum perſuaſionibus, contra catholicam interdū

Phocio Demo-ſtheni ob ora-tionis ſimplici tatē for-midoloſus.

Cteſi-phon ob artē rhe torices a Lace-dæmo-niis Pul ſus,

Rhetho-rica hæ-reticos efficit,

Dij

vanum

veritatem ſentirent. Quod de Tacianis hæreticis ĩprimis manifeſtũ eſt, & iis quos Libani⁹ Sophiſta & Symmach⁹ orator, idolatriȩ defenſores, atq; Celſus Africanus, & Iulianus apoſtata, cõtra Chriſtum magnis Rhetoriſmis inſultantes, ſeduxerũt, e quorum pernicioſo ac blaſphemo eloquio, multas perſuaſionum argumẽtationes acceperũt Hæretici, quas in aures hominum ſimplicium immittentes, totos ſeduxerunt a verbo veritatis.

Lutherani rhetoricæ Periti.

Sed quid veterum Hæreticorum exemplis inſiſtimus? noſtra tempora ſpectemus. Qui ſunt duces Germanicarũ hȩreſum, quæ ab vno Luthero ſuſcepto exordio, hodie tam multa ſunt, vt fere ſingulæ ciuitates ſuam peculiarem habeãt Hæreſim? nõne auctores illorum homines diſertiſſimi, linguæ eloquentia, & calami elegantia ĩſtructi? & quos ante ãnos aliquot a linguarum peritia, a ſermonis ornatu, a dicendi ſcribẽdiq; promptitudine ſic laudatos vidimus, vt nihil illorum laudibus potuiſſet adiici, hodie videmus capita & principes Hæreticorũ, ita ſunt adhuc multi, qui eloquentiæ dediti, dum volunt Ciceroniani fieri, efficiũtur pagani, & qui Ariſtoteli & Platoni impẽſius ſtudent, fiunt illi quidem ſuperſtitioſi, hi vero impii. Omnes autem illi quicunq; præter ſinglicia veritatis verba, ocioſos ſermones in aures hominũ effundunt, aſſiſtent in iudicio, rationem reddituri de iis quæ vane coniecerunt, & mentiti ſunt aduerſus Deum.

Ciceroniani.

¶ Succedit iſtis in ſubſidium DIALECTICA, & ipſa quidẽ non niſi contentionis, ac tenebrarum artificium eſt: per quam reliquæ omnes ſcientiæ obſcuriores, ac cognitu difficiliores redduntur, atq; hęc etiã ſeſe logicam, videlicet dicendi & ratiocinendi ſcientiam, vocat: miſerũ profecto irrationale hominũ genus, ſi abſq; hac diſciplina neſciat ratiocinari: Hãc tamẽ Serui⁹ Sulpiti⁹ omniũ artiũ maximã eſſe dixit, & quaſi luce ad ea quæ ab aliis doceãtur, cum ipſa (vt ait Cicero) rem vniuerſam doceat diſtribuere in partes, & latentem definiẽdo explicare, interpretando obſcuram explanere, ambiguã cõtemplari & diſtinguere, atq; regulã de iis omnib⁹

DIALECTICA.

tradat,qua vera & falſa iudicētur. Præterea,pollicētur Dialęctici ſe cuiuſque rei eſſentialē (vt aiunt) definitionem poſſe inuenire,tamen hanc nullis vnquā verbis p̄ſtare poſſunt tā lucidam,quin æque neſcius maneat animus,quin dicat quis idiote pro homine,animal rationale mortale,minus intelliget, quam ſi dixiſſet hominē.

Plura de his ſcripſit inter Latinos Boetius,cuius opera non habentur,ſed pręſtant omnib⁹ quę ſcripſit Ariſtoteles Prædicamenta, Elenchos, Topica, Peri hermenias, Analytica, & reliqua,quē ſequuti Peripatetici opinātur nihil ſtare, aut ſciri poſſe,niſi quod ſyllogiſſando probetur per demonſtrationē,eam videlicet,quam depingit Ariſtoteles: ſed tamen nunquam in dogmatibus ſuis obſeruauit,cum omnes ſuæ argumētationes ex p̄ſuppoſitis ab eo deducantur,quē ſequuti omnes iſti ſciētiarū pollicitatores,hactenus nullas,aut pauciſſimas veras demonſtrationes dederūt,nedū in naturalibus, ſed omnes deducunt illas ex pręacceptis,aut a ſuo Ariſtotele,aut ab alio qui illa prior dixerit, quorum auctoritatem ſeruant ſibi pro principiјs demōſtrationis,verā autem demonſtrationem,quę facere debeat ſcientiam,docet Ariſtoteles eam eſſe,quę fit per quidditates,vt loquūtur Dialectici,per proprias rerum differētias nobis occultas & ignotas. Ait inſuper demonſtrationē ex cauſis fieri,ex iјs quę ſunt de,per,ſe, & ſecundū quod ip̄m, quę quidē enunciationes,cum ſint cōuertibiles, ſed ad inuicem inferentes,tamen ait non dari nec concedi demonſtrationem circularem ex cauſis. Si itaq; nunc principia demonſtrationis plurimū ignota ſunt, & circulatio nō admittetur,certe nulla inde, aut pauciſſima eaq; incerta haberi poteſt ſcientia: Credere enim oportebit demōſtratis,per fragilia quędam principia,quibus aut propter præcedentē prudentiū auctoritatē,veluti notis terminis,aſſentimur,aut quos experiētia comprobam⁹ per ſenſus Omnis enim notitia (vt aiunt) ortum habet a ſenſibus, & experimētum ſermonum verorū (vt ait Auerrois)eſt, vt cōcordent ſenſatis. Et illud notius

Nullę aut perpaucę verę demonſtrationes.

Notitia ex ſenſibus oritur.

eſt & verius, in quod plures ſenſus conueniũt: ex ſenſibilibus itaq; eorum ſentẽtia manuducimur ad omnia ea quæ a nobis ſciri poſſunt. Iam enim cum ſenſus omnes ſæpe fallaces ſunt, certe nullã nobis ſynceram probare poſſunt experiẽtiam. Præterea, cum ſenſus intellectualem naturam nequeant attingere, & rerum inferiorum cauſæ ex quibus illarum naturę effect⁹, & proprietates, ſeu paſſiones demonſtrari deberent, ſint omnium cõſenſu noſtris ſenſibus penitus ignotæ, nõne cõuincitur veritatis via ſenſibus eſſe præcluſa? quare etiam omnes illę deductiones & ſcientiæ quæ in ipſis ſenſibus radicitus fundatæ ſunt, incertæ erũt, & erroneæ, & fallaces. Quæ ergo nunc vtilitas Dialecticæ? quis fructus ſciẽtificæ illius demonſtrationis ex principijs & experimẽtis? quibus cum veluti notis terminis aſſentire neceſſe erit, nõne iam ipſa principia & experimentata magis ſcientur quam demõſtrata? Sed hæc ars nũc paulo remotius nobis repetenda eſt. Dialectici decẽ numerant prædicamẽta, quæ vocant genera generaliſſima, hæc ſunt: ſubſtantia, Quãtitas, Qualitas, Relatio, Quãdo, Vbi, Sit⁹, Habitus, Actio, Paſſio: quib⁹ oĩa conſtare putant, & intelligi quæcunq; in toto vniuerſoq; orbiculari mundo cõtinẽtur. Tradunt inſuper, quæ de iſs ipſis ac earum partib⁹ prædicentur, quinq; videlicet: Genus, Speciem, Differẽtiam, Proprium, Accidẽs: quæ ob id prædicabilia nominarum. Porro inuenerũt quatuor cuiuslibet rei cauſas, materialem, formalem, efficientem, & finalem: ex quibus omnium rerum veritatem & falſitatẽ ſeſe inuenire poſſe arbitrantur, quadã infallibili (vt putant) demonſtratione, hoc eſt, ſyllogiſmo, quem altero triũ ordinũ, vt vocãt, figurarum ſupra vndeuiginti modos eſſe oportebit. Componunt autem omnem ſyllogiſmum ſiue demonſtrationem ex tribus terminis, qui ſunt ſubiectum quæſiti, & dicitur minor: Alter prædicatum quæſiti, & dicitur maior: Terti⁹ eſt medium inter vtrunq; participans, & iuxta hos duas formãt ꝓpoſitiones, quas præmiſſas appellant, maiorem & minorem, ex illis tandẽ

Prædicamẽta

Prædicabilia.

Cauſæ rerum.

Syllogiſmus.

naſcitur concluſio,ſcilicet de altero ad extremum alte-rum,tanquam a limite ad metam procurrentes.Hoc totum eſt egregium illud artificium , hæc eius ſunt extrema confinia,quibus omnia combinare,diuidere,& cõcludere opinãtur,per quædam quæ refelli poſſe impoſſibile putãt axiomata,atq; hæc ſunt logici artificij portẽtoſa, & alta myſteria: magnoq; labore expoſita a magiſtris fallacibus,quæ tanquam occulta quædã & arcana nõ oẽs profiteri licet,nec diſcere.niſi illos qui grãdes mercedes pro illis præſtare poſſunt,magniſque ſũptibus auctoritatem hanc ſibi inter ſcholaſticos coemerint Denique,ij ſunt eorũ canes,hæc illa retia,quib⁹ (illorum opinione) rerum omnium,ſiue naturæ ſubiectarum,vt Phyſica,ſiue naturam ipſam comitantiũ,vt mathematica,ſiue naturam ipſam quodammodo ſuperantia,vt Methaphyſica: venantur veritatem , quam tñ eo artificio iuxta P.Clodij atq; Varronis prouerbium , nimium altercando amittunt: atq; hęc ſunt duntaxat veterum dialecticorum confinita. ¶Sed longe plura prodigia maioraq; portẽta ijs addidit recẽtior SOPHISTARVM ſchola,de terminorum paſſionibus de infinito,de cõparatiuis, de ſuperlãtiuis , de differt aliud ab ,de incipit & deſinit,de formalitatibus , eccetatibus, inſtantibus,ampliationibus,reſtrictionibus,diſtributionibus,intentionibus,ſuppoſitionibus appellationibus, obligationibus,conſequẽtibus,induſſolubilib⁹,exponibilibus,reduplicatiuis, excluſiuis,inſtantijs,caſibus,pticulariſationibus,ſuppoſitis,mediatis & immediatis, completis & incompletis complexis & incomplexis, & cęteris intollerandis vaniſque vocabulis,quę tradũtur in paruis logicalibus,qbus omnia quęcũq; re ipſa falſa ſunt & impoſſibilia,vera eſſe facile conuincẽt, & cõtra, quęcunq; vera ſunt velut ex equo Troiano erũpẽtes,ijs machinis ſubito verborũ ĩcẽdio ac ruina vaſtabũt. Sũt rurſus qui nõ niſi tria p̄dicamẽta recipiũt,nec niſi duas ſylogiſmorum figuras , & tantum octo illorum modos

SOPHISTICA.

Sophiſtarũ cõtrouerſię.

probant, Modacles auten propoſitiones, cõcretos inſuper & abſtractos terminos rideãt, nec deſunt quivndecimũ numerant prædicamentũ, & quartam ſyllogiſmoũ figurã, augerentq; prædicabiliũ, & cauſarum numerum totque inuictas & Scoticas ſubtilitates ĩuexerũt, vt Cleãtis Cyrvſippique argutiæ, cũ Daphite, Euthidæmi, Dionyſodori circũuẽtiũculis, penit⁹ craſſæ, ruſticaneq; futurę ſint, ſi cũ iſs nouis Sophiſtarum noſtrorum inuentis cõferãtur, in quibus nũc paſſim ferme omnis ſcholaſticorũ turba, cũ miſero labore ad dãnabili ſtudio occupata, nil magis agere videtur niſi vt diſcat errare, ac perpetũis digladiationib⁹ explicandam veritatem obſcuriorem reddere vel amittere, quorum tota diſciplina non aliud quicquã eſt, quã captio quędã, ex deprauatis verborũ dictionibus ſubdola quadã cauillatione peruertẽs vſum loquendi, & vim inferens linguæ quã ignora trãſuertẽs veritatẽ ſecundum veriſimilẽ expoſitionẽ, quorũ gloria nõ niſi in cõuitiſs & ſtrepitu ſita eſt, vt qui non tã victoriã appetãt quã certamẽ, nec veri inueniẽdi ſed altercandi propoſitũ ſit, a deo vt inter hos primas partes teneat, quicũque clamoſiſſim⁹ eſt & impudẽtiſſim⁹, & linguæ fremitu audaciſſimus. De quibus ait Petrarcha: ſiue is ſtili pudor: ſiue ignorantiæ confeſſio eſt, lingua implacabiles ſunt, calamo non contendunt, nolunt apparere quam friuola ſunt quibus ornãtur, ideoq; more Parthico fugitiuam pugnam exercẽt, & volatilia verba iactantes, quaſi ventis vela committunt. Hi ſunt enĩ quos Quintilianus dicit in diſputando mire callidos, cum autem ab illa cauillatione diceſſerint, non magis ſufficere in aliquo grauiore actu, quam parua quædam animalcula, quæ in anguſtiſs mobilia, campo deprehenduntur, itaque cãpum timẽt, verũque eſt illud, diuerticula & aufract⁹, ſuffragia eſſe infirmitatis, vt qui parũ curſu valent flexu eludãt, ſic & Sophiſtæ metuunt ſub notariſs, & collatis libris & auctoribus pugnare, ſed ſolius memoriæ & linguæ viribus, fugitiuis clamoribus, nõ ad calamos, ſed ad obliuioſas aures cõcertare volũ,

Sophiſticæ fructus.

Quis optimus nter Sophiſtas.

Verboſi Sophiſte.

Altercãdi libido Sophiſtarum.

néc referre putant qua quiſque rõne vtantur, dũmodo inſtantiam det,nec curandũ quicquid ſentiat aut dicat, modo loquatur & ſtrennue contendat:Nam qui verboſior eſt,is inter eos videtur doctior,ijs præſtigijs circũeunt ſcholas & plateas,& menſas,quęrũt æmulos,quos vt cõgrediantur,inuitant,inſtant,inſiliunt, ſi congreditur & vrget,ad diuerticula prolabuntur,& latebras quęrũt & ad vſitata recurrunt,tot facientes aufractus,ac ſi labyrinthum circumire oporteat. Quod ſi quis nolit, aut pigeat cum illis decertare,ſubdola aliqua interrogatione,& quam quis nõ optima cognitione inquiſiuit adgrediuntur,vt ſic,vel ex inprouiſo reſpondentem de errore conuincant,aut ſcire ſe negantem verecundiæ reũ faciant & explodant,atq; ipſi in vtrãq; partem doctrine vendicẽt gloriam. Sed quos fructus nobis in eccleſia Chriſti peperit pariatq; Dialectica cũ ſuis Sophiſtis ſpectemus,qui non ad ſentiẽtes diuinæ traditioni,illam cõpoſitis,& ex fallacibus ſenſibus deductis rationibus cõfundunt,quibus dum nimium credũt recedente luce veritatis,ſuccreſcunt tenebrę,quibus obuoluti & excæcati factique magiſtri,& duces cæcorũ,multos ſecũ ijs falſis argumentationibꝰ ac apparentibus rõnibus trahũt in foueam,ſemperque ignorãtia errornuque profundũ pelagus inatantes,ſerpentum more lubrici,fraudulẽtiæ & ſeductionis verbis ſubinuolẽtes,imperitiores ſeducunt ad credendum figmentis ſuis,& extollẽtes ea,perſuadere audẽt ſacratiſſimam Tehologiam,ſine Logica, ſine Dialectica,ſine rixa,ſine altercatiõe,ſine ſophiſmatibꝰ cõſtare nõ poſſe.

Dialectica quatenus vtilis.

Non inficior Dialecticam ad ſcholaſticam exercitationem conferre , ſed ad Theologicã contemplationem quid conferat non video ,cuius ſumma Dialectica eſt in oratione conſtituta:Neq; enim vana promiſſione pollicitus eſt nobis Chriſtus , inquiens, petite & accipietis. Itaque prius q̃ cõtentioſi Scolaſtici ſuam dialecticam diſcant,iſti Chriſti fideles ab ipſo magiſtro veritatis impetrãt omnem neceſſariam veritatẽ, Pręterea. Dialectica per varias ambages tandem non

altius pertingere poteſt,q̃ ad philoſophiã, ſed per fidelẽ orationẽ, recta & certiſſima via conſcenditur ad ſummam diuinarum atq; etiam humanarum rerum ſapientiam. Errant igitur quicunq; dicunt Dialecticã hãc eſſe euertendorum Hæreticorum machinam omnium potẽtiſſimam, cum re vera ipſa ſit Robur omnium Hæreticorum: hac artę freti quõdam Arrius & Neſtorius hæretici tam impudẽter deſipuerunt, vt ille diuerſas, per gradus, & tempora in Trinitate ſubſtãtias aſſereret, Alter Mariam virginem theotocon eſſe negaret, quia diuinas operationes logicis ſophiſmatib⁹ metiri pręſumpſerũt, plus Ariſtotelis obſeruãtes dialectica ſophiſmata, q̃ diuinæ ſcripturæ anima aduertẽtes verba. Omnia nãque (vt ait Hieronymus) hæreticorum dogmata, ſedem ſibi & requiem inter Ariſtotelis & Chryſippi ſpineta repeꝛiunt, inde Eunomius profert, quod natum eſt nõ fuit, anteq̃ naſceretur. Inde Manichæ⁹ vt Deum libere a cõditione malorum, alterum mali inducit auctorem. Inde Nouatus ſubtrahit veniam, vt tollat pænitentiam. De illis fontibus vniuerſa Hæreticorum dogmata, argumentationum ſuaruum riuulos trahunt: Nam cum null⁹ ſermo ſit qui non recipiat contradictionem, nec vlla argumẽtatio quę nõ poſſit per aliam ſubuerti, inde eſt quod ad nullum finem ſcientiæ, ad nullam cognitionem veritatis per dialecticos diſputatiões homines pꝛuenire poſſunt, ſed & multos cõtingit declinare a veritate in hęreſes, dum ſpeciẽ ſibi validioris veritatis logicis argumẽtationibus repperiſſe ſe credunt, aut ſic Hęreticos reprobant vt ipſi nihilo ſeniora reſtituant. quare Plato ipſe ſero admodum voluit Dialecticã attingi a cuſtobibus, eo quod in vtranq̃ partem diſſerat, & minus firmas reddat de honeſto aut inhoneſto rationes, Hæc de dialectica hactenus. ¶Inuenit autem RAYMVNDVS LVLLIVS recentauribus temporibus Dialecticæ, haud abſimilem prodigioſam artẽ, per quam tanq̃ olim Gorgias Leontius (qui primus in conuentu literatorũ hoĩm poſcere auſus eſt, qua de re quiſque audire vellet

Dialectica hęreticorum robur.

RAYMVNDI LVLLII ARS.

de quouis ſubiecto ſermone, abũde quis valeat differere, atque inuenire quadam artificiora noĩm ac verborũ per turbatiõe, atq; in vtrãq; partẽ de om̃i ſermone curioſo hoc pluſq̃ elegãti artificio, garrulã loquacitatis oſtẽtatione diſputare, neque vllũ vincẽdi locũ aliis relinquere, & res minutiſſimas & puſillas in immẽſũ dilatare, Sed hęc altiꝰ repetere non eſt neceſſe: Nos ampla ſatis cõmẽtaria in hanc artẽ dedimus alibi, verũ nolo hęc alicui fucũ faciant in artificio admodũ leui, quod & ſi in eiſdem extollere viſi ſumus, tamen res ipſa palã ſe facit, vt opus nõ ſit circa hãc magnopere depugnare: hoc aũt admonere vos oportet, hãc artẽ ad pompã ingenii & doctrinæ oſtẽtationẽ potius q̃ ad cõparandam eruditionẽ valere, ac longe plus habere audatię q̃ efficatiæ, eſſe pterea totã ineruditã ac barbarã, niſi elegãtiore quadã literatura adornetur. ¶ His artibus adnumeratur etiã MEMORATIVA, quæ (vt ait Cicero) nihil aliud eſt, q̃ inductio quædã, & præceptiõis ratio, locis & imaginibus tanq̃ mẽbrata cõſtans, & characteribꝰ, a Symonide, Melitone primũ excogitata, deinde, per Metrodorũ Sceptiũ perfecta, ipſa tñ qualisqualis ſit, ſine naturali memoria pſiſtere minime põt, quã tot ſæpiſſime mõſtroſis obtũdit imaginibꝰ, & p memoriæ tenacitate, Maniã & Phreneſim nõnũq̃ inducat, dũ videlicet naturalẽ memoriã innumerabiliũ rerũ ac verborũ imaginibus prægrauans, nature finibus nõ cõtentos arte inſanire facit, Hãc itaque cũ Simonides, aut alius quiuis Themiſtocli obſtuliſſet, ait ille obliuiõis mallẽ: Nam multa memoro quæ nollem, obliuiſci non poſſum quę vellem. Et Quintilianus de Metrodoro: Vanitas, inquit, nimirum fuit atque iactatio, circa memoriam ſuam potius arte quam natura gloriãtis, Scripſerunt de ea Cicero libro Rhetoricorum nouorum, & Quintilianus in Inſtitutiouibus, & Seneca, & ex recentioribus Franciſcus Petrarcha, Mateolus Veronenſis, Petrus Rauennas, & Hermannus Buſchius, & alii, ſed indigni catalogo, obſcuri homines permulti, & multi hanc quotidie profitentur,

Aggrippæ commentaria ĩ artem breuẽ Lullij.

ARS MEMORATIVA.

mathematica / arithmetica / geomantica

ſed nõ reperitur qui in ea multum proficiat, & magiſtri eius pro lucro infamiam ſępe reportant: Solent em̃ in gymnaſiis plęrunque huius artis profeſſione nebulones quidam ſcolaſticis imponere, ac rei nouitate pecuniolã ab incautis emungere, deniq̧, puerilis gloria eſt oſtẽtare memoriã: Turpe & impudentis eſt multarũ rerũ lectionem, inſtar mercimoniorum, ante fores explicare, cum interim vacua domus ſit.

MATHEMATICA.

¶SED tempꝰ eſt nũc de Mathematicis diſciplinis dicere, quæ multo omniũ certiſſimæ putãtur: omnes tamen non niſi in doctorum ſuorum, quibus plurima fides datur, opinionibus conſiſtunt, qui etiam in illis non parum errauerunt, quod & Albubatar vnus eorum nobis atteſtatur, inquiens, Antiquos etiam vſq; poſt Ariſtotelis tẽpora, nõ plane Mathematica ſciuiſſe, cũque om̃es hæ artes circa ſphericã ſeu rotundã figuram, ſiue numerum, ſiue motum potiſſime verſentur, fateri tandem coguntur perfecte rotundum ſeu ſphæticum nuſquam neque ſecũdum artẽ reperiri, neque ſecundũ naturam: Atque hæ diſciplinę, licet, vel paucas, vel nullas in Eccleſia hęreſes dederit, tamẽ quod ait Auguſtinus, nihil ad ſalutem pertinẽt, ſed magis in errorẽ mittunt, & a Deo auocãt, atque, vt ait Hieronimus, nõ ſunt ſcientiæ pietatis.

ARITHMETICA.

¶Inter has prior eſt ARITHMETICA, hoc eſt, numerorũ diſciplina, quæ matris quodammodo ad cęteras obtinet vicem, nõ minus ſuperſtitioſa quam vana, ac propter vilem numerãdi practicã, non niſi a mercatoribꝰ auaritiæ cauſa in pretio habitã: Tractat enim de numeris & earum diuiſiõibꝰ, quis par, quis impar, quis pariter par, quis pariter impar, quis impariter par, quis ſuperfluꝰ, quis diminutꝰ, quis perfectus, quis compoſitus, quis imcõpoſitus, quis per ſe, quis ad aliũ. Itẽ de proportione & proportionaliter earundenque ſpeciebꝰ. De numeris harmonicis & geometricis, deq; varijs numerorũ paſſionibꝰ & minutijs, atque mado ſupputãdi.

GEOMANTICA.

¶Deniq; Arithmethica hæc nobis GEOMANTICAM diuinationẽ & p̃neſtinas teſſeras, & talos, alias, & quicquid eſt

iuſmodi numeralium ſortilegiorum progenuit,quam-
is Geomantiam omnes ferme Aſtrologiæ adoptẽt,ob
arilem iudicandi rationem,tum quia vires ius nō tam
x numero,q̄ ex motu eliceant,iuxta illud Ariſtotelis di
tum in primo Meteorum:Motus cœli eſt perpetuus,&
ſt principiū & cauſa oīm motuū inferiorū, Scripſerūt
utem de hac ipſa ex antiquioribus,Hali:ex recentiori-
ous Gerardus Cremonenſis,Bartholomæus Parmẽſis,
& quidem Tundinus,Scripſi & ego quandam Geomā-
iam ab aliis longe diuerſam,ſed non minus ſuperſtitio
ſam,fallacenq;,aut,ſi multis,dicam etiam mendacem.

ARS ALEATORIA.

¶ ARS item ALEATORIA. & ipſa tota ſortile-
ga eſt,cuius quanto quis ſtudioſior,tātō erit, & nequior
& infelicior,dum alieni concupiſcentia ſua profundit,
nec vel patrimonii vllam reuerẽtiam tenet,Hęc ars mẽ
daciorum,periuriorum,furtorū,litium,iniuriarum, ho
micidiorūq; mater eſt,vere malorum dæmonum inuen
tum:quæ exciſo Aſiæ regno, inter euerſæ Vrbis manu-
bias varia ſub ſpecie migrauit ad Græcos.Hinc teſſerę,
calculi,tricolus,ſenio,monarchus, orbicoli,taliarchus,
vulpes,præterea,octohedron,dodecahedron,quib⁹ nō
nihil diuinationis ineſſe putatur,Sunt & qui dicāt Atta-
lum Aſiaticum artem hanc inueniſſe, & ab artificio nu-
merandi excogitaſſe:E Romanis vero memorię prodi-
tum eſt.Claudium Imperatorem de illa librum compo-
ſuiſſe,cuius ipſe atq; ante eū Auguſtus Cæſar ambo ſtu
dioſiſſimi cupidiſſimiq; extiterunt. Ars tota infamis, &
oīm gẽtiū legib⁹ interdicta,qui & Cobilō Lacedęmoni⁹
iungendæ ſocietatis cauſa,Corinthum Legatus miſſus,
cum duces ac ſeniores Corinthiorum inueniſſet in alea
ludentes,infecto negocio rediit,dicens:nolle ſe Sparta-
norum gloriam hac infamia maculare, vt dicerẽtur cū
aleatoribus ſocietatem cōtraxiſſe:tāto probro apud ma
ximos quoſque habita eſt,vt regi Demetrio in leuitatis
opprobrium taxilli aurei,a Parthorum rege miſſi ſint:
atq; tamen hodie regum & nobilium hic exercitatiſſi-
mus ludus eſt:quid ludus?imo ſapiẽtia eorū,qui fuerint

Sortes pythagoricæ.

in hac ad fallendum damnabilius inſtituti. ¶ Nec illud prętereundum cenſeo, quod aſſerebant PYTHAGORICI, & quod alii putant, ipſe etiam credidit Ariſtoteles, literarum elementa certos ſuos poſſidere numeros, ex quibus per propria hominum nomina diuinabantur, collectis in ſummam cuiuſlibet literarum numeris, quibus collatis, palmam illi tribuerunt cuius ſumma alteram exceſſerat, ſiue de bello, ſiue de lite, ſiue de coniugio, ſiue de vita. aut alia cõſimili re quæſitum foret, eaque ratione dicunt Patroclum ab Hectore victum, illum vero ab Achille ſuperatum, quam rem Terentianus tradidit his verſibus:

Et nomina tradunt ita literis pacta,
Hæc vt numeris pluribus, illa ſint minutis:
Quan doq; ſubibunt dubia pericla pugnæ,
Maior numerus qua ſteterit, fauere palmam,
Præſagia lethi minima patere ſumma:
Sic & Patroclum Hectoris manu periſſe,
Sic Hectora tradunt cecidiſſe mox Achilli,

Horoſcopia p ſortes.

Et ſunt qui ſimili computo promittunt ſeſe horoſcopia inuenturos ſicut, de iſs tradidit, neſcio quis, nomine Alchandrinus, obſcurus philoſophus, quem ferũt diſcipulum fuiſſe Ariſtotelis. Et narrat Plini⁹ Pythagoræ inuẽtis etiam illud attribui, propriorum nominum imparẽ vocalium numerum, orbitates oculorum claudicatiões conſimiles ve carus portendere. ¶ Sed ad ARITHMETICAM redeamus: hanc Plato a malo dæmone vna cum Talorum & Alearum ludo primum mõſtratam ait, Et Lycurgus magnus ille Lacedæmoniorum legiſlator, illam ceu turbulentam, e Republica ſua eiſciedam cenſuit, Vacuum enim & inanem laborem depoſcit, & ab vtilibus honeſtiſq; negociis homines abſtrahit, ac de rebus futilibus ſæpe magnis iurgii

Arithmetica.

contendit. Hinc illud Arithmeticorum irreconſiliabile bellum, vter numerus, par an impar præferendus ſit, Quis inter ternarinm, ſenarium, denarium numer⁹ ſit perfectior. Item quis numerus dicitur pariter par, circa cuius diffinitionem, Euclidem ipſum Geometriæ principem, non parum erraſſe contendunt. Præterea, nõ facile dixerint, quæ Pythagorica myſteria, quas magicas vires numeris ineſſe ſomniant, etiam ab ipſis rebus nudatis, dicereq; audent, niſi illis inſtrumentis exẽplaribuſq;, mundum a Deo creatum iri non potuiſſe, ac diuinorum omnium cognitionem in numeris tãquã in regula omnium certiſſima contineri. Hinc orti ſunt Marci, Magi, & Valẽtini hæreſes in numeris fundatæ, & ex numeris progreſſæ, qui diuinam religionem, & innumerabilia diuinæ veritatis ſecreta, ſeſe per frigidiſſimos numeros poſſe inuenire & enũciare præſumebant. Accedit iſtis Pythagorica tetractis inter ſacramenta habita, & alia plura iſs ſimilia, quę omnia vana, ficta, & falſa ſunt, nec quicquam veri ſupereſt Arithmeticis illis, niſi inſenſatus ac inanimatus numerus: atq; tamen hinc ſeſe diuinos homines agere arbitrantur, quod ſciant numerare, ſed hoc ægre illis concedunt Muſici, hunc honorem ſuæ Harmoniæ libentius deferentes.

Arithmeticorum cõtrouerſię.

Pythagoricorum de demẽtia de numeris.

Hæretici ex Arithmetica.

M V S I C A.

¶De M V S I C A igitur iam nobis ſermo eſto, de qua ex Græcis copioſe ſcripſit Ariſtoxenus, qui & animam Muſicam eſſe dixit: cuius documenta Boetius deinde latinis tradidit: dico autem illam quæ in vocum ac ſonorum modulatione conſiſtit, nõ eam quam de metris & rythmis ac carminũ fictiõibus nũcupãt, quæ Poeſis eſt, quæ auctore Alpharabio, non tam ſpeculatiõe ac ratione, q̃ furoris inſania fertur, de qua ſuperi⁹ dixim⁹ verum eam, quæ de modulationib⁹ eſt, quæ eſt concẽt⁹

MVSICA.

neruorum,aut vocum in ſuos modos,ſine aurium offen ſione cõſonãtium:agit enim de ſonis,de interuallis, de ſyſtematis genere,de tono,de cõmutatiõibus,ac modulationibus : Hanc veteres diuiſere in Enharmonicam, Chromaticam, Diatonicam : priorem autem(videlicet Enharmonicam)ob nimis recõditam difficultatẽ, pro impoſſibili eius indagine deſeruere:alterã vero,oblaſciuiæ infamiam,aſpernati ſunt atq; abdicarunt : tertiam vero ſpeciem duntaxat(tanq̃ mũdanæ compoſitioni cõformem eſſe perſuaſi)admiſerunt. Sunt etiam ex veteribus,qui,muſicos modos ex gentium vocabulis diſtinxerunt,vt in Phrygium,Lydium,Dorium,quos apud Polymeſtrem & Saccadam Archiuum genere fuiſſe antiquiſſimos cõſtat,quibus Sopho Leſbia(vt inquit Ariſtoxenus)quartũ,videlicet mixolydium ſuperinſtituit,!cuius inuentorem, alii Terpandrum , alii Pithoclydẽ tibicinem putant:Lyſias Lamproclem Athenienſem auctorem poſuit:atq; hos quatuor modos veterum auctoritas celebres notauit eorũq; aſtructionem, Encyclopædiam vocarunt,quaſi ſcientiarum orbem:quod muſica oñes amplectatur diſciplinas, ſicut ait Plato in primo de Legibus muſicam ſine vniuerſa diſciplina tractari nõ poſſe.

Muſicæ parteis.

Inter hos vero quatuor modos,Phrygiũ,quia diſtrahit & rapit animum,non probant,ſed barbaricum Porphyrio illum vocat,quia ad furorem & pugnas excitandas tantum commodum,Alii iccirco Bacchicum vocãt vti furibũdum,impetuoſum,& perturbatum,cuius modulatione,quam anapæſto pede declarant,Lacedæmonios & Cretẽſes ad arma cõcitatos legimus: eodem Timotheus Alexãdrum regem ad arma incitauit: & Taurominitanus iuuenis(narrante Boetio)domum in, qua ſcortũ latitabat,Phrygio ſono excitus,cõburere feſtinauit.Lydium etiam Plato reprobat, vt qui acutus ſit, & a modeſtia Dorii recedens,lamẽtationibus accommod⁹: verum(vt quibuſdam placet)etiã iis qui natura hilares & iucundi ſunt,congruus. Hinc Lydos hilares ac periucundos populos,iis modulationibus delectatos ferunt.

Phrygia modulatio.

quas etiam Thuſci Lvdorũ progenies choricis ſaltationibus adhibebant. Dorium autem tãquam grauiotẽ honeſtiorẽq́;, ac omnibus modis modeſtum, ad grauiores animi affectus & mot⁹ corporis aptũ, & ad recte ac bene viuendum vtilem omnibus prætulerunt: ideo apud Cretenſes, Lacedæmonios, Arcades, in magna venerationo habitus: Imperator quoq; Agamemnon ad bellũ Troianum profectus, Doricum domi reliquit muſicum qui ſpõdęõ pede mulierum Clytemnæſtram in pudicitia probitateq́; conſeruaret: quare nõ prius ab Aegiſtho vitiari potuit, quam is muſicum prius e medio impie ſuſtuliſſet: Mixolidium vero tragœdiis & commiſerationibus congruum, incitationis & retractionios efficaciam habere, & mœroris imperium tenere dicunt, His quatuor modis ſunt qui alios ſuperadinuenerũt, vt quos collaterales vocant, videlicet Hypodorium, Hypolydiũ, Hypophrygium, vt ſint ſeptẽ totidem planetis correſpõdentes, quib⁹ Ptolemęus addit octauum Hypermixolydium omnium acutiſſimum, firmamẽto attributum: verum Lucius Apuleius primo Floridorum, quinq; modos deſcribit, æolium, hyaſtium, varium, lydium, quęrulum, phrygium, bellicoſum, dorium, religioſum. His addunt alii, Ionicum iucundum, & floridum. A Martiano etiã iuxta Ariſtoxeni traditionem, quinq; numerantur modi principales, & decẽ collimitii: Et licet hãc artẽ ſuauitatem non modicã habere fateantur, communis tamen ſententia eſt, atq; ipſa experientia omnibus nota, eſſe illam vilium ac infelicis intemperantiſq; ingenii hominũ exercitium, & qui nec incipiendi, nec finiendi rationem teneãt, ſicut de Archabio tibicine legitur, quis pluris cũ ducendus erat vt deſineret, quã cõducendus vt caneret, De quibus tam importunis Muſicis ſic ait Horatius.

Dorium modulationis genus.

Mixolydia modulatio.

Muſicæ vilitas.

Horat. in Sermonib.

Omnibus hoc vitium eſt cantoribus, inter amicos
Vt nunquam inducant animum cantare rogari,
Iniuſſi nunquam deſiſtant.

Hin Muſica ipſa ad precium & ſtipem ſemper vagabunda extitit, & lenociniorum clientula, quam nullus

Muſica mercenaria.

vnquam profeſſus eſt vir grauis, modeſtus, pudicus, fortis. Ideoq; Græci illos communi vocabulo, Liberi patris artifices, ſiue (vt Ariſtoteles) Dionyſiacos technitas, hoc eſt, artifices bacchanales appellarunt, qui improbis eſſe moribus magna ex parte conſueuerũt, vitam plurimum traducentes incontinenter, partim etiam cum inopia, quę quidem vitia, & gignit, & auget. Perſarum & Medorũ reges, Muſicos inter paraſitos & Hiſtriones referebant, videlicet ex opere illorum voluptatem ſibi capientes, ipſos autem auctores contemptui habẽtes: atq; Antiſthenes ille ſapiens cum audiſſet Iſmeniã quẽdam optimum haberi Tibicinem, homo nequam eſt inquit: non enim, ſi probus foret, Tibicen eſſet: nõ enim (vt dicitur) ars eſt illa viri ſobrii & probi, ſed ocioſi & iocantis. Hanc Scipio Aemylianus, & Cato, tanquã a Romanis moribꝰ alienam, aſpernabantur. Hinc Auguſto atq; Neroni probro datum eſt, quod Muſicam auidius ſectarentur. Sed Auguſtus correptus abſtinuit, Nero autem peramplius inſequutus, ob hoc contẽptui ludibrioq; habitus eſt. Philippus rex, cũ audiſſet filium quodam loco ſuauius ceciniſſe, obiurgatus eſt: Nõne pudet (inquiẽs) quod tam bene ſcias canere? Satis enĩ eſt ſuperq; principi viro, canentibus aliis, audiendi ociũ ſupereſſe. Nõ canit apud Gręcos Poetas Iupiter, nec pulſat Cytharam: docta Pallas deteſtatur tibias. Apud Homerũ pulſat Cytharœdus, prębẽt aures Alciones & Vlyſſes. Apud Vergilium ſonat & cantat Iopas, auſcultãt Dido & Aeneas, Alexandro magno quondam canente, Antigonus pędagogus Cytharam fregit, abiecitq;, inquiẽs, ætati tuę iam regnare conuenit, nõ canere: Sed & Aegyptii (teſte Diodoro) Muſicam, tanquam virorum animos effœminantem, prohibebant adoleſcẽtes ſuos perdiſcere: Et Ephorus (teſte Polybio) eam non niſi ad illudendos ac fallendos homines inuentam tradidit: Ad reuera quid inutilius, quid contemptibilius, quid fugiendum magis iſtis Tibicinis, Cantoribus ac reliqui generis Muſicis? qui tot vocibus canentium, præcinentium, decinentium,

Muſici Paraſiti

Antiſthenis de Tibicine dictum.

Philippi de muſica apophthegma

intercinentium, occinentium, & concinentium, vniuerſarum auiũ garrritus ſuperantes, venenata quadã dulcedine, velut Syrenes, hominum animos laſciuientib⁹ vocib⁹, geſticulationibus, ac ſonis præſtigiant, atquæ corrumpunt. Qua propter Ciconum matres atque nurus. Orpheum ipſum ad parcatum vſq; inuidiã perſequutæ ſunt, quod modulis ſuis mares effœminaret. Quod ſi fabulis quædam auctoritas eſt,

Centum luminibus cinctum caput argus habebat: quæ omnia tamẽ vnius fiſtulæ modulo ſopita ſunt & extincta: atq; tamen hinc plurimum gloriantur Muſici iſti, quaſi ipſi ſupra Rhetores habeant mouendorum affectuum imperium, quos ĩſuper eo ipſo euexit inſania, vt ipſos etiam cœlos canere affirment, vocibus tamẽ a nullo vnquam mortalium auditis, niſi forte quod Muſicis iſtis per ſuam euouæ, ſeu per temulentiam, vel inſomnium innotuerunt: Nullus tamen Muſicorum interim e cœlo deſcendit, qui vocũ conſonantias omnes nouerit, quiq; proportionum inductiones omnes inuenerit: attamen dicunt artem eſſe conſummatiſſimam, & quę omnes amplectatur diſciplinas, nec ſine vniuerſa diſciplina tractari poſſit, etiam diuinationis vim illi tribuentes, qua corporis habitudines animiq; affectus, & mores hominum per ipſam iudicentur: ſed & dicunt artem eſſe infinitam, nec vllo ingenio exhauriri poſſe, ſed indies illam pro cuiuſque captu nouos dare modulos: Propterea que, non male anaxilas, Muſica per deos (inquit) perinde atque Lybia, ſemper quotannis nouam quanpiam feram parit: Hanc Athanaſius ob vanitatem ſuam interdixit Eccleſijs: Sed ambroſius ceremoniarum & pompæ appetentior, Eccleſijs inſtituit canendi & pſallendi vſum: auguſtin⁹ vero in medio hærẽs, inde ſibi haud non difficile dubium ortum eſſe in cõfeſſionib⁹ ſuis meminit: hodie vero tãta ĩ Eccleſijs Muſicæ licẽtia eſt, vt etiã vna cũ miſſæ ipſius canone obſcœnę quęq; cantiunculę interim in organis pares vices habeant, ipſaq; diuina officia, & ſacrę

Mercurius em̃ argum fiſtulę cãtu delinĩtum occidit.

Muſica in templis.

orationũ ꝓces, cõductis magno aere laſciuis Muſicis nõ ad audiẽtiũ intelligentiam, non ad ſpirit⁹ eleuationem, ſed ad fornicariam pruriginẽ, nõ humanis vocibus, ſed beluinis ſtrepitibus cãtillant, dũ hinniũt diſcãtum pueri, mugiunt alij tenorem, alij latrant contrapũctum, alij boant altum, alij frendent baſſum, faciũtq́ vt ſonorum plurimum quidem audiatur, verborũ & orationis intelligatur nihil, ſed aurib⁹ pariter & animo iudicij ſubtrahitur auctoritas. ¶ Ad Muſicam ſpectat etiam SALTATIONVM SIVE CHOREARVM artificium, puellis amatoribuſq́ longe gratiſſimum, & quod magna cura diſcunt, & ĩ medias noctes ſine ſatietate protrahunt, ſummaq́ diligẽtia obſeruãt, vt ad lyræ tympaniq́ ac tibiarum numeros compoſitis geſtibus, moderatiſq́ inceſſibus ſaltent, ac rem omnium ſtultiſſimam, & inſania quadã haud abſimilẽ prudentiſſime, vt putant, ſcientiſſimeq́ peragant, quã niſi tibiarum concentus temperaret, & (vt dicitur) vanitas vanitatem commendaret, nullũ choreis ſpectaculum ridiculum ac inconditum magis, hæc laxamẽ petulãtiæ, amica ſceleris, incitamẽ libidinis, hoſtis pudicitiæ, ac ludus probis omnibus indignus. Sæpe ibi matrona (vt ait Petrarcha) diu ſeruatum decus perdidit, ſæpe infelix virguncula ibi didicit, quod melius ignoraſſet, multarum ibi fama periit, pudorq́. Multæ inde domum impudicæ, plures ambiguæ rediere, caſtior autẽ nulla: pudicitiam choreis ſæpe ſtratã ſemperq́ impulſam oppugnatanq́ videmus: laudarunt tamen hãc nõnulli Græcorum ſcriptores, ſicut plæraq́ alia fœda ac pernitioſa, ipſaq́ ſaltationũ exordia e ſummis cœlis, e ſtellarum ſyderumq́ lationibus, eorũq́ greſſu & regreſſu, cõplexu ac ordine, tanquam harmonica quadã cœleſtium chorea vna cum Mũdi generatione diuinitus prodiiſſe dicunt: Alij inuentum eſſe Satyrum: Bacchũ quoque hac arte Tyrrhenos, Indos, & Lydos bellicoſiſſimos populos deuiciſſe aiunt. Hinc tandem ſaltatio ipſa in religionem relata eſt, & a Corybãtis ĩ Phrygia,

Saltationes & choreæ.

Chorearũ pericula.

Saltationes vnde promanarint.

a Curetis in Creta, abs dea Rhea fieri iuſſa eſt: & i Delo nulla ſacra peragebantur, cui ſaltatio nõ fuiſſet adhibita, nec vllæ vnquam celebratæ feſtiuitates & ceremoniæ citra ſaltationem. Indorum quoq; Brachmãni mane & veſpere ad Solem conuerſi, ſaltantes illum venerabantur. Apud Aethiopas etiam, & Aegyptios, & Thracos, & Scythas, ſaltatio inter ſacrorum ceremonias habita eſt, quippe quæ ab Orpheo, & muſeo optimis ſaltatoribus conſtituta fuiſſet. Erant etiã apud Romanos ſacerdotes Salij, qui in honorem Martis ſaltabant. Lacedæmonij Græcorum præſtantiſſimi, cum a Caſtore & Polluce ſaltare perdidiciſſent, omnia ſaltationibus peragere ſoliti ſunt. In Theſſalia tanto in precio habita eſt, vt populi Præſides & Anteſignã, præſaltatorum nomine honorarẽtur. Ipſe etiam Socrates vir omnium ſapientiſſimus ab oraculo iudicatus, illam iam natu grandior diſcere nõ erubuit, quin & ſummis laudibus extulit, & inter ferias diſciplinas numerauit, viſaq; illi res grauior quam vt de ea recte pronunciari poſſit, quæ tota diuina cum Mundi generatione nata eſſet, & cum Amore Deo veſtiſſimo in lucem prodierit. Sed quid mirum ſic a Græcis philoſophari? qui adulteria, qui ſtupra, qui parricidia, deniquæ nullum non facinus in Deos referunt auctores. Complures de ſaltatione libros ſcripſerunt, qui omnia genera eius & ſpecies numeroſq; comprehenderunt, earundemq; nomina perſenſuerunt, & cuiuſmodi vnaquæq; illarum eſſet, & quo auctore inuenta: quare de illis plura hic dicere superſedeo. Romani veteres, viri prudentia & auctoritate graues, ſaltationes omnes repudiarunt, nec vlla penes eos honeſta matrona ſaltaſſe laudatur. Hinc Salluſtius improperat Semproniæ quod cantaſſet ſaltaſſetq; doctius quam conueniret probæ: quin & Gabino viro conſulari, atq; M. Cælio nimia ſaltãdi peritia probro data eſt: & M. Cato L. Murenæ, quod i Aſia ſaltaſſet, pro crimine obiecit, cui patrocinat⁹ Cicero, id vt recte factum defendere non eſt auſus, ſed conſtãter

Saltationes Romanis repu

factum pernegauit: Nemo, inquiens, ſaltat ſobrius, niſi forte inſaniat, neque in ſolitudine, neque in conuiuio moderato atque honeſto: Intempeſtiui conuiuij, immoderati ioci, turpium delitiarum cames eſt extrema ſaltatio. Itaque ſaltationem neceſſe eſt omnium vitiorum eſſe poſtremum: neque vero facile dictu, quæ mala hic viſus hauriunt & auditus, quæ pariant colloquia & tactus. Saltatur inconditis geſtibus, & monſtroſo pedum ſtrepitu, ad molles pulſationes, ad laſciuas cantilenas, ad obſcœna carmina, contrectantur puellę & & matronæ impudicis manibus & baſijs, meretriciſq; complexibus, & quæ abſcondit natura, velauit modeſtia, ipſa laſciuia tunc ſæpe nudantur, & ludi tegmine obducitur ſcelus. Exercitium profecto nō e cœlis exortum, ſed a malis dæmonibus excogitatum, in iniuriam diuinitatis, quando populus Iſrael erexit ſibi vitulum in deſerto, cui cum ſacrificaſſent, cœperunt edere & bibere, & poſtea ſurrexerunt ludere, & cantantes ſaltabant in chorum. Hæc de chorearum ſaltationibus ſatis.

Saltationes impudicitię fontes & irritamenta.

Exod. xxxij.

Neq; tamen me præterit hoc loci eſſe adhuc alia plæraq; ſaltationū genera a priſcis ſcriptoribus celebrata quorum maxima pars hodie obſoleta eſt. Pars adhuc in vſu eſt, vt Saltatio armata, gladiatoriæ, chironomiæ, ac militiæ accommoda, tragicum profecto artificium, quo hominē innoxiū occidere ludus eſt, ac lethale vulnus excepiſſe paulo cunctātius, ſumma infamia. Execrādū omnibus artificiū, cuius ſtultitiæ iuxta eſt impietas, & omnia eiuſmodi ſaltationum genera, vt ſunt vanitatis & impudentiæ plena, nō tam vituperāda ſunt quā execranda, eo quod nō aliud doceāt quā mirificos quoſdā ritus, quomodo inſanire oporteat. HISTRIONICA autem ſaltatio imitationis & demōſtrationis artificium eſt, res mente conceptas, decēti geſticulatione explicās tā clare & perſpicue mores & affectus oēs repreſentās, vt ſpectator omnis, Hiſtrionē quāuis nihil loquētē ex plurimis motibus & geſticulationibus clare

Saltatio gladiatoria.

Hiſtrionica ſaltatio.

intelligat. Tantũ præſtat Hiſtrionica, vt nullis prorſum ſit opus interpretibus: tam apte enim ſenẽ, puerum, mulierẽ, ſeruum, ancillam, temulentũ, iracundum, omniũq; perſonarum differẽtias, & affectus, iucunda geſticulatione repreſentat, vt etiam e lóginquo ſpectator nõ audiẽs fabulam, ex ſola Hiſtrionis ſaltatione illi⁹ intelligat argumẽtum, Hinc Hiſtriones non parum in precio habitos legimus, conſtatq; (referente Macrobio) Ciceronẽ cum Roſcio Hiſtrione (qui etiam Sylle dictatori chariſſimus fuit) contendere ſolitum, vtrum ille ſępius eandẽ ſententiam varijs geſtibus efficeret, an ipſe per eloquentię copiã ſermone diuerſo pronũciaret: quę res Roſciũ induxit vt librum conſcriberet, in quo eloquentiã compararet cum Hiſtrionica. Verum Maſſilientium ciuitas (teſte Valerio) tantæ grauitatis cuſtos extitit, vt nullum aditum Hiſtrionibus daret, nec Mimis, quia eorũ argumẽta magna ex Parte ſtuprorum continerãt actus, ne talia ſpectandi conſuetudo, imitandi etiam licentiam faceret. Proinde vero, exercere Hiſtrionicam nõ ſolũ turpis & ſceleſta occupatio eſt, ſed etiam cõſpicere & delectari flagitioſum: Siquidem & laſciuientis animi oblectatio cadit in crimen. Nullum denique nomẽ olim fuit infamis, quam Hiſtrionum, ac legibus ipſis arcebantur ab honoribus quicunq; fabulam ſaltaſſent in Theatro.

Ciceronis cum Roſcio Hiſtrione certamen.

Erat & ſaltatio Rhetorica, Hiſtrionicæ non diſſimilis, ſed remiſſior, quam Socrates, Plato, Cicero, Quintilianus, ac Stoicorum plurimi admodum vtilem ac oratori per quam neceſſariã arbitrati ſunt, quatenus apto quodam corporis geſtu, vultus & corporis cõpoſita ad formatione conſtat, tum vigore oculorum, pondere vult⁹, accommodatoque ſingulis verbis ac ſententijs ſono vocis, cum afficaci corporis motu ad ea quę exprimuntur, ſed geſticulatione tenius. Hęc autem ſaltatoria ſiue Hiſtrionica, Rhetorica porro apud quoſque Oratores tandem exulare cœpit, admonente Tyberiũ Auguſto, vxore, non digitis loqueretur, & iam in totum ſublata eſt, dũtaxat a Scenicis aliquod fraterculis adhuc

Saltatio Rhetorica.

Hiſtriones eiecti olim Eccleſia

colitur (quãuis olim ab Eccleſia Hiſtriões, etiam ſacro communionis ſacramẽto illis denegato, depulſi eſſent) quos hodie aliquos videmus mira vocum cõtẽtione, vultu multiformi, oculo vago & petulanti, iactatis brachijs ſaltantib⁹ pedibus, laſciuientibus lumbis, ac varijs motibus, inuerſionibus, circũductionibus, reſupinationib⁹, ſaltibus, geſticulante toto corpore, animi videlicet mobilitate ipſum ſecum voluente. Populares cóciones ad plebẽ a ſuggeſto pro clamare, memores fortaſſis Demoſthenis ſentẽtiæ, qui (vt eſt apud Valerium) interrogatus, quidnam eſſet in dicendo efficaciſſimum? reſpondit hypocriſis. Iterum deinde, & tertio interrogatus, idẽ dixit ac pene totam dicendi vim huic deberi. Sed ne a Matheſi longius progrediamur, ad Geometriam nunc properemus.

Geometria.

¶ Ipſa GEOMETRIA quam Philo Iudæus principem & matrem omnium diſciplinarũ appellat, hanc præ cæteris diſciplinis laudem habet, quod cum inter omnium ferme diſciplinarũ ſectas, magna & innumera ſunt certamina, Geometrę omnes vndiq; ſibi conſonant, nec aliqua vnquam de illa inter ipſos eſt cõtẽtio, niſi quod de punctis, de lineis, de ſuperficieb⁹ adhuc diſputant, ſint ne hæc diuiſibilia an indiuiſibilia? cęterũ nõ diſcrepãt ab inuicẽ, nec doctrina, nec traditiõe, ſed quiſque alterũ nouis vel ſubtiliorib⁹ inuẽtis, & quæ nunquã quiſquã excogitauit, nititur ſuperare. Nullus tamen Geometra adhuc circuli verã quadraturã inuenit, nec coſtę ęqualem lineam dedit: Licet Archimenides Syracuſanus, hæc ſe quõdam inueniſſe putabat, & multi poſteri vſq; in hæc tẽpora id ipſum, ſed fruſtra quodã modo conati ſunt, licet proxima dixiſſe videãtur. Ea tamẽ eſt eorũ ambitio, vt priorũ traditionibus nunquã acquieſcant, ſed in talibus amplius aliquid quam magiſtri eorum inuenire putantes, ſeipſos in tantam inſaniam agunt, quam vniuerſæ terræ elleborum non ſufficiat expurgare. Ab ipſa autem Geometria vltra hoc quod liniamenta, formas, interualla, magnitudines, corpora, dimenſiones atque pondera rimatur; dependẽt

Geometriæ fructus.

quæcunq; organica, ingenioſa opificia, artificioſaq; inſtrumenta, Manganaria, Machanopocetica, Poliorcetica, tam bellorũ q̃ Architecturæ cæterorunq; vſibus accõmoda, vt Arietes, Teſtudines, Cũiculi, Catapultę, Scorpiones, Exoſtræ, Sãbucæ, Scalæ, Tolleones, Turres ambulatoriæ, Heliopoles, Naues, Triremes, Põtes, Molæ: Itẽ Bigæ, Trigæ, Quadrigæ, Trocleæ, Clicleolæ, Rotę, Vectes, & quibuſcunq; immania põderaui minima trahuntur aut attolluntur. Præterea, quæcunq; aut põdere, aut aqua aut ſpiritu, aut neruis & funiculis cõſtãt, ſicut horologia, quæ pondere gradiuntur, & quæ ventorũ impulſu reſonant organa, etiam quęcũq; hydraulica & ſpiriſtica inſtrumenta, & quæ ex his etiã non niſi ad voluptatem admirationenq; fabricata ſunt: vt pilæ ſpõte ſaltãtes, lucernæ ſuas ſibi producẽtes ſtupas, & oſcula ſeu cucurbitæ ſpõte ignem ſufflãtes, & quale Politian⁹ narrat animal, quod dum ſecatur in mẽſa, bibit interim, viuentiſq; repręſentat motus atq; voces: Cuiuſmodi forte artificio narrat Mercurius Aegyptios deorum cõfinxiſſe ſimulachra, vt articulatam promerent vocem, atq; progrederentur. Ille etiam Architas Tarẽtinus ligneã columbam ſic geometricis rationibus conſtruxit, vt ſurgeret in altum, & volitaret: Iam vero & Archimenides prim⁹ Aenęum cœlum tanto artis opificio fabricaſſe legitur, vt inibi Planetarum omnium motus planiſſime deprehenderentur, ſimulq; ſingularum cœleſtiũ Sphærarum vertigines: cuiuſmodi etiam proximis his diebus fabricatum vidimus. Ex hac arte ſimul prodeũt tormẽtorũ varia genera, & bombardæ, cæteraq; inſtrumenta igniuoma, de quib⁹ ego nuper ſub titulo pyrographiæ, ſpecialem librum compoſui, cuius nunc tandẽ pœnitet, cum nihil niſi perniicioſiſſimum magiſteriũ doceat: Deniq;, quicquid artificij eſt in pictura, ĩ coſmimetria, in agricultura, in arte bellica, in fuſoria, in plaſtica, ĩ ſtatuaria, in fabrili, in architectura, in metallica, totũ hoc vel potiſſimum a geometria eſt. ¶ A Geometria itaq; proxima eſt OPTICA, quam vocant perſpectiuam, Optica.

Deinde Conſmimetria atq; Architectura: Perſpectiua autem ſiue Optica hæc, triplicem videndi rationem, directam, reflexam, refractamq; pertractat, quid lux, quid vmbræ, quid interualla edocet, cauſaſq; viſibilium, quę per interualla falſa vidētur deprehendit, radiorūq; projectiōes inquirit, per vnum ſeu plura perſpicua ſuper diuerſas corporum figuras, tum vmbrarū & lucis figurationes, atque quę rebus, quæ viſui, quæ medio accidant. Atque quomodo res & viſio, ex medij diuerſitate vario modo afficiantur, cōmonſtrat. De ratione autē videndi, variæ & diſſonæ opiniones ſunt: nam Plato ſecundū cō claritatem viſum fieri arbitratur, vdelicet ea quæ ex oculis eſt luce, defluente ad vnum extrinſecum aerem, ea quæ a corporib⁹ eſt luce, obuiam relata: ea vero quæ circa aerem mediū eſt, facile effuſibili, vertibilique coextēſæ igniformi viſus virtuti: Galenus cōcorditer ſentit cū Platone, verū Hipparchus ait radios ab oculis extēſos vſque ad corpora ea quaſi palpitatione quadā tāgētes, ſuſceptionem eorum ad viſum reddere: Epicurei autem ſimulachra eorum quæ apparent ſeſe oculis ingerere affirmant. Ariſtoteles autem ſimulachra non quidem corporea, ſed ſecūdum qualitatem per alterationem aeris, qui in circuitu eſt, a viſibilib⁹ vſq; ad viſum deuenire cēſet: Porphyrius vero, neq; radios, neque ſimulachra, neque aliud quicq̄ vidēdi cauſā ait, ſed animā ipſā, ſeipſā cognoſcentem viſibilem, & quæ vna eſt omnium ſeipſā in omnibus quę ſunt cognoſcere: verum Geometræ & optici Hipparco quodāmodo accedentes. Conos quoſpiam excoincidentia radiorum factos ſubſcribunt quæ per oculos emittūtur, vnde multa ſimul viſibilia cōprehendere viſum, ſed illa certiſſima vbicunq; radijs coinciderint: Sed enim Alchindus de aſpectibus omnino docet aliud. verum Auguſtino videtur animæ potentiā in oculo aliquid efficere, quod a ſapientiæ ſtudioſis necdū ſit perueſtigatum. Hæc itaque ſciētia ad deprehēdendū cœleſtium corporū varietatem, diſtantiam, magnitudinem, motū, eorūque reflectiones & refractiōes, pmultū

Variæ philoſophorum opiniones de ratione viuendi.

Opticæ fructus.

onduducit: Architecturæ etiam in metiendis ædificijs ıferuit: Proxime tamen pingendi artificio, atq; ſpeculorumfabricę plurimum confert ornamēti, vt ſine ipſa ıæ artes perfici non poſſint: Mōſtrat enim qua ratiōe, ıec abnumera, nec deformia fingamus in imaginib⁹, q̄ ernuntur interuallorum & altitudinum cauſa. ¶P I- CTVRA itaque ars monſtroſa, ſed imitatione rerū ıaturalium accuſatiſſima lineamentorum deſcriptioıe, & colorum debita appoſitione cōſtans: hæc olim tāo in pretio fuit, vt primum gradum liberalium artium ıbtineret: Ipſa vero nō min⁹ libera eſt, atq; poeſis, ſicut ꝺene cecinit Flaccus. — Pictura.

Pictoribus atque Poetis,

Quidlibet audiendi ſemper fuit ęqua poteſtas.

Dicitur pictura nō aliud q̄ Poeſis tacēs, Poeſis vero pictura loquens, tam ſunt ſibi inuicē affines; Nā ſicut Poetę, ſic Pictores Hiſtorias & fabulas fingūt, omniūq; rerum imagines, lumen, ſplendorū, vmbras, eminentias, depreſſiōes exprimūt: Illud præterea, ex ipſa Optica habet Pictura, vt viſum decipiat, ac in vna imagine varia to ſitu, plures ſpecies intuentiū oculis obfundat, & quo Statuaria pertingere nō pōt, ipſa peruenit: pingit ignē, radios, lumen, tonitrua, fulmina, fulgura, occaſum, auroram, crepuſculū, nebulas, hominiſq; affectus: ſenſus animi ac pene vocem ipſam exprimit, & mentitis dimēſionibus, commenſurationibus, quæ non ſunt tanq̄ ea quę ſunt, aut quæ ita non ſunt, ita tamen videri facit: Quemadmodum de zeuſi & Parrhaſio pictoribus narrant Hiſtorici, qui cū de artis prærogatiua veniſſent in certamē, & prior detuliſſet vuas pictas tanta ſimilitudine, vt aues aduolarent: Alter detulit pictum vellum, ſic veritatem mentiens, vt ille auium iudicio tumens, poſtularet. deducto velo, oſtendi picturam. Tandem agnito errore, coactus eſt illi palmam deferre, quum ipſe aues fefelliſſet, Parrhaſius vero artificem: Et narrat Plinius in ludis Blaudij fuiſſe picturæ admirationem, cum ad tegularum ſimilitudinem corui decepti imagine — Picturæ & poeſeos affinitas. — Pictores optici. — zeuſis & parrhaſij certamen.

aduolarunt: Iam vero & celebri triumuiratu (narrante Plinio) experimento compertum eſt, ouiũ cantus depicto dracone cohibitos: Habet iuſuper hoc pictura, vt in omnibus ſuis operibus plus ſemper intelligat deiudiceturq̃, q̃ conſpiciatur. ſicuti diligentiſſime hæc ſcrutatus eſt Plutarch⁹ in ſuis Iconibus, cũq; ars ſumma ſit, ingeniũ tamẽ vltra artẽ eſt. ¶Picturã comitatur STATVARIA & Plaſtica, Furioſa, & Crvptica, importuni ingenij artificia, quæ tamẽ etiam ſub Architectura comprehendi poſſunt: Statuaria ex lapide, ligno, ebore, rerum idola fabricat, eadẽq; ex gleba fingit Plaſtes. Ars autem fuſoria, hæc ĩ proplaſte ex ære alijſq; metallis exprimit. Crvpticus vero lapidibus & gemmis inſculpit. Scripſit de iſtis e recentoribus Pomponius Gauric⁹, verum omnes hę artes pariter cũ pictura ad oſtẽtationẽ & libidinẽ ſuperſtitionẽq;, a malis puto dæmonibus repertæ ſunt, cuius artifices fuerunt, qui primi (iuxta verba Pauli) cõmutauerunt gloriã incorruptibilis Dei in ſimilitudinẽ imaginis corruptibilis hominis, & volucrũ, & quadrupedum. & ſerpentũ: qui contra diuinnm præceptũ vetans idolum ſculptile & ſimilitudinem tam eorum quæ in cœlo ſurſum q̃ quę ĩ terra deorſum fieri, odioſiſſimam Deo idololatriam introduxerunt, de quib⁹ ait Sapiẽs: Idolum ipſum maledictum eſt, & qui fecit illud & quod factũ eſt, tormenta patientur: Vanitas enim hominũ (vt ait idẽ) ĩuenit artes iſtas in tẽtationẽ animæ hominũ, & ĩ decipulã inſipiẽtiũ, & ad inuẽtio illarũ, corruptio vitæ eſt. Nihilomin⁹ tamẽ nos Chriſtiani præ cæteris gẽtib⁹ ſic deſipim⁹, vt hãc vitę & morũ corruptelã, vbiq; in atrijs, ĩ domib⁹, in cubiculis tenere nõ pudeat, quo laſciuis in aginib⁹ noſtrę matronæ filiæq; ad laſciuiã inuitẽt, quin etiã hæc, in tẽpla, in ſacella, ĩ aras Dei, magnis venerationibus traducim⁹, nõ abſq; idololatrię periculo. Sed hoc latius in religione diſputabim⁹. Verũ ineſſe picturis atq; ſtatutis non contemnendã auctoritatem, ego olim in Italia didici: Nam cũ fratres Auguſtiniani cũ canonicis regularibus corã Romano Pontifice

Statuaria.

Ro. 1.

Deut. 5.

Sap. 14.

Idololatriæ periculum in ſtatuis.

e.B.Auguſtini habitu, videlicet nigram ne ille ſtollam
uper alba tunica, an candidã ſuper nigra induiſſet, per
naciter litigarent, atq; ex ſcripturis, quod ad hanc litẽ
irimendam faceret, nihil cõpertum haberetur, viſum
uit Romanis iudicibus rem omnem ad Pictores & Sta
uarios delegare, vt quod illi ex vetuſtis picturis atq; ſta
uis adſererent, ſententię haberet vigorem, Hoc exem-
lo confirmatus ego cum aliquando indefatigata diligẽ
ia monachis cucullę originem inueſtigarem, nec quic-
quam inde ex ſcripturis inuenire potuiſſem, tandem ad
pictores me cõtuli, atq; in iſtis fratrũ proceſtriis atq; por
icibus, vbi vtriuſq; Teſtamenti hiſtoriæ, vt plurimum
depictæ cernuntur, rem perquiſiui, cunq; in toto vetere
Teſtamẽto nullum ex patriarchis, neq; ex ſacerdotib⁹,
neq; ex Prophetis, neq; ex Leuitis, neq; Heliam ipſum,
quem licet Carmelitę, ſibi faciunt patronũ, inueniſſem
cuculatum: nouum Teſtamẽtum adgreſſus, inueni illic
Zachariam, Simeonem, Ioãnem Baptiſtã, Ioſeph, Chri-
ſtum, Apoſtolos, Diſcipulos, Scribas, Phariſeos, Pontifi
ces, Annam, Caypham, Herodem, Pylatum, & plęroſq;
alios nullam vſpiam cõſpexi cuculam, rurſuſq; ab initio
omnia & ſingula diligenter examinans, mox in ipſo frõ
te hiſtoriæ ſeſe offert cucullatus diabolus, ille videlicet,
qui erat Chriſtum tẽtans in deſerto, Gauiſus ſum pluri-
mũ repperiſſe me in picturis, quod hactenus nequiui in
literis, diabolum ſcilicet fuiſſe primum cuculę auctorem
a quo deinceps puto cęteri manachi & fratres hanc ſub
diuerſis colorib⁹ mutuarunt, aut forte veluti hæredita-
rio iure ſibi relictam acceperũt, ¶ Sed nũc ad OPTI-
CAM reuertamur, quæ etiam ſpeculorũ artificio plu-
rimo eſt adiumento, omnium illorum affectiones & im
poſturas indicans, quorum experimenta patẽt in variis
ſpeculorum generibus, vt ſunt caua, cõuexa, plana, colũ
naria, pyramidalia, turbinalia, giboſa, orbiculariat ãgu
laria, ſuerſa, euerſa, regularia, irregularia, ſolida, perſpi
cua: Sic legimus, narrante id Cælio in antiquis lectioni-
bus, Auguſti temporibus Hoſtium virum quendam, ſed

OPTI-
CA.

Specula
diuerſa.

obſcœnitatis facile principem feciſſe eius notæ ſpecula, quæ imagines longe maiores redderent, vt digitus brachii mēſuram & longitudine & craſſitudine excederet. Fit quoq; ſpeculum in quo quis alteri⁹ videt imaginem, nō ſuam. Et aliud quod in certo loco poſitum nihil imagines, aliorſum vero trāſlatū facit imagines: Item quod inuerſas reddat imagines: Et quod vni⁹ rei plures reddat imagines: Et aliud quod contra aliorum ſpeculorū morem, dextrū reddit dextro, & ſiniſtrum ſiniſtro. Et fiunt ſpecula comburētia anterius & poſteri⁹, atq; aliud quod ſuſceptam imaginem non intra ſe repręſentat, ſed remotius extra ſe in aera reiſcit, ibiq; tanq̄ aereum ſimulachrum apparere facit, ignenq;, colectis in ſe Solis radijs, per remota ſpatia in quodcunq; combuſtibile potēter incutit, & eiuſmodi plura, qualia vidim⁹ aliquādo & fabricare nouimus: Habēt etiā perſpicua ſpecula ſuas impoſturas, videlicet, vt rem magnam apparere faciāt paruam, & cōtra quę minima ſunt, apparere magna: & quę remota ſunt, propinqua: aut quę propinqua ſunt, videātur remota: quæ infra pedes ſunt, ſurſum, & quę ſupra nos ſunt, hęc infima, alioue ſitu ſeſe conſpectui nr̄o offerant. Sūt & per quæ vna res videtur plures, & alia quę res ipſas diuerſis colorib⁹, vt in iride, aut ſub diuerſis diſſimilibuſq; figuris decepto viſu, repræſentant, & iis ſimilia. Et noui ego fabricare ſpecula, in quibus lucēte Sole omnia quæcunq; illius radiis illuſtrantur, per remotiſſima ſpacia, puto trium aut quinq; miliarium, pleniſſime conſpiciūtur. Eſt & illud in planis ſpeculis mirādum, vt quanto minora ſint, pro eorum modulo rem repræſentent ſeipſa minorem, quantuncūq; autem maxima, nunq̄ tamē rem ipſam ſeipſa reddent maiorē: quod conſyderans Auguſtinus ad nebridum ſcribēs, aliquid occultum ille latere putat, atq; tandem hęc omnia vana & ſuperuacua ſunt, nec niſi ad oſtentationem & ocioſā delectationem adinuenta. Scripſerunt de ſpeculis cum Græci tum Latini perplures: præſtat autem omnibus vnus Vitellius.

Deinceps nunc COSMIMETRIAM paucis COSMIMETRIA.
 iſcutiamus, atq; hæc in Coſmographiam & Geogra
hiam diuiditur, vtraq; orbem menſurat atq; diſtin
uit, ſed prior iuxta cœleſtium rationem ex illorum di
tinctione terrarum, & locorum illis ſubiectarum ſitus
er graduum & minutarum mẽſuras commenſurat, ra
ioneſq; climatum, dierunq;, & noctium diſcrimina, ven
orum cardines, ſyderum varios exortus, polorũ eleua
iones, parallelos & meridianos, gnomonũ vmbras, &
uę ad hæc reliqua ſũt ad ſingula loca mathematicis ra
ionibus edocet. Altera vero, nulla adhibita cœleſtiũ ra
icne, orbem per ſtadia & miliaria menſurat, ac per mõ
es, ſyluas, lacus, flumina, maria, & litora diſtinguit, gẽ
eſq; ac populos, regna, puĩcias, ciuitates, port⁹, & quæ
nter cætera memorabilia ſunt commonſtrat:
Ac patrios omnes cultus habituſq; locorum,
Et quid quæq; ferat regio, & quid ferre recuſet
Explicat, ac imitatione quadã picture, iuxta Geometrię
& Perſpectiuę rationes, orbem omnẽ in globo vel pla
na tabula affingit,
Pingens in paruo totum volumine mundum.
Sub iis generibus quidam Chorographiam numerant,
quę partialia quędam loca ſeorſum explorando, perfe
ctiore inſuper & quaſi conſummata effigie depingit.
Ornatu vario partes diſtincta per omnes,
Vitibus, & Syluis, pratorum fontibus, agris,
Aequore quæq; rigant humentia flumina, corpus,
Inq; humiles vales premitur, vbi ſurgit in altum.
Verticibus celſis tollens ad æthera montes.
Hæc omnia, & quæ antea dixim⁹, ipſa nobis Coſmime Geographorũ diſſentiones.
triap ollicetur: Sed qui nos illa docturi ſunt auctores,
inter ſeſe tantum non vna diſcordia pugnant, de limiti
bus, longitudinibus, latitudinibus, magnitudinibus,
menſuris, diſtantiis, climatibus, eorundem habitu
dinibus admodum a ſeinuicem diſcrepantes: Quæ Terræ, nmbelicus.
aliter Eratoſthenes, aliter Strabo, aliter Marinus.
aliter Ptolomæus, aliter Dionyſius, aliter iuniores

diſtinxere : Nec de terræ vmbilico inter eos conuenit, quem Ptolomęus ſub ęquinotiali circulo collocat: Strabo Pernaſum Græcię montē credidit, cui aſſentiunt Plutarchus & Lactantius grammaticus, putantes illū cataclyſmi tempore aquarum cœliq; fuiſſe diſcrimen, quemadmodum de hoc canit Lucanus:

Hoc ſolum fluctu terras mergendo cacumen
Emicuit, Pontoq; fuit diſcrimen & Aſtris,

Quod ſi hęc ratio ad reuincendum ſatis eſt, erit vmbilicus terrę non in Parnoſo Græcię, ſed in Gordico Armenię monte, qui (teſte Beroſo) primus a diluuio emicans, Noe Archam excepit : Alii alia adferunt, & quo modo Aquilarum volatu medium terrę inuētum ſit, Sunt etiā & Theologi qui falcem ſuam in hanc meſſam mittētes, Hieroſolymam medium terræ eſſe volunt, quia ſcriptū ſit per Prophetam: Deus operatus eſt ſalutem in medio terræ: Accedunt ad hanc cenſuram, Lucretius, Lactantius, & Auguſtinus, qui Antipodas tam conſtanter negarunt. Atq; illi inſuper qui extra Europam, Aſiam, Africam, alium habitabilem orbem inficiarunt: quę tamen Hiſpanorum Luſitanorūq; nauigationibus, poſteris nobis ſec⁹ comperta ſunt, qui etiam totam ſubzodiacozonam contra Poetarum nugas ac Ariſtotelis falſam opinionem, habitatem mōſtrarunt: Alios pręterea Geographorum plęroſq; errores, ſuperius inter Hiſtoricos recitauimus, Verum hęc ars, dum terram immēſam, & inſcrutabilia maria, inſularumq;, & regionum omnium ſitus, limites, & inſignia, ac innumerabilium pariter gentium ignotas origines, ritus, mores, diſcrimina, nos docere conatur, nullum alium fructum inde percipimus, niſi quod dum aliena auidius ſcrutamur, nos ipſos diſcimus ignorare, et (vt ait Auguſtinus in confeſſionib⁹) eunt homines admirari alta montium, & ingentes fluctus maris, & latiſſimos lapſus fluminum, & Oceani ambitum, & gyros Syderum, & relinquunt ieipſos: Plinius quoq; inſaniam eſſe dicit metiri terram, quam dū metimur, ſępiſſime menſuram egredimur,

¶ ARCHITECTVRA autem nō dubium, quin permultū commodi ornatuſq; adferat, & publicis, & priuati ædificiis: hęc parietes & tecta, piſtrinas & vehicula, pōt⁹ & naues, fana, tēpla, delubra, mœnia, turres, & omnis generis machinas (quib⁹ res hominum tam publice quam priuate tuentur ornanturq;) nobis largitur, diſciplina alioqui per neceſſaria & honeſta, ſi nō admodum faſcinaret mortaliū animos, vt nemo ferme reperiatur (modo facultates non deſint) qui nō totus cupiat etiam bene cōſtructis ſemper aliquid coędificare: Quo inſatiabili ędificandi ſtudio deſyderioq; effectum eſt, vt huius rei nullus ſtatut⁹ ſit modus, neq; finis: hinc abſciſſæ rupes, completæ valles, acti in planū montes, perfoſſa ſaxa, & adaperta mari promontoria, excauata terræ viſcera, deducta flumina: inducta marib⁹ maria, exhauſti lacus, exicatę paludes, cohercita æquora, ſcrutataq; maris profunda, factę nouæ inſulæ, rurſuſq; alię reſtitutæ continenti: Quæ omnia, & his plura, quum cum natura ipſa pugnent, ſæpe tamen non modicam vniuerſo orbi commoditatem attulerūt. Sed comparemus his, quæ nullo prorſus alio mortalib⁹ ſūt vſui, quam quod ad admirandum ſpectandumq;, & (vt ait Plinius) ad ocioſam & ſtultam pecuniæ oſtentationem ingentibus ſumptib⁹ conſtructa ſunt: Cuiuſmodi ſunt Aegyptiorum, Græcorum, Hetruſcorum, Babyloniorum, ac cęterorū aliquot gentium ſuperſtitioſa operum miracula, Labyrinthi, Pyramides, Obeliſci, Coloſſi, Mauſolei, Rapſinatis, Soſoſtris, & Amaſidis, mōſtroſę ſtatuæ: atq; Sphinx illa miranda, in qua Rex Amaſis conditus putatur: Erat enim (vt ait Plinius) e ſaxo naturali elaborata, & rubrico, capitis monſtri ambitus per frontem, centum & duos pedes colligit, longitudo centum quadraginta tres: Sed & ſunt his maiora, opus Mēnonis atq; Semiramidis in Bagiſiano medio mōte, vaſta ſtadiorum ſeptem & decem effigies: Quæ tamen longe ſuperaſſet quicūq; ille Architectus fuit, ſiue Steſicrates (vt refert Vitruuius) qui ex Athos monte, Alexādri effigiem facturū ſe pollicebat.

Architectura.

Aedificādi morbus.

in cuius manu ciuitas aſſideret, decē milia hominū capax: adnumeremus iſtis Babylonicam ſpeculam, cuius Baſis (teſte Herodoto) quaq; verſus ſtadium adimpleuit: atq; Turrim illā quæ in profundo mari vitreis cancris, ſuperextructa memoratur: accedant etiam Gordiane ędes & Arcus triumphales, & Deorum templa, & pręcipue illud dianę Epheſię per annos ducentum a tota Aſia fabricatum: & quod in Aegypto ad Latonę templum conſtructum vno lapide Sacelluum, latū fronte cubitos quadragīta. idipſunque vno etiā lapide cōtectum: ac aſſyrij regis Nabuchodonoſor ſtatua ex auro, ſexaginta cubitorum magnitudine, quam nō adoraſſe capitale fuit: atq; alia cubitorum quatuor ex ingenti topazio Aegyptiæ Reginæ facta: Huc ſpectant & noſtris Diuis templa ſuperbiſſimis faſtigiis extructa, & in miram altitudinem (congeſta ingenti ſaxorum mole) erecta cāpanilia, multis admodum ſacris pecuniis & eleemoſynis profuſis: quib⁹ multis pauperes Chriſti vera Dei tēpla, & imagines, interea fame, ſiti, algore, ægritudine, ægeſtateq; periclitantia, rectius ædificari & ſuſtentari potuiſſent debentq;: Cęterum vero, quantam perniciem hæc ars ſæpiſſime adferat hominibus, ipſæ hoſtiles arces, bellorūq; machinæ, cataphractæ, ſcorpiones baliſtę, cæteraq; ſubuertendæ mortalium vitæ inſtrumenta, deuictiq; horō ingenio populi, teſtes ſunt. Neq; id in terra modo, cum etiam naues caſtrorum ac artiū īſtar fabricare docuerit, quibus periculoſa maria, non tam nauigamus, quam habitamus, & cū natura ſua mle periculis nobis īfeſta ſunt, his nauigiis reddimus infeſtiora, in illis nō ſecus, ac in ſolida terra latrocinantes bellaq; gerentes: Scripſerunt de Architectura prim⁹ Agatarch⁹ Atheniēſis, poſtea Democrit⁹ & Anaxagoras, deinde Silen⁹, Archimenides, Ariſtoteles, Theophraſtus, Cato, Varro, Plinius, demū Vitruuius Nigrigentus. Ex recentoribus autem Leo baptiſta, Frater Lucas, Albertus Durerius. ¶ Architecturæ quoque ſubeſt ars METALLCA, Ars reueaa non modici

Metalarir.

ngenij: Primum ſiquidē ex telluris mōtiūq; ſuperficie, quæ quoquo loco venæ intus ſitę ſunt, quę illarum extē iones, exitus fibræ, cognoſcere docet: & quō excaua- is terræ viſceribus, montium moles ſubſtruendæ ſunt: le quibus ſcripſit apud veteres Strato Lampſacenus li orum, quem de machinis metallicis intitulauit. Porro quemadmodum ex erutis minerarum lapidibus ignis quamine, pura metalla excoquātur: eaq; ſi mixta ſint, i ſeinuicem diſcernantur: aut nulli, aut pauciſſimi ha- tenus integre tradiderunt: Forte quod ars hæc veluti nechanica & ſeruilis a doctis quibuſq; & liberis inge- iijs deſpecta ſit: verum quum ego ante aliquot annos i Cæſarea Maieſtate aliquot mineris prefectus eſſem omnia quantum potui indagatus, cœpi de illis ſpecia- em librum ſcribere, quem adhuc vſq; in manibus ha- beo, continuo pro maiori rerum notitia adaugens & corrigens, ſperans me quod tum ad metallorum inuē- ionem, tum cognitionem, tum venarum examina- ionem & conflationem, montiumq; ſubſtructionem & tractoriarum machinarum, cæteraq; artificia hacte ius incognita, pertineat, nihil omiſſurum. Hac arte omnes humanæ cōſtant opes, quarū auaritiæ tāta mor ales libido inuaſit, vt viui ad inferos vſq; penetrent, & nagna naturæ ruina in ſedibus manium quærant di- itias, vt canit Ouidius:

Agrippę liber de metallaria.

Auaritia mortalium.

tum eſt in viſcera Terræ
Quaſq; recondiderat ſtygiſq; admouerat Vmbris
anq; nocens ferrum, ferroq; nocentius aurum
Prodierat, cuius dira cupidine tandem
Omne nefas, fugere pudor, verumq; fideſq;
In quorum ſubiere locum fraudeſq; doliq;
Inſidiæq;, & vis, & amor ſceleratus habendi.

Et, vt alius ~~Poeta inquit:~~
Auro pulſa ~~fides, auro venalia iura.~~

Peſſimum igitur vitæ ſcelus inuenit, quicunq; primus aurifodinas cęteraſq; metallorū venas repperit, & (vt

Inuẽtio metallariæ.

ait Plinius)tanto nocentiores fecerũt illi terras, vt nõ minus temerarij ſint,quam qui e profundo maris petũt Margaritas:inuentũ autem multis quidem,ſed diſſonãtibus Hiſtoriographis attribuitur. Præcipui vero plũbũ in inſulis quæ Caſſiterides dicuntur contra Celtiberiã ſitis,primo inuẽtũ tradunt,æs autem in Cypro, fertum in creta,ſed aurum & argentum apud Pangæũ Thraciæ montem,demum orbem omnem infecerũt: ſoli Scytarchæ(vt refert Solinus)vſum auri & argenti damnarunt in æternum,ſeſe a publica auaritia abdicãtes.De auri ſuperfluitate,apud Romanos olim veteri interdicto cautum erat,eratq́ lex Cenſoria victinaliarũ auri fodinæ,qua(vt ait Plinius)in Vercellẽſi agro cauebatur,ne plus quinq́ hominũ Publicani haberẽt, atq́ vtinam homines eo ſtudio ferrerẽtur in cœlũ,quo ſcrutantur terræ viſcera,ſola diuitiarum vena pellecti, quæ beatum hominẽ a deo facere non poſſunt,vt multos admodũ,idq́ nõ raro,pœniteat inſumptæ operæ.

Aſtrologia.

¶ Supremo iã loco ſeſe offert ASTROLOGIA, quæ & aſtronomia,tota prorſus fallax,Pœtarunq́ fabulamẽtis multo nugacior,cuiꝰ magiſtri audaces profecto homines,& prodigiorum auctores,impia curioſitate pro eorũ libito ſupra humanã ſortẽ(tanquã Baſilides Heretici abraxas)fabricant orbes cœlorũ, ſyderum menſuras,motus,figuras,imagines,numeros cõcẽtuſq́ tãquã nuper e cœlis delapſi,ac in illis aliquandiu verſati depingunt,quibus omnia ſtare ac fieri,atq́ ſciri poſſe arbitrantur,de iſs ipſis tamen admodũ inter ſe diſſidẽtes,contrarij,& adhuc pugnãtes,vt cũ Plinio diſcere nõ dubitem,huius artis inconſtantiam palã arguere ipſam eſſe nullã. Cũ de eius etiam principijs aliter ſentiant Indi,aliter Chaldæi, aliter ægyptij, aliter Mauri,aliter Iudæi,aliter arabes,aliter Græci,aliter latini,aliter antiqui,aliter Recentiores: Nã de numero Sphærarum tractantes Plato,Proclꝰ,Ariſtoteles,auerrois,ac omnes ferme ante alfonſum aſtrologi, præter paucos,octo duntaxat ſphæras numerarunt:Hermetẽ

Diſſentio de Sphærarum numero.

ımē & aliquot Babylonios dicūt Auerrois & Rab Iſa-
c,nonū orbē poſuiſſe.cui opinioni adhæret Azarche-
s,Maurus atq; Thebit,& idem doctus Rab Iſaac,&
lpetragus,quibus adſtipulatur Albertus Teutonicus
uo æuo,neſcio quo facinore magn⁹,& omnes qui mo-
ū acceſſus & receſſus probauerūt: Iuniores aūt Aſtro
ogi nūc decem orbes cenſent,quos ipſe Albertus etiā
Ptolemæum tenuiſſe putat: auerroi quoq; nouem illum
enſere arbitratus,cū tamen reuera nō plures octo ad
irmet Ptolemæus: Sed & Alfonſus ſequutus aliquan-
do iudiciū Rabi Iſaac cōgnomēto Bazā, nouem ſphæ-
ras tenuit,ſed poſt quatuor annos ab æditione tabula
rū ſuarū,adhærēs ſententijs albuhaſſē,Mauri, atq; al-
bategni ſeſe reuocauit ad octo,ipſe etiam Rab abrahā
auenazre,& Rab Leui,ac Rab abraham,zacutus,nul-
lū orbem mobilē ſupra octauū eſſe autumāt. Sed & de Contro-
motu octaui orbis ac ſtellarum fixarum admodū inter uerſia
ſe uariant. Chaldæi enim atq; Aegyptij illum vnica dū- de mo-
taxat latione ferri affirmāt,quib⁹ aſſentiunt alpetrag⁹, tu octa-
& ex recentioribus alexander aquilinus: cæteri autem ui orbis
aſtonomi ab Hipparcho ad noſtra vſq; tempora illum
pluribus motibus circumagi dicūt: Iudæi Talmudiſtæ
illi duplicem motum aſſignāt: azarcheles atq; Tebith,
& ioannes de mōte Regio motum trepidationis, quē
dicūt,acceſſus & receſſ⁹ ſuper paruis circulis circa ca-
pita Arietis & Libræ illi adſcripſerūt: ſed ī hoc a ſein-
uicem differētes,q; azarcheles ait caput mobile a fixo
non plus decem partibus diſtare poſſe: Tebith aūt nō
plus partibus quatuor,cū decē & nouem ferme minu-
tij:ioannes de Regio monte nō plus partibus octo,atq;
iccirco ſtellas fixas non ſemper ad eandē mundi partē
tem vergi,ſed quandoq; reuerti vnde cœperunt ,arbi-
trantur;ſed Ptolemæus,albategni, Rab Leui, auena-
re, zacutus, & inter recentiores Paulus Florenti-
nus,& auguſtinus Ritius,mihi in italia ſumma fami-
liaritate deuinctus, ſtellas iuxta ſignorum ſucceſſio-
nes,ſemper & continuo moueri affirmant:Recētiores

autē aſtronomi triplicem octauæ ſphęræ motum atri buūt, vnum propriū, quem trepidationis diximus, qu in ſeptem milibus annis, ſemel compleatur. Alterū quē gyrationis dicunt a nona ſphęra, cuius circumuolutio non minus quam quadraginta nouem milibus annis finiatur. Tertium a decimo orbe, quē vocāt motum primi mobilis, ſiue motū raptus, ſiue diurnum, qui intra diem naturalem ad principium ſuum quotidie reuertitur. Præterea, quid duplicem motū octauæ ſphæręat tribuerunt, non omnes inter ſe conueniunt: nam Recētiores ferme omnes, & qui trepidationis motū admittunt eam a ſuperiori ſphæra rapi argumētātur: ſed Albategni, Albuhaſſē, Alfraganus, Auerrois, Rabi Leui, Abraham, zacutus, auguſtinus Riti⁹, motum diurnum, quem alij motum raptus putant, arbitrantur nō eſſe alicuius ſphæræ proprium, ſed a toto fieri Cœlo. Ipſe etiam auerrois ait Ptolemæum in quodam libro ſuo (quem narrationū inſcripſit) negare motum gyrationis, & Rab Leui ait illum cum auerroe ſenſiſſe motum diurnum fieri a toto Cœlo. Rurſus nunc de menſura motus octaui orbis & ſtellarum fixarum non magis conueniunt: Nam Ptolemæus arbitratur ſtellas fixas moueri in centum annis vno gradu: albategni hoc fieri contendit in ſexaginta ſex annis Aegyptijs: cui adſentiunt Rab Leui, Rab zacutus, & alfonſus in correctione tabularum ſuarum: azarcheles Maurus ait in ſeptuagītaquīque annis vno gradu moueri: Hipparchus in ſeptuaginta & octo Hebræorum: plures, vt Rabi Ioſue, Rabi Moſes, Maymonus, Rab auenazra, & poſt illos Haly Benrodam in ſeptuaginta annis: Ioannes de Monte Regio in octoginta: auguſtinus Ritius medium tenet inter opiniones albategni & Hebræorum, ſentiens ſtellas fixas vnam Cœli partem non citius quam ſexaginta ſex, nec tardius quam ſeptuaginta annis moueri: ſed & Rab abraham zacuti (vt narrat Ritius) teſtatur ex Indorum traditione eſſe adhuc ī Cœlo duas ſtellas ſibi diametraliter

Cōtrouerſia de duplici motu octauæ ſphęræ.

Diſſentio de mēſura motus octaui orbis ſtellarū fixarum

oppoſitas, quæ curſum ſuum contra ſignorum ordinem. non niſi in Icentum & quadragtnta quatuor annis compleant: Ipſe etiam alpetragus arbitratur eſſe adhuc in Cœlis varios motus hominibus ignotos, quod ſi ita eſt, poſſunt & inibi eſſe ſtellæ & corpora, quibus motus illi conueniant, quę aut cernere homines non poſſunt propter exuberantiam altitudinis, aut hactenus nulla adhuc artis obſeruatione deprehenderũt: Cui adſentit etiam Phauorinus Philoſophus apud Gellium in oratione ſua aduerſus Genethliacos: Reſtat igitur nullum adhuc aſtronomum e Cœlis deſcendiſſe, qui vel motum aplanes verum certunque nos docere potuerit: Nec ipſe etiam Martis verus motus hucuſque cognitus fuit, quod ipſe etiam conqueritur Ioannes de Monte Regio in Epiſtola quadam ad Blanchinum: eiuſdemq; motus errorem etiam quidam Guilhelmus de ſancto Clodoaldo inſignis aſtrologus, in ſuis obſeruatiõibus ante ducẽtos & plures annos ſcriptum reliquit, nec poſterum quiſpiam hunc hactenus correxit. Quin & verum Solis ingreſſum in puncta ęquinoctialia inuenire impoſſibile eſt: Quod Rab Leui multis rationibus probat. Sed quid dicemns de poſtea compertis? quomodo circa illa aberrarunt priores? Nam multi cum Tebith maximam Solis declinationem continuo variari arbitrati ſunt, cum tamen vna ſemper menſura feratur: aliter tamen de illa opinatus eſt Ptolemæus, aliter compertum eſt per albateg. Rab Leui, auenazram, & alfonſum: ſimiliter etiam de motu Solis, & anni menſura aliter illi compertum habent, quam Ptolomæus & Hipparcus tradiderunt: ſimiliter de motu auges Solis aliter Ptolemæus, aliter albategni & cæteri ſentiunt: de Cœli inſuper imaginibus, ac ſtellarum fixarum conſyderationibus, aliter Indi, aliter ægyptij, aliter Chaldæi, aliter Hebræi, aliter arabes, aliter Thimotheus, aliter arſatilis, aliter Hipparchus, aliter Ptolemæꝰ, aliter Recẽtiores tradiderũt. Trãſeo hic de Cœli principio dextro atq; ſiniſtro, quã

Martis motus incognitus.

Verꝰ Solis ĩgreſſus ĩ pũcta ęquinoctialia incognitns.

deſipiunt narrare: de quib⁹ tamē Thomas Aquinas, & Albertus Teutonic⁹ ſuperſtitioſi Theologi, dū aliquid ſerioſe dicere conarētur, nihil inuenire potuerūt, quod oſtēderent, nec vllus certe inuenire poterit vnquā: quin & galaxias, hoc eſt, lacteus circulus, quid ſit, adhuc ab Aſtrologis ignoratur. Tranſeo etiam de eccentricis, cōcentricis, epicyclicis, retrogradationibus, trepidationibus, acceſſibus, receſſibus: raptib⁹, cæteriſq; motibus, & motuum circulis, ſermonem prorogare, cum om̄ia hęc nō ſint, nec Dei, nec naturę opera, ſed Mathematicorū mōſtra, & fingentium nugę, a corrupta Philoſophia, & Poetarum fabulis deriuata: quibus tamen veluti rebus veris a Deo creatis, aut a Natura firmatis, nō pudet magiſtros illos tantū attribuere fidei, vt in has nugas veluti cauſas referant quæcunq; in iſtis fiunt inferioribus, illoſq; confictos motus dicunt eſſe principia omnium motuum inferiorum. Aſtronomos iſtos Anaximenis ſerua non ſpernendo dicto oportune caſtigauit: Hæc em̄ conſueuerat vna cum Hero Anaximene ambulare, qui cū quodam die ſydera inſpecturus, domo maturius exiuiſſet, immemor ſitus loci, dum ſecurius cœlū intuendo explorat aſtra, in ſubiectam cecidit foueam, dixitq; tūc ancilla, miror here, qua ratione quæ in Cœlo ſunt pręſcire exiſtimas, cum quæ ſunt ante pedes, nequeas ꝓuidere. Legitur eadē facetia Thales Mileſius ab ancilla Threſſa correptus: haud abſimile de illis ait Tullius, inquiens, Aſtrologi dum Cœli ſcrutantur plagas, quod ante pedes eſt, nemo eorum ſpectat. Ego quoque hāc artem a parentibus puer imbibi: deinde non modicum temporis & laboris in ea amiſi, tandem didici totam hanc & omnem, nullo alio fundamento inniti, niſi meris nugis, & figmentis imaginationum, tedetque & pœnitet inſūptæ olim operæ, cuperenque omnem illius memoriam vſunque expoliare, abiecique iā dudum ex animo: nec reaſſumerem vnquam, niſi me potentum violentę preces (qui ſolent nōnunquam ad indigna artificia etiam magnis probiſque ingenijs abuti) ſæpe rurſus impin-

Lacteus circulus incognitus.

Facete dictum ab ancilla i anaximenē Herum.

gere compellerent, ſuaderetque domeſtica vtilitas, me
aliquando illorum frui debere ſtultitia, & nugas tanto-
pere cupientibus nugis obſequi: Dico quidē nugis: quid
enim habet Aſtrologia, niſi meras Poetarum nugas &
fabulas portentoſaq; figmenta? quibus Cœlum ipſum
refertiſſimum commenti ſunt: neq; vero vlli hominum
generi plus inter ſe cōuenit, q̃ Aſtrologis cum Poetis, ni
ſi quod de Lucifero & Veſpere inter ſe diſſentiunt: Poe
tis aſſerentibus quo die Lucifer ante orientē Solē appa
ruerit, eodem occideutem Solem ſubſequi, quod eodem
die fieri poſſe Aſtrologi negant fere omnes, præter illos
qui Venerent ſupra Solem locant: quia ſtellæ quæ lōge
vlteriores ſunt nobis in ortu, citiꝰ oriri & in occaſu ſe-
rius recidere videntur. Sed hanc Aſtrologorum de ſitū
ſtellarum ſiue planetarum diſcordiam, niſi nūc recorda
tus, præteriſſem, ſiquidem nō tam Aſtrologorum q̃ Phi
loſophorū eſt. Nam Plato poſt Lunam, ſecūdam Sphę-
ram Solis locat: idem faciunt ægyptij inter Lunam &
Mercurium ſolem collocantes: Archimenides autem &
Chaldæi ſolem in ordine quartum collocant: anaximan
der & Metrodorus Chius, & Crates ſolem omnium
ſupremum conſtitutum dicunt, poſt quem Lunam in-
fra has cæteras errantes inerranteſq;: Xenocrates oēs
vna eadenq; inſuperficie ſtellas moueri putat. Non mi-
nus de Solis & Lunæ cęterarunq;, nec vlla inter eos de
cœleſtibus opinionum conſtātia nec veritas: neq mirū
id, cum Cœlum ipſum quod ſcrutātur, omnium ſit incō
ſtātiſſimum nugiſq; & fabulis repletiſſimum: nam ipſa
duodecim ſigna, reliquæq;, & boreales, & auſtrales ima
gines, non niſi fabulis in cœlum aſcenderunt, atq; tamē
his fabulis viuunt, imponunt, lucrātur Aſtrologi, Poe-
tis interim eorundē inuētoribus egregie eſurientibus.

¶ Reſtat adhuc altera Aſtrologiæ ſpecies, quā DIVI-
NATORIAM vocāt ſeu iudiciariam, quæ agit de re
uolutionibus annorum Mundi de natiuitatibus, de quæ
ſtionibus, de electionibus, de intētionibus, & cogitatio-
nibus, de virtutibꝰ, ad omniū futurorū (etiā vel diuinæ

Aſtrologia nihil p̄ter nugas & figmēta habet.

Phōrū de ſtellarum & planetarū ſitu controuerſię.

Aſtrologia iudiciaria.

prouidentiæ arcanarum diſpoſitionũ, euentus prędicẽdos, euocandos, deuitandos vel repellẽdos: hinc Aſtrologi Cœlorum, ſyderũq; effectus a remotiſſimis annis ac ante omnem rei memoriam, aut Promethei tẽpora a magnis (vt aiũt) & ante diluuianis coniũctionibus nũdinãtur: omniũq; animãtiũ, lapidum, metallorũ, herbarũ, & quæcunq; in his inferioribus creata ſunt, effect⁹, vires, ac motus. ab his ipſis cœlis ſyderibuſq; defluere, om̃inoq; depẽdere ac indagari poſſe affirmãt, homines ꝑfecto increduli, nec minus impij, vel hoc vnũ nõ agnoſcentes: ꝙ De⁹ iam herbas, plãtas, arbores añ cœlos & ſtellas cõdiderat. Quin grauiſſimi quiq; Philoſophi, vt Pythagoras, Democrit⁹, Biõ, Phauorin⁹, Panæti⁹, Carneades, Poſſidoni⁹, Timæ⁹, Hriſtoteles, Plato, Plotin⁹, Porphyrius, Auicẽna. Auerrois, Hippocrates, Galen⁹, Alexander Aphrodiſius: præterea, Cicero, Seneca, Plutarchus: & alij multi, qui ab omni arte & ſciẽtia rerum cauſas ſcrutati ſũt, nuſq̃ nos in has aſtrologicas cauſas remittũt, quę etiam ſi cauſę eſſent, tamen quia ſtellarum curſus, & earũ vires nõ plane cognoſcũtur (quod omnibus ſapientibus notiſſimũ eſt) de eorũ effectibus certũ iudiciũ dare nõ poſſent: Nec vero deſunt inter ipſos, vt Eudoxus, archelaus, Caſſandrus, Hovchilax, Halicarnaſſe9 peritiſſimi Mathematici: & multi alij recẽtiores grauiſſimiq; auctores, qui fatẽtur impoſſibile eſſe, poſſe quicq̃ certi de iudiciorũ ſcientia inueniri, cũ propter innumeras cooperãtes cũ Cœlo alias cauſas, quas ſimul attẽdere oportet, iubetq; ſic etiam Ptolemæus, tum quia obſtant illis occaſiões q̃ plurimę, vt puta, cõſuetudines, mores, educatio, pudor, imperiũ, loc⁹, genitura, ſãguis, cibus, animiq; libertas & diſcipline, cum influxus illi nõ cogant (vt aiunt) ſed inclinant. Præterea, qui iudiciorum regulas præſcripſerũt, tam diuerſa plurimumq; pugnantia eadem de re ſtatuũt, vt impoſſibile ſit prognoſticatorem ex tot, tam varijs, diſſoniſq; opinionibus aliquid certi poſſe pronũciare, niſi inſit illi intrinſec⁹ quiſpiam futurorũ occultorumq; ſenſus ac prę̃ſagij inſtinct

Dei operationes aſtris atribuũt

aſtrolo. iudiciaria incerta.

ſine potius occulta & latens dæmonis inſpiratio, quo inter hæc valeat diſcernere, ſeu alio quouis modo, nũc illi nũc alteri opinioni adhærere inducatur: quo ĩſtinctu ſi quis careat, is in aſtrologicis iudicijs (ut ait Haly) veridicus eſſe non poteſt: quare iam nõ tam arte, q̃ obſcura quadam rerum ſorte aſtrologica conſtat prædictio: & ſicut non arte ſed ſorte ex ludorum codicilis verſus exit nonnunq̃ verũm pronunciãs, ſic etiam ex animo Aſtrologi, non arte, ſed ſorte prodeunt vaticinia: cui atteſtatur etiam Ptolemæus, Scientia (inquiens) ſtellarum ex te & ex illis eſt, indicans futurorum occultorumq; prędictionem, nõ tam eſſe ex obſeruatione ſtellarũq;, ex animi affectibus. Nulla igitur eſt certitudo huius artis, ſed cõuertibilis eſt ad omnia ſecundum opinionem, quæ cõiecturis aut exiſtimatione, aut imperceptibili dæmonũ afflatu, aut ſuperſtitioſa ſorte colligitur. Nil igitur aliud eſt hæc ars, q̃ ſuperſtitioſorũ hominum fallax coniectura, qui ob multi temporis vſum, de rebus incertis ſciẽtiã fecerunt, in qua, emungendæ pecunię gratia, decipiant imperitos, atq; ipſi ſimul decipiantur. Quod ſi ars iſtorũ vera eſt, & ab illis intelligitur, vnde tot & tanti errores ebulliunt in eorũ prognoſticationibus? ſin minus, nõne fruſtra & ſtulte & impie de rebus nullis, aut nõ intellectis ſciẽtiã profitentur? Sed cautiores illorum, de futuris non niſi obſcura pronuntiant, & quę ad omnem rem, & tempus, & principem, & nationem applicari poſſunt ambigua prognoſtica, artificioſa verſutia cõfingũt. Poſt ea vero, quam aliquid horum acciderit, tunc illius colligunt cauſas, atque poſt factum vetera vaticinia nouis rationibus ſtabiliunt, vt videantur præuidiſſe: quẽadmodum ſomniorum interpretes, vbi ſomnium viderint, nihil certi intelligunt: vbi autem poſt aliquid his euenerit, tunc ad id quod accidit aptant etiam ſomnium viſum. Preterea, cum impoſſibile ſit in tanta ſtellarum varietate non ſemper inuenire, quaſdam bene, quaſdam male poſitas, occaſionem capiunt ex his dicendi quod volunt, & quibus volunt vitam,

Cautela aſtrologorum.

ſalutem,honores,opes,potentiam,victoriam,ſanitatẽ, ſobolem,amicos,coniugia,vel ſacerdotia,magiſtratus, ſimiliaqꝫ prædicãt.Quod ſi quibus ſint male propitij, iis mortes,ſuſpendia,dedecora,clades,exilia,orbitates ,lã guores,calamitateſqꝫ renũciant. non tã ex ſcelerata arte q̃ ex ſceleratus affectibꝰ:huic impię curioſitati credulos homines pertrahentes in exitium,populos, ac Principes ſæpe funeſtis ſeditionibus ac bellis inter ſe cõmittẽtes. Quod ſi cum ꝑgnoſticis illorũ fortuna eo incidat vt inter tot ambigua vnum aut alterum verũ euenerit, mirum q̃ tunc criſtas efferunt, q̃ id inſolentiſſime ꝑdicant. Quod ſi,vt aſſidue mentiũtur,conuincantur mẽdacij,id tunc excuſant blaſphemia,vel mendaciũ mendacio tegunt inquiẽtes. Sapiẽtem dominari aſtris: cum re nera,nec aſtra ſapienti,nec ſapiẽs aſtris,ſed vtriſqꝫ dominatur Deus:aut aiunt ineptitudinẽ recipientis cœleſtibus influxibus obſtitiſſe. Vlteriorem autem fidem requirentibus iraſcuntur, & inueniunt circulatores illi interim Principes, & Magiſtratus,qui illis credant oĩa, ac ornent publicis ſtipẽdijs,quum re vera, nullum genꝰ hominum Reipublicæ ſit peſtilentius, q̃ iſtorum, qui ex aſtris,ex inſpectis manibus,ex ſomnijs ,conſimilibuſqꝫ diuinationũ artificijs,futura pollicẽtur,&vaticinia ſpargunt,homines inſuper, & Chriſto, & omnibus in illum credẽtibus ſemper offenſi:de quibus Cornelius Tacitꝰ cõqueritur,Mathematici (ſic enim eos vulgo nominãt) inquiens genus hominum Principibus infidũ,credentibus fallax,a ciuitate noſtra ſemper prohibentur,ſed expelluntur nunquam:quin & varro author grauis , oĩm ſuperſtitionum vanitates ex Aſtrologiæ ſinu profluxiſſe teſtatur. Erat etiam in alexandria veſtigal quod Aſtrologi perſoluebãt Blacennomion,ad ſtultitia ſic nũcupatum,quia ex ingenioſa ſtultitia quæſtum facerẽt,nec n. ſi ſtulti & temerarij homines illos cõſulere ſoleãt. Quippe ſi ab aſtris eſt hoĩm vita atqꝫ fortuna,quid timemus quid ſollicitamur? quin Deo hęc & Cœlis,qui nec errare,nec malum agere poſſunt,relinquimꝰ? atqꝫ homine

Aſtrologi reip. obſunt.

Aſtrologia ſuperſticionum fons

rum ſimus, nõ plus quam oporteat vltra vires noſtras, alium, ſed humana duntaxat ſapimus? qui & Chriſtiani cũ ſimus, credentes Chriſto, linquimus horas & momenta Deo patri, qui ea poſuit ĩ ſua poteſtate. Quod vero vita noſtra atq; fortuna ab aſtris non ſunt, nõne ſuacuum currit om̃is Aſtrologus? Sed eſt hominum genus adeo timidulũ credulumq;, qui tanq̃ pueri ad lemurũ fabulas plꝰ timẽt, creduntq; ea que nõ ſunt, q̃ ea que ſunt: atq; quo res eſt minus poſſibilis, hanc eo timent magis, atq; quo eſt veriſimilis minus, hãc eo firmius credũt, qui profecto, ſi non eſſent Aſtrologi & diuinatores, perirẽt fame, atq; horum ſtulta credulitas præteritorum oblita, pręſentium negligens, in futura pręceps, ſic deceptoribus illis fauet, vt cum in cæteris hominibus vno mendacio tam ſuſpecta fides reddatur dicentis, vt reliqua oĩa vera obſcurentur, cõtra, in his mendaciorum magiſtris vna ortuita veritas, etiã publicicis mẽdaciis faciat fidẽ, quibus profecto qui maxime cõfidunt, maxime omniũ redduntur infeliciſſimi, vt ſolent ſuperſtitioſę illæ nugæ pernitiẽ ſuis adferre cultoribus, quod in zoraſte, Pharaone, Nobuchodonoſor, Cęſare, Craſſo, Põpeio, Diotaro, Nerone, Iuliano apoſtata teſtatur antiquitas, qui vt his nugis fuere deditiſſimi, ſic earundem confidentia periere infeliciſſimi, & quibus læta cũcta promiſerãt Aſtrologi, mœſta prouenerũt om̃ia, vt Põpeio, Craſſo, & Cæſari, quibus neminẽ eorũ niſi iam ſenẽ, niſi domi, niſi cum gloria moriturum promiſerunt, attamen quiſq; eorũ male & immature periit. Pertinax profecto & prępoſterum hominũ genus futura ſe pręſcire qui profiteãtur, pręteritorum & pręſentium ignari, & cum omnibus omnia occultiſſima ſe dicturos profiteãtur, quid in propria domo, quid in thalamo ſuo fiat ſępiſſime neſciunt, cuiuſmodi Aſtrologum Morus Anglicus hoc epigrammate perpulchro taxauit:

Aſtra tibi æthereo pandunt ſeſe omnia Vati:
  Omnibus & quæ ſunt fata futura monent:
Omnibus eſt vxor, q; ſe tua publicat: id te,

Aſtra licet videant omnia: nulla monent,
Saturnus procul eſt, ianq; olim cęcus (vt aiunt)
Nec prope diſcernens a puero lapidem.
Luna verecundis formoſa incedit ocelis,
Nec niſi virgineum virgo videre poteſt.
Iupiter Europen, Martem Venus, & Venerem Mars,
Daphnen Sol, Hircen Mercurius recolit,
Hinc factum Aſtrologe eſt, tua cum capit vxor amãtes,
Sydera ſignificent vt nihil inde tibi.

Aſtrologorũ de iudiciis controuerſiæ.

¶ Præterea q̃ interſe de his ipſis iudiciorũ regulis diſſẽtiant Iudęi, Chaldęi, Aegyptij, Perſæ, Græci, Arabes, omnibus notũ eſt: & quomodo oẽm antiquorũ aſtrologiam abiicit Ptolemęus, & hunc vt defendit Auẽrodan, ita laceſſit Albumaſar, atq; oẽs hos lacerat Abrahã Auenazre Hebręus, deniq; Dorotheus, Paulus, Alexãdrin⁹, Epheſtion, Maternus, Aomar, Tebith, Alchidus, zahel Meſſahalla, & fere omnes alii aliter ſentiũt & opinãtur, & cum quę dicunt probare vera nequeunt, ſola experimẽta ratiõe ſeſe tuãtur, nec ſuper ea quidẽ omnes vnanimiter conueniunt. Neque minus de domorũ proprietatibus, ex quibus omnium euẽtuum prędictionẽ venãtur, diſcrepant, quas aliter aſſignat Ptolemę⁹, aliter Heliodor⁹, aliter Paulus, aliter Mãlius, aliter Maternus, aliter Pophyrius, aliter Abenragel, aliter aegyptii, aliter Arabes, aliter Gręci & Latini, aliter Veteres, aliter Recẽtiores: Quãdoquidẽ etiãm initia fineſq; domorũ, quonam modo conſtituere oporteat, inter eos nõdũ liquet cum hęc aliter fabricant antiqui, aliter Ptolemæus, aliter Cãpanus, aliter Ioannes de Regio Mõte: vnde fit vt ſuis ipſimet obſeruationibus ſibi fidem adimant, cũ locis eiſdem: diuerſi diuerſas adſcribũt proprietates, initia atq; fines: impium hominũ genus, qui quę ſolius Dei ſunt, tribuunt aſtris, & nos liberos natos, ſyderũ ſeruos faciunt, & cum ſciamus Deum creaſſe omnia bona, illi ſtellas aliquas maleuolas, & ſcelerum auctores, & malorũ influxuum, tradunt, non abſq; maxima Dei Cælo-

De domib⁹ cõtrouerſiæ.

runq; iniuria, ſtantes in cœleſtibus in illo diuino ſenatu mala & ſcelera facienda decerni, & quicquid a nobis voluntatis culpa perpetratur, quicquid vicio materiæ in natura præter ordinem accidit, totum imputant ſyderibus. Iam vero & hæreſes & infidelitates pærnitiociſſimas docere non verentur, videlicet dum donnum prophetię, vim religionum, arcana cenſcientiæ, imperium in dæmones, virtutem miraculorum, efficatiam ſupplicationum, & futuræ vitæ ſtatum, omnia pendere ab aſtris; ab illis largiri, ex illis cognoſci, impia temeritate fatentur. Dicunt enim: Aſcendente Geminorum ſyderere, idq; Saturno Mercurioq; ſub Aquario iunctis in nona Cœli plaga, naſci Prophetam, ideoque Chriſtum Dominum tot claruiſſe virtutibus, quia in eo loco Saturnum habuerit in Geminis: religionum etiam ſectas, quibus Iouem præcipuum præficiunt patronum, per cæterarum ſtellarum commixtiones diſtribuunt, ita vt Iupiter ille cum Saturno religionem faciat Iudęorum, cum Marte Chaldęorum cum Mercurio Chriſtianorum, cum Luna eam quam futuram dicunt Antichriſti: atq; Moſen Iudęis Sabbati diem ex Aſtrologicis rationibus inſtituiſſe religioſum, ideoq; errare Chriſtianos, qui diem Sabbati, Iudęorum ritu, operibus vacantes, non ferientur, cum ſit illa dies Saturni: Fidelitatem autem cuiuſque, cum ad homines, tum ad Deum, profeſſanque religionem, conſcientę etiam arcana a parte Solis, ac tertia, nona, vndecimaque Cœli domiciliis deprehendi poſſe putant, pręnoſcendiſque hominum cogitatiõibus, & (vt aiunt) intentionbus, multi multas admodum regulas tradunt, ipſiſque diuinæ omnipotentiæ miraculoſis operibus, puta vniuerſalis diluuii, & datæ per Moſen legis, ac virginis puerperio, Cœleſtium configurationes cauſas pręficiunt, ac Chriſti redemptricem humani generis mortẽ, Martis opꝰ fuiſſe fabulãtur: Quin & Chriſtũ ipſum in miraculis ſuis horarũ electione vſum, quibus illum Iudęi lædere non poſſent, dum aſcenderet

aſtrologi hæreſos & infidelitates docent.

Hieroſolymam, Ideoq; vetātibus diſcipulis dixiſſe: Nō
ne duodecim horæ ſunt diei? Dicūt prǫterea, ſi cui Mars
in nona Cœli domo feliciter loquatus fuerit, hūc dæmo
nes ab obſeſſis, ſola prǫſentia expulſurum: Qui vero Lu
na atq; Ioue cum capite Draconis in medio Cœlo cōiū
ctis, Deo ſupplicauerit, omnia illum quǫcūq; petierit im
petraturum: Porro futuram virǫ felicitatem a Ioue Sa-
turnoq; largiri: Quod ſi quis Saturnum in Leone felici-
ter conſtitutum, habuerit in Geneſi, eius animā poſt hāc
mortalem vitam innumeris āguſtijs liberatam, ad Cœ
lum, & originis ſuǫ primordia applicatam Dijs, tranſi-
turā: atq; tamē iſtis execrandis nugis, pernicioſiſſimiſq;
hǫreſibus, Petr⁹ Apponēſis, Rogerius Bacō, Guido Bo
natus, Arnold⁹ de Villa noua Philoſophi, Aliacēſis Car
dinalis & Theologus, & plǫriq; alii Chriſtiani nominis
doctores, haud abſq; hæreſeos īfamia ſubſcribūt, & ſeſe
vera hǫc expertos eſſe, teſtari, atq; tueri audent. Scripſit
autem aduerſus Aſtrologos recētioribus annis, duode-
cim libris Iohānes Picus Mirādula, tāta copia, vt vix v
lum prǫterierit argumentum: tanta autem efficacia, v
hactenus nec Lucius Balancius acerrimus Aſtrologia
p pugnator, nec alius quiſquā huius artis defenſor, hā
ab adductis a Pico rationibus poterit ſaluare: Is enim
probat validiſſimis argumentis, illam nō hominum, ſe
malorum dǫmonum fuiſſe inuentum, quod idem etiam
Firmian⁹ ait, per quam illi omnem Philoſophiam, Me
dicinam, Leges atq; religionem in humani generis ex
terminium niſi ſunt abolere: Nam primum quidem re
gioni fidem adimit, miracula extenuat, prouidentiā to
lit, dum omnia cōſtellationum vi prouenire, & a ſyder
bus fatali neceſſitate pēdere docet: inſuper viciis patro
cinatur, excuſans quaſi cœlit⁹ in nos deſcendentib⁹ bo
nas quaſcunq; artes, cōtaminat atq; euertit, īprimis Ph
loſophiam, rerum cauſas, a veris rationibus ad fabula
traducens: Deinde Medicinā a naturalib⁹ efficacibuſq;
remediis advanas obſeruatiōes peruerſaſq;, & corpori
& animo exitiales ſupſtitiones conuertens: Porro lege

mores, & quaſcunq; humanę prudentię artes in totum peſſundans, cum quo tēpore, qua ratione, queis mediis, quid agendum, ſola Aſtrologia conſuleretur, ſolaq; vitę & morum & Reipub. & priuatæ ſceptra teneret, tanquā de Cœlo omnium habens auctoritatē, vanaq; putarētur cętera omnia, quę hanc nō agnoſcerēt patronā. Digniſſima profecto ars, quā olim etiā Dęmones profiterētur, in fallaciā hominum, & in iniuriā diuinitatis. Iam vero & Manichęorum hæreſis, arbitrii libertatem in totū tollens & auferēs, nō aliunde emanauit, quā ex Aſtrologorum, de fato falſa opinione atq; doctrina. Ex eodem fōte & Baſilidis hęreſis emanauit, qui trecētos ſexaginta quinq; Cœlos per ſucceſſionē & ſimilitudinem abinuicem factos pronunciauit, & horū oſtenſionē eſſe numerum dierum, anni, atq; ſingulis illorum certa principia, & virtutes, & Angelos aſſignans, atq; illis nomina adfingens: eſſe autem omnium principem Abraxas, quod nomen iuxta Græcam literaturam, continet in ſe trecētū ſexaginta quinq;, quod videlicet ſunt illorum Cœlorum locales poſitiones ab illo commenti, Hęc ideo narrata ſunt, vt cognoſcatis Aſtrologiā, etiam hęreticorum progenitricem eſſe. Porro Arologiam hanc diuinatoriam, ſicut ſplendidiſſimi quiq; explodunt Philoſophi, ſic Moſes, Eſaias, Iob, Hieremias, cęteriq; antiquę legis deteſtātur pphetę: & e Catholicis doctoribus Auguſtinus illam a Chriſtiana religione expellendam cenſet: Hieronvmns hāc idolatrię genus eſſe diſputat: rident eam Baſilius & Cyprian⁹: refutāt Chriſoſtomus, Euſebius, & Lactantius: inuehuntur Gregorius, Ambroſius atq; Seuerianus, ſanctunq; Toletanum cōſilium eam prohibet, atq; damnat: etiam ī ſynodo Martini, & abs Gregorio iuniore, & alexandro tertio Pontificibus anatematizata: & a ciuilibus Imperatorum legibus punita, apud veteres Romanos ſub Tyberio, Vitellio, Diocletiano, Cōſtātino, Gratiano, Valētiniano, Theodoſio, Impatoribꝰ Vrbe probibita, eiecta, atq; punita: ab ipſo etiā Iuſtiniano capitis ſupplicio percuſſa, quos ex Codice eius

Maniſchæorū hæreſis ab aſtrologia manauit

Aſtrologia reiecta, & ſacris & pphanis ſcriptoribus.

Cōciliū Toletanū aſtrologiā diuinatoriā prohibet.

manifeſtum eſt. ¶ Admonet hic locus etiam de cæteris DIVINATIONVM artibus dicere, quæ nõ tam obſeruatione cœleſtiũ, quam rerum inferiorũ quãdam cœleſtium vmbrã, & imitationem habentium vaticinia prębent, vt illis intellectis, melius cognoſcatis hãc Aſtrologicam arborem, de qua tales fructus deſcendũt, atq; abs qua velut Lernæa hydra multorum capitum fera generata eſt. Inter artes itaq; ad diuinãdi quæſtũ properantes, Phiſiognomia, Metopoſcopia, Cheiromãtia, Geomãtia (de qua etiam ſupradiximus) Aruſpicia, Speculatoria, & Oneirocritica, quæ eſt ſomniorũ interpretatio, ac furientium oracula hic ſedem ſibi vẽdicarunt. Omnia autẽ hęc artificia, nullius ſolidę doctrinę ſunt, nec vllis certis rationibus conſtant, ſed de reb⁹ occultis aut fortuita ſorte, aut ſpiritus agitatione, aut apparentibus quibuſdam coniecturis, inquirũt, quæ ex quotidianis & lõgi temporis ſumptæ ſunt, obſeruaitonibus. Solẽt enim omnes illę diuinationum prodigioſæ artes, nõ niſi experientię titulo ſe defendere, & ſe obiectionũ vinculis extricare, quoties aliquid ſupra fidẽ ac præter rationem doceant polliant urq;, de quibus omnibus ſic in lege pręceptum eſt: Non inueniatur in te qui colluſtret filium, ducens per ignem & ariolos ſciſcitetur, aut obſeruet ſomnia atq; auguria, nec ſit malefic⁹, nec incãtator, quoniam hæc abominatur Dominus. ¶ Harum itaque PHYSIOGNOMIA naturam, vt ait, ducem ſequuta, ex toti⁹ corporis inſpectione, quæ ſunt animæ & corporis affectiões, quæ hominis fortuna, probabilibus ſignis ſe aſſequi poſſe præſumit, quaten⁹ hũc Saturnium, aut Iouiſtam, illum Martium, aut ſolarem, alterum Venereum, Mercurialẽ, aut Lunarẽ pronũciat, & ex corporis habitudine illorũ horoſcopia colligit, ex effectibus paulatim (vt aiunt) ad cauſas videlicet Aſtrologicas trãſcẽdens, ex quib⁹ poſtea nugat quicquid libet. ¶ METOPOSCOPIA autem ex ſolius frontis inſpectiõe, omnia hominum initia, progreſſus, & fines, ſagaciſſimo ingenio, ac docta experientia ſe pręſentire

De diuinatione in genere.

Deuto. 18.

PHISIOGNOMIA.

METOPOSCOPIA.

iactat, ipſa ſe etiã Aſtrologiæ alumnã faciẽs. CHEIROMANTIA autem in vola manus, pro numero planetarũ, ſeptẽ montes effingit, atq; ex lineis quæ ibi cõſpiciunt, quæ hominis cõplexio, qui affectus, quæ vita, quæ fortuna, ſeſe poſſe cognoſcere arbitratur per linearũ harmonicã correſpõdẽtiam, ceu p cœleſtia quędam ſtigmata, nobis a Deo & natura illic impreſſa, & quæ Deus, auctore Iob, poſui in manibus hominũ, vt inde noſcat vnuſquiſq; opera ſua, quãuis reuera diuin⁹ Propheta illic nõ de Cheiromãtica vanitate, ſed de arbitrij libertate loquutus fuerit. Præterea, tuentur ſe predicti Diuinatores, quod licet non per rerũ cauſas, tamẽ per ſigna ab eiſdẽ ſimilib⁹ ve cauſis impreſſa, quę ſemper ſint eadẽ reb⁹ eiſdẽ ſimiliaq; ſimilibus, de effectib⁹ poſſẽt iudicare, dicũtq; iis artib⁹ vſum quõdã Pythagorã, qui adoleſcentũ mores, naturas, ingenia, ex oris & vult⁹, totiuſq; corporis filo ac habitu cõiectabatur, quẽq; idoneũ iudicabat, hũc in diſciplinã recipi iubebat. Idem cõſueuiſſe Pharaonem Indorũ Regẽ narrat Philoſtrat⁹: Verum harũ omniũ artium errorẽ nõ alia ratiõe nobis ĩpugnare neceſſe eſt, niſi ea ipſa quod deficiũt videlicet omni ratione, Scripſerũt tamẽ de iſtis per multi ex antiquis viri grauiſſimi, Hermes, Alchind⁹, Pythagoras, Pharaotes, Indus, zopyr⁹, Helen⁹, Ptolemæ⁹, Ariſtoteles, alpharabius, præterea, Galen⁹, auicẽna, Raſis, Iulianus, Maternus, Loxius, Philemõ, palæmõ, Cõſtantin⁹, aphrican⁹: ex Romanis deniq; principib⁹, Luci⁹ Sylla, & Cæſar dictator eius ſtudioſiſſimi fuere: ex poſterioribus vero, Petrus Apponẽſis, albert⁹ Teutonic⁹, Michael Scotus, Antioch⁹, Bartholomę⁹ Coclitis, Michael Sauonarola, antoni⁹ Cermiſon⁹, Petrus de archa, andreas Coruus, Tricaſſus Mãtuanus, Ioannes de indagine, & plæriq; alii illuſtres Medici: oẽs tamẽ vltra cõiecturas, & experiẽtię obſeruatiões, tradere queũt nihil: non eſſe autem coniecturis illis & obſeruationib⁹ vllam veritatis regulam, ex eo manifeſtum eſt, quia figmẽta ſunt voluntaria, & ſuper quibus

Cheiromantia.

Iob. 37

Diuinatorum ratiões, quib⁹ artẽ ſuam tuentur

ipſi etiam æqualis doctrinæ & auctoritatis, illarum do ctores non concordant, quare vehementer delyrāt erranto omnes, qui per hæc ſigna vltra corporis comple xionem, & naturæ diſpoſitionem, mores quoq ipſos & fortunæ animiq affectus prædicere volunt: quod in zo pyri iudicio de Socrate ſatis cōprobatum eſt, nec vobis fidem faciat, quod Appion Grammatic⁹ ſcriptum reliquit, alexandrum quēdā, tam diſcretę imaginum ſimilitudines pinxiſſe, vt ex his Metopoſcopus futuræ, aut pręteritę mortis annos dixerit: quod quidem poſſe iſs artib⁹ ſciri, nō tam incredibile eſt, quā impoſſibile. Sed ſolet hoc nugiuendum hominū genus, inſtinctu malorum demonū, ſic delvrare, trahentium illos ab errore in ſuperſtitionem, & ab hac paulatim in infidelitatem.

Geomātia. GEOMANTIAM etiam, de qua & in Arithmetica loquuti ſumus, quæ proiectis punctis, vel caſu, vel vi quadam deductis, ex quibus per pares & impares numeros, figuras quaſdā cœleſtibus attributas cōponit, p quas diuinatur, iccirco omnes illius ſcriptores; Aſtrologię filiam teſtantur. Eſt & alia Geomantię ſpecies, quā almadal arabs ītroducit, quę ipſa per cōiecturas quaſdam a ſimilitudinib⁹ ſumptas, ex terrę crepitu, motu, ſciſſura, tumore, vel ſponte, vel ab ęſtu & caumate, aut tonitruis, prouenientib⁹ diuinatur, quę ipſa etiā inani aſtrologię ſuperſtitiōe fulcitur, horas & lunationes, & ſyderū ort⁹ figuraſq coobſeruans.

Auguria. AVGVRIVM vero, cuius multæ admodum ſunt ſpecies, ars ipſa priſcis tēporibus in magna obſeruatione fuit, ac tāta, vt nihil eorū quę ad publica, vel ad priuata ptinerēt, inauſpicate perfecerint. Hęc ars antiquiſſima eſt, vt tradit Pōponi⁹ Lętus, a chaldęis ad Gręcos, apud quos amphlare⁹, Tireſias, Mopſus, amphilotes, & calchas ſummi argures habiti ſūt: a Gręcis ad Hetruſcos venit, ab illis ad Latinos, & ipſe Romul⁹ augur fuit, & magiſtratus inſtituit augurijs cōfirmari, & Diouyſi⁹ tradit antiquam augurādi artē fuiſſe etiā aboriginū, & aſcaniū, priuſquā aciem contra Mezentium educeret, augurīū

captaſſe, quod vbi felix conſpexit, pugnauit, atq; vicit. Deniq; Phrygij, Piſidæ, Cilices, arabes, Vmbri, Thuſci, & multi alij populi auguria ſequuti ſunt. Lacedæmonij etiam regibus ſuis augurem aſſeſſorem dederunt, & publico intereſſe conſilio voluere. Erat & apud Romanos augurum collegium: huic arti fidem fecerunt, Augurũ qui docuerũt a cœleſtibus corporibus, quædam præſa- collegiũ giorũ lumina, ſuper animãtia quæq; in hæc inferiora Romæ. deſcẽdere, velut ſigna quædam in eorũ motu, ſitu, geſtu, inceſſu, volatu, voce, cibo, colore, opere, euentu cõſtituta: quib⁹ tanquã inſita quadam vi occulta, ac tacito quodã cõſenſu, cũ cœleſtibus corporibus, quorum viribus afficiũtur, ſic cõueniãt, vt poſſint omnia hæc præſagire, quæcũq; cœleſtia corpora cogitarũt facere: ex quo pater hanc diuinationem non niſi coniecturas ſequi, partim a ſyderũ (vt aiunt) influẽtijs, partim a parabolicis quibuſdam ſimilitudinibus ſumptas, quibus nihil eſt fallacius: quare rident eam Panæti⁹, & Carneades, Cicero, Chryſippus, Diogenes, Antipater, Ioſephus, & Philo. Dãnant Lex & Eccleſia: atq; huiuſmodi ſunt illa chaldæorum, Aegyptiorumq; myſteria, quę quondã Hetruſci, deinde Romani, & hodie adhuc ſuperſtitioſum hominũ vulgus, velut oracula, adorat. ❡ Ex eodẽ Specula fundamẽto prodit SPECVLATORIA, quæ ful toria. mina & fulgura, cæteraſq; elemẽtorum impræſſiones, inſuper oſtenta, portenta, prodigia interpretatur, non tamen alia via quam coniecturæ & ſimilitudinis, quã equidẽ plurimũ errare manifeſtũ eſt, quod hæc omnia naturalia opera ſunt, nõ pronoſtica. Accedit ONEI- Somnis ROCRITICA, quæ eſt ſomniorum interpretatio, picia. quorum interpretes proprie coniectores vocãtur, quẽ admodum canit Euripides:

Qui bene coniectat, is vates optimus eſto.

Cui artificio etiam & quidẽ magni Philoſophi haud parum tribuerunt, præcipue Democrit⁹, ariſtoteles, & eius ſectator Themiſtius, atq; Syneſius Platonicus, ſic innitẽtes exẽplis illis ſomniorũ, quæ caſus aliquis vera

ſecit,vt inde nihil fruſtra ſomniari ſuadere conētur. Dicunt enim quod quemadmodum cœleſtes influxus, in corporali materia formas producāt diuerſas,ſic ex eiſdem influxib⁹ in potētia phantaſtica quę organica eſt, phātaſmata imprimi cœleſti diſpoſitione,effectus cuipiā producendi cōſentanea,maxime vero inſomnijs, quia animus tunc a corporeis exteriſq; curis relaxat⁹, liberius,diuinos illos ſuſcipit influx⁹,vnde multa dormiētibus in ſomnijs innoteſcunt, quę latent vigilātes:

Cōtrouerſiæ de ſomniorum cauſis.

Hac itaq; potiſſimū ratiōe,ipſis ſomnijs veritatis opinionē cōciliare nituntur. De cauſis tamen ſomniorum tam intrinſecis quā extrinſecis non omnes in vnā ſententiā conueniūt:nam Platonici illas referūt ī ſpecies, & nationes animæ concretas: Auicenna in intelligentiā vltimā,mouentē Lunam medio illius luminis, quo irradiatur phantaſia hominū,dum dormiūt: Ariſtoteles refert in ſenſum cōmunē,ſed phantaſticum: Auerrois in imaginatiuam:Democritus in idola a reb⁹ deciſa: Albertus in influxum ſuperiorū,medijs tamē quibuſdam ſpeciebus,quæ cōtinuo defluūt a Cœlo: Medici in vapores & humores hæc referūt: alij in affect⁹ & curas vigiliæ:aliqui arabes in potentiam intellectualē: alij dicunt a potentijs animæ, & influxu Cœli, & ſimulachris ſimul dependere: Aſtrologi illa a ſuis conſtellationib⁹ cauſari volunt:alij cauſas illorum in ærē circūdātē penetrātemq; referunt.

Sōniorū interpretes.

Scripſerunt præterea de ſomniorum interpretatione Daldianus & arthemidorus, & circumferuntur libri ſub Abrahami nomine, quem Philo in libris de Gigantibus, & de ciuili vita aſſerit Somniorum ſolutiones primū adinueniſſe: & alij ſub Salomonis & Danielis nominibus in hanc rē cōfičti,in quibus de ſomnijs nihil niſi mera ſomnia tradūtur. Sed ipſe Marcus Tullius in ſuis diuinationū libris aduerſus hanc vanitatem,eorumq; ſtultitiam, qui ſomnijs fidē habēt,validiſſimis rationib⁹ diſputat,quas hic enumerare omitto.

Furētiū Vaticinia.

Sed, quod fere præterieram, iſtis ſomniatoribus eos etiam adnumeremus, qui furentiū

Vaticiniſs diuinitatis fidem præbẽt, eoſq; qui & præſentium notitiam, & preteritorũ memoriam, omneq; humanum ſenſum perdiderunt, diuinam futurorum præſcientiam aſſequutos putant & quę ſapiẽtes vigilãteſq; neſciunt, videre inſanos & dormientes, ac ſi illis plus q̃ ſanis vigilãtibus, intelligẽtib⁹ & præmeditãtibus Deus ſit propinquior: infelices profecto homines, qui his vanitatibus credunt, illiſq; impoſturis obediunt, qui huiuſmodi paſcũt artifices, illorumq; vẽtri, ingenia ſua, ſuãq; fidem ſubmittunt. Quid nanq; aliud putabimus furorẽ, quam alienationẽ humani animi ab ipſis malis dæmonibus exagitati, aut per aſtra, aut per inferiora ĩſtrumẽta ab immundis ſpiritibus deducta? quod ita expreſſiſſe videtur Lucanus dum inducit aruum Thuſcum Vatẽ.

Fulminis edoctum motus venaſq; calentes,
Fibrarum & motus errantis in aere pennæ,

Poſt luſtratam Vrbem, poſt mactatam victimam, poſt inſpecta exta, tandem figulum in hæc verba protuliſſe ſententiam

Quod cladis genus o ſuperi, qua peſte paratis
Seuitiam, extremi multorum tempus in vnum
Conuenere dies, ſummo ſi frigida Cœlo
Stella nocens nigros Saturni accenderet ignes,
Deucalionos fudiſſet aquarius imbres,
Totaq; diffuſo latuiſſet in æquore Telus,
Si ſæuum radiſs Nemæum Phœbe Leonem
Nunc premeres, toto fluerent incendia Mundo:
Succenſuſq; tuis flagraſſet curribus aether
Hi ceſſant ignes, tu qui flagrante minacem
Scorpion incendis cauda, chelaſque peruris
Qui tantum Gradiue paras? nam mitis in alto
Iupiter occaſu præmitur, Veneriſq; ſalubre
Sydus hebet, motuq; celer Cyllenius hæret
Et Cœlum Mars ſolus habet, cum ſigna meatus
Deſeruere ſuos, Mundoq; obſcura feruntur.
Enſiferi nimium fulget latus Orionis
Imminet armorum rabies ferriq; poteſtas,

Confundet ius omne manu ſceleriq; nefando,
Nomen erit virtus, multoſq; exibit in annos.

Omnia itaq; hęc diuinationum artificia, in ipſa Aſtrologia ſuas radices & fundamenta habẽt: Nam ſiue corpus, vultus, manus, inſpecta ſunt, ſiue ſomnium, ſiue prodigium viſum ſit, ſiue auſpiciũ, ſiue furor afflauerit. Cœli figuram erigendam cõſulunt, ex cuius indicijs vna cũ ſimilitudinum ſignorunq; coniecturis, ſignificatorũ venantur opiniones, ita diuinationes omnes Aſtrologiæ artem vſunq; ſibi depoſcunt, vt hãc veluti clauẽ ad oĩm arcanorum notitiam neceſſariã fateantur. Quare om̃es hæ diuinationum artes, quantum abſint a veritate, palã ſeſe offerunt, ex eo quod principijs vtantur tam manifeſte falſis, ac poetica temeritate confictis, quæ cũ nec ſũt, nec fuerunt, nec erunt vnquam, tamẽ cauſas & ſigna eorum eſſe volunt, quæ ſunt rerum euentus, cõtra apertã veritatem in illa referentes. ¶Exigit etiam hic locus vt de MAGIA dicamus: nam & ipſa cum Aſtrologia ſic cõiuncta atq; cognata eſt, vt qui Magiã ſine Aſtrologia profiteatur, is nihil agat, ſed tota aberret via: Suidas, Magiem a Maguſeis, & nomen, & originem traxiſſe putat: Cõmunis opinio eſt, nomẽ eſſe Perſicũ, cui adſtipulãtur Porphyrius & Apuleius, & ſignificare eorũ lingua, idẽ quod Sacerdotem, Sapientem, ſiue Philoſophum. Magia itaq; omnem Philoſophiam, Phyſicã, & Mathematicã complexa, etiam vires religionũ illis adiungit: Hinc & Goetiam, & Theurgiam in ſe quoq; cõtinet: Qua de cauſa Magiam plærique bifariam diuidunt, in naturalem videlicet & ceremonialem.

Magia

¶NATVRALEM MAGIAM, non aliud putant quam naturalium ſcientiarum ſummam poteſtatem, quam iccirco ſummum Philoſophiæ naturalis apicem eiuſque abſolutiſſimam conſummationem vocant, & que ſit actiua portio Philoſophiæ naturalis, quæ naturalium virtutum adminiculo, ex mutua earum & oportuna applicatione opera edit, ſupra omnẽ admirationis captum, qua magia Aethiopes maxime

Magia naturalis.

& Indi vtebantur, vbi herbarum & lapidum ceterorũque ad id ſpectantium facultas ſuppetebant. Eius meminiſſe volũt Hyeronymũ ad Paulinum, vbi ait, Apponiũ Tyanæum fuiſſe Magum ſeu Philoſophum, vt Pythagorici: Eius etiam generis fuiſſe Magos, qui Chriſtum natũ munerib⁹ inuiſentes adorauerũt, quos Euãgeliorum interpretes exponunt Chaldeorum Philoſophos: Quales fuere Hiarchas apud Brachmanas, Theſpion apud Gymnoſophiſtas, Budda apud Babylonios, Numa Põpili⁹ apud Romãos, zamolxides apud Thrachas. Abbaris apud Hyperboreos, Hermes apud Aegyptios zoroaſtes Oromaſi filius apud Perſas: Nã Indi & Aethiopes, & Chaldæi & Perſæ hac maxime prçcelluere Magia. Qua iccirco (vt narrat Plato ĩ Alcibiade) imbuuntur Perſarum regum filij, vt ad mundanæ Reipu. imaginem, ſuã & ipſi Rempub. adminiſtrare diſtribuereq; condiſcant: & Cicero in diuinationum libris ait, neminem apud Perſas regno potiri, qui prius Magiã non didicerit: Magia itaq; naturalis, ea eſt quæ rerum omnium naturalium atq; cœleſtium vires cõtemplata, earũdenq; ſympathiam curioſa indagine ſcrutata, recõditas, ac latentes in natura poteſtates, ita in apertũ producit, inferiora ſuperiorum dotibus, tanq̃ quaſdã illecebras ſic copulas per eorum mutuam applicatiocem adinuicem, vt exinde ſtupenda ſæpe conſurgãt miracula, nõ tam arte q̃ natura cui ſe ars iſta miniſtram exhibet hæc operante: Nam magi, vt naturæ accuſatiſſimi exploratores, cõducentes ea quę a natura præparata ſũt, applicando actiua paſſiuis, ſępiſſime ante temp⁹ a natura ordinatum, effectus producunt, quæ vulgus putat miracula, cum tamen naturalia opera ſint, interueniẽte ſola temporis pręuentione: vt ſi quis in menſe Martio roſas pducat, & maturas vuas, aut ſatas fabas, vel petroſelinũ intra paucas horas excreſcere faciat in perfectã plãtam, & iſs maiora: vt nubes, pluuias, tonitrua, & diuerſorum generum animalia, & rerum trãſmutationes q̃ plurimas, cuiuſmodi multas feciſſe iactat Rogerius

Bacō pura & naturali magia. Scripſerunt de illius ope-
ribus, zoroaſtes, Hermes, Euātes rex Arabū, zacharias
Babylonius, Ioſeph Hebręus, Boc⁹, Aaron, zenotenus,
Kirannides, Almadal, Thetel, Alchindus, abel, Ptole-
mę⁹, Geber, zahel, Nazabarus, Tebith, Berith, Salomō
Aſtaphon, Hipparchus, alcmeon, apollonius, Trvphō,
& plærique alij, quorū aliqua opera adhuc ītegra, & plæ
raque fragmenta adhuc extāt, & ad manus meas aliquā-
do peruenerunt. Ex recentioribus vero ſcripſerūt in na
turali Magia pauci, & illi quidem pauca, vt albertus, ar-
noldus de Villa Noua, Raymundus Lullius, Bacon, &
appon⁹, & auctor libri ad alfonſum ſub picatricis noīe
editus, qui tamen vna cū naturali Magia, plurimum ſu-
perſtitionis admiſcet, quod quidem fecerunt & alij.

Magia mathemathicalis. ¶ Sunt præterea alij naturę ſagaciſſimi æmulatores in-
quiſitoreſque audaciſſimi, qui abſque naturalib⁹ virtutibus
ex ſolis Mathematicis diſciplinis, adſcitis Cœlorum in-
fluxibus, ſeſe naturæ operum ſimilia producere poſſe
pollicent̄: vt corpora euntia vel loquētia, quæ tamē nō
(Colūba Architę) habeant virtutes animales, qualis fuit Columba archite
lignea, quæ volabat: & ſtatuæ Mercurij, quæ loqueban-
tur: & caput æneum ab alberto Magno fabricatū, quod
locutum perhibent, Excelluit in iſtis Boetius vir maxi-
(Boetij magię mathematicę peritia,) mi ingenij, & multiplicis eruditiōis, ad quē de iſtiuſmo
diſcribēs Caſſiodorus, Tibi, inquit, ardua cognoſcere
& miracula monſtrare propoſitū eſt, tuæ artis ingenio
metalla mugiunt, Diomedes in ære grauius buccinatur,
(Plato.) æneus anguis inſibilat, aues ſimulatę ſunt, & quæ vocē
propriam neſciunt habere, dulcedinem cātilenę proba
tur emittere, parua de illo referim⁹, cui Cœlum imitari
fas eſt. De iſtis puto artificijs dictū eſt quod apud Pla
tonē legimus in vndecimo de legibus: ars data eſt mor
talibus, qua res poſteriores quaſdem generarēt, nō qui
dem veritatis & diuinitatis participes, ſed ſimulachra
q̄dam ſibiipſis cognata deducerent, atque eo vſque pro
greſſi ſunt magi, homines audaciſſimi, omnia perpe
trare, fauente maxime antiquo illo & valido ſerpente

ſcientiarum pollicitatore, vt ſimiles illi tanꝗ ſimiæ, Deũ & naturam ęmulari conarentur. ¶ Eſt præterea naturalis Magię ſpecies, quã VENEFICAM ſiue pharmaciam vocant, quę poculis, philtris, varijſq́ veneficiorum medicamentis perficitur, cuiuſmodi Democritus confeciſſe legitur, quo boni, felices, fortunatiq́ filij gignatur, & aliud quo auium voces rite intelligamus, ſicut de Apollonio narrãt Philoſtratus atq́ Porphyrius: Vergilius etiã de quibuſdã herbis põticis loquutꝰ, dixit: Magia venefica.

His ego ſępe lupum fieri, & ſe condere ſyluis
Merim, ſæpe animas imis exire ſepulchris
Atq́ ſatas alio vidi traducere meſſes.

¶ Et Plinius narrat quendam Demarchum Parrhaſiũ in ſacrificio, quod archades Ioui Lycæo humana hoſtia faciebãt, immolati pueri exta degluta ſſe, & in lupum ſe cõuertiſſe, propter quam hominum in lupos immutationem, putat Auguſtinus Pani Lycæo & Ioui Lycæo nomẽ eſſe impoſitum: narrat idem Auguſtinus dum eſſet in Italia, quaſdam fœminas magas, Circes inſtar, dato viatoribus veneficio in caſeo, eos in iumenta vertiſſe, cunq́ portaſſent quę placuiſſent onera, rurſus in homines reſtituiſſe, idq́ patri cuidam Preſtantij tunc accidiſſe. Sed & ſi quis hęc putet omnino deliramenta eſſe, & impoſſibilia, is recordetur, quomodo ſacræ literæ narrant, Nabuchodonoſor regem mutatum in bouẽ, & ſeptem annis fœno vixiſſe, tãdem Dei miſericordia in hominẽ redijſſe, cuius corpus poſt mortẽ, illius filius Emilmeradach in eſcam dedit vulturibus, ne quãdo reſurgeret a mortuis, qui iam de beſtia redierat in hominẽ: & eiuſmodi plura de Magis Pharaonis narrat Exodꝰ: Verũ de iſs ſiue Magis, ſiue Veneficijs loquitr̃ Sapiẽs dũ dicit: Exhorruiſti illos deus, quia horribilia opera tibi faciebant per medicamina. Illud præterea vos ſcire volo, non ſolum naturalia ſcrutari hos Magos, verumetiam ea, quæ naturam comitantur ac quodammodo exeũt, Dañ. 4. Exod. 7 Sap. 12

Magia preter naturā.

vt mot⁹, numeros, figuras, ſonos. voces, cōcentus, lumina, & animi affectus, atq; verba. Sic Pſyllij & Marſi cōuocabant ſerpentes, alij alijs deprimentes fugabant, ſic Orphe⁹ Argonautarū tempeſtatem, hymno cōpeſcuit, & Homerus narrat Vlyſſi ſanguinē verbis reſtrictū, & in lege duodecim tabularum, ijs qui meſſes excātaſſent pœna conſtituta eſt, vt non dubium ſit Magos etiā ſolis verbis & affectibus, aliiſq; ſimilibus nō in ſeipſos modo, ſed etiam in res extraneas ſępe mirum aliquē pducere effectū, quæ omnia non ſecus vim inſitā in res alias pfūdere, illaſq; ad ſe trahere, vel abs ſe repellere, ſeu alio quouis modo afficere putant, q̄ magnes ferrum, & ſuccinū paleas trahunt, ſiue adamas & allium magnetem ligant, ſicq; per hanc rerum gradariam ac cōcatenatam ſibi ſympathiam, non ſolū dona naturalia & cœleſtia, ſed etiam intellectualis & diuina. Iamblichus, Proclus, atq; Syneſi⁹ ex Magorum ſententia deſuper ſuſcipi poſſe cōfirmāt, quod Procl⁹ inde ſacrificio & Magia fatetur, ſcilicet per huiuſmodi rerū conſenſum Magos etiā numina euocare ſolitos. Ad tantam enim quidem eorū deuoluti ſunt inſaniam, vt ex diuerſis ſtellarum cōſtellationibus, per temporum interualla, & quadā proportionū ratione rite obſeruatis conſtructam imaginem cœlitū nutu vitæ intellectuſq; ſpiritum accepturam putent, quo conſulentibus illam, reſpondeat, & occulte veritatis arcana reuellet. Hinc patet hanc naturalā Magiā nōnunq̄ in Goetiam & Theurgiam reclinatā, ſæpiſſime malorum dæmonum vaframentis erroribuſq; obretiri,

¶ Ceremonialis aūt Magiæ ptes ſunt, Goetia atq; Theurgia. Goetia immundorū ſpirituum commercijs inauſpicata, nefariæ curioſitatis ritibus, illicitis carminibus, & deprecamentis cōcinnata, omniū legum placitis eſt exterminata & execrata. Huius generis ſunt, quos Necromanticos, & Maleficos hodie nuncupamus,

Goetia & Necromantia.

Gens inuiſa Deis maculandi callida Cœli,
Quas genuit Natura mali, qui ſydera Mundi
Iuraq; fixarum poſſunt peruertere rerum.

Nam nũc ſtare polos & flumina mittere norunt,
Aethera ſub terras adigunt monteſq; reuellunt.

¶ Hi ſunt ergo qui defunctorũ inclamãt animas, & illi quos veteres dicebãt Epodos, qui excãtãt pueros, & in eloquiũ oraculi eliciunt, & qui Dæmones Paredros circunferunt, quale quiddam de Socate legimus, & qui, vt dicitur, ſpiritus paſcũt in vitro, per quos ſe prophetare mentiuntur. Et hi omnes bifariam procedunt: Nam alij dæmones malos, virtute quadam maxime diuinorũ nominum adiuratos, aduocare & cogere ſtudẽt: quippe cũ omnis creatura timet, & reuerctur nomen illius qui fecit eam, non mirum ſi Goetici & quiq; etiã infideles pagani, Iudęis, Saraceni, & cuiuſcũq; pphani collegij, ſiue ſecte homines, diuini nominis inuocatiõe dęmones aſtringant. Alii autem nefandiſſimi, deteſtando & omnibus ignibus plectendo, ſcelere ſe dęmonibus ſubmittentes illis ſacrificant, & adorant idolatrię & viliſſimæ deiectiones rei effecti ſunt, quibus criminib⁹, & ſi priores nõ ſunt obnoxij, tamẽ manifeſtis periculis ſe exponũt: Nam etiam coacti dęmones inuigilãt, ſemper quo errãtes nos decipiant: Ex horum vero Goeticorum Anagyri, profluxerũt omnes iſti tenebrarum libri, quos improbatæ lectionis Vlpian⁹ Iuriſcõſult⁹ appellat, protinuſq; corrumpendos eſſe ſtatuit: Cuiuſmodi primus excogitaſſe dicitur zabulus quidam illicitis artibus deditus: deinde Barnabas quidam Cypri⁹: & hodie adhuc cõfictis titulis circunferuntur libri ſub nomibus, Adæ, Abelis, Enoch, Abrahę, Salomonis, Itẽ Pauli, Honorij, Cypriani, Alberti, Thomę, Hieronvmi, & Eboracẽſis cuiuſdã, quorũ nugas ſtulte ſequuti ſunt Alphõſus Rex Caſtellæ Robert⁹ Anglicus, Bacon, & Apponus, & plęriq; alij deplorati ingenii homines. Pręterea, non homines modo, & ſãctos, & Patriarchas & Angelos Dei tam execrabilium dogmatum fecerũt auctores, ſed & libros a Raziele, & Raphaele, Adami, & Thobię angelis traditos oſtẽtant: qui libri tamen acutius inſpicienti, ſuorum pręceptorum canonem, rituum cõſuetudinem, verborum &

Geotici diuerſi generis.

Geotiæ ſcriptores.

Geotiæ librorũ falſi tituli.

characterum gen⁹, extructionis ordinē, inſulſam phraſim, aperte ſeſe produnt, non niſi meras nugas ac impoſturas cōtinere, ac poſterioribus temporibus, ab omnis antiquæ Magiæ ignaris perditiſſimis perditionum artificibus, eſſe cōflatos ex prophanis quibuſdam obſeruationibus, noſtrę religionis ceremoniis pmixtis, inſitiſq; ignotis multis nominibus, & ſignaculis, vt perterreant rudes & ſimplices, & ſtupori ſint īſenſatis, & his qui neſciunt bonas literas: Neq; tamē propterea pater has artes fabulas eſſe: nam niſi reuera eſſent, atq; per illas multa mira ac noxia fierent, non tam arcte de illis ſtatuiſſēt diuinę & humanę leges, eas exterminandas eſſe de terra. Cur autem Goetici iſti ſolis malis vtantur Dæmonib⁹, ea ratio eſt, quia boni Angeli difficille cōparēt, quia Dei iuſſum expectant, nec niſi mūdis corde, & vita ſāctis hominibus congrediuntur: mali autem faciles ſe exhibent ad inuocandum, falſo fauentes, & diuinitatem mētiētes, ſēper p̄ſto, vt aſtu ſuo decipiāt, vt venerērur, vt adorentur: Et quia mulieres ſecretorum auidiores ſunt, ac minus cautę, atq; in ſuperſtitionem procliues, faciliuſq; illuduntur, ideo illis ſe prebent faciliores, faciuntq; ingētia prodigia: Cuiuſmodi de Circe, de Medea & aliis canunt Poetæ, teſtantur Cicero, Plinius, Seneca, Auguſtinus, & multi alii tum Philoſophi, tum Catholici doctores & Hiſtorici: Ipſe etiam ſacræ literæ: nam in libris Regum legimus Phytoniſſam mulierem, quæ erat in Endor euocaſſe animam Samuelis Prophetę: licet plęriq; interpretentur nō fuiſſe animam Prophetę, ſed malignum ſpiritum, qui illius ſumpſerit imaginem: Tamē Hebręorum magiſtri dicunt, quod etiam Auguſtinus ad Simplicianum fieri potuiſſe nō negat: quia fuerit verus ſpiritus Samuelis, qui ante completum annū a diceſſu ex corpore facile euocari potuit, prout docent Goetici: Quin etiam Magi & Necromantici, illud naturalibus quibuſdam viribus, ab vinculis fieri poſſe autumant, ſicut nos in libris noſtris de occulta Philoſophia tractamus. Ideoq; antiqui patres, rerū ſpiritua-

Goetia & Necromantia nou ſunt fabulæ.

Mulieres ad Goetiā, pcliuiores viris

Reg. 28

lium periti, non ſine cauſa ordinauerunt, vt corpora mortuorum ſepelirẽtur in loco ſacro, & luminibus ſocientur, aqua benedicta aſpergãtur, thure & incẽſo ſuffumigentur: & expientur orationib⁹, quouſq; ſuper terram extiterint: Nam, vt aiunt magiſtri Hebræorum, omne corp⁹ noſtrum & carnale animal, & quicquid in nobis ſuper materia carnis male diſpoſita innititur, relinquitur in cibum ſerpenti, & vt ipſi vocant, Azazeli, qui eſt dominus carnis & ſanguinis, & princeps huius Mundi, & vocatur in Leuitico princeps deſertorũ, cui dictum eſt in Geneſi, terram comedes omnibus diebus vitæ tuæ. Et in Eſaia, Puluis panis tuus, hoc eſt, corpus noſtrum creatum ex puluere terræ, q̃diu non fuerit ſanctificatum, & tranſmutatum in melius, vt non amplius ſerpentis, ſed Dei fit effectum, videlicet ex carnali ſpirituale iuxta verbum Pauli dicentis, Seminatur quod animale eſt, & reſurget quod ſpirituale eſt, Et alibi: Omnes quidem reſurgent, ſed non omnes immutabuntur: quia multi remenſuri ſunt in perpetuum cibum ſerpentis: Hanc itaq; turpem & horridam carnis materiam, ac ſerpentis cibum morte deponimus, illam aliquando in meliorem ſortem, & ſpiritualem tranſmutatam reaſſumpturi, quod erit in reſurectione mortuorum: Et iam factum eſt in hiis, qui primitias reſurrectionis deguſtarũt, & multi hocipſum virtute deifici ſpiritus in hac vita conſequuti ſunt, vt Enoch & Helias & Moſes, quorum corpora tranſmutata in naturam ſpiritualem, non viderunt corruptionem, nec ſicut cætera cadauera poteſtati ſerpentis relicta ſunt. Atq; hæc eſt illa diſceptatio diaboli cum Michaele de corpore Moſi, cuius meminit in epiſtola ſua Iudas. Sed de Goetia & Necromantia hæc ſatis.

[Margin: Corpora mortuorum cur in loco ſacro ſepeliẽda & luſtrãda. — Gen. 3. — Eſa. 65. — 1 Co. 15. — 1 Co. 15.]

¶ THEVRGIAM vero plæriq; putãt haud illicitã, quaſi hæc bonis angelis diuinoq; numine regatur, cũ ſæpiſſime tñ ſub Dei & angelorũ nominibus malis dęmonũ fallaciis obſtringatur: nõ ſolũ ſiquidẽ naturalib⁹ viribꝰ, ſed etiã certis ritib⁹ & ceremoniis, cœleſtes & pillas

[Margin: THEVRGIA.]

diuinas virtutes nobis cōciliamꝰ & attrahimus: de qui-
bus multis regulis antiqui Magi æditis voluminibus per
tractāt. Omnium autem ceremoniarum pars maxima,
in munditia ſeruanda cōſiſtit: Primum quidem animi,
deinde etiam corporis, & eorum quę circa corpus ſunt,
vt in cutę, in veſtibꝰ, in habitaculis, in vaſis, in vtēſilibꝰ,
oblationibus, hoſtiis, ſacrificiis, quorū mūditia ad diui-
norum cōſuetudinem & cōtuitum diſponit, & in ſacris
ſummopere efflagitatur, iuxta verba Eſaię: Lauamini
Eſa. 1. & mundi eſtote, & auferte malam cogitationum veſtra-
rum, immūditia vero quia aerem frequēter & hominē
inficit, mundiſſimū illum cœleſtium & diuinorum influ-
xum diſturbat: & mundos Dei ſpiritus fugat: Verum
nōnunq̄ immundi ſpiritus, & deceptrices poteſtates vt
venerentur & adorentur pro Dijs, etiam hanc mūditiā
exquirūt: ideo hic maxima opus eſt cautela, de quibꝰ la-
te in libris noſtris de occulta Philoſophia diſſeruimus:
Verū de hac Theurgia ſiue diuinorū magia, plura diſ-
putās Porphyris, tandem concludit Theurgicis conſe-
crationibus poſſe quidem animam hominis idoneā red-
di ad ſuſceptionem ſpirituum, & Angelorum, ad viden-
dos deos: reditum vero ad Deū, hac arte pręſtari poſſe
inficiatur omnino. Eius itaq; ſcholæ ſunt, ars Almadel,
ars Notaria, ars Paulina, ars Reuelationū, & eiuſmodi
ſuperſtitionū plura, quæ eo ipſo ſunt pernicioſiora, quo
apparēt imperitis diuiniora. ¶ Verum occurrūt hic mi-
Cabala. hi verba Plinij: qui, eſt & alia inqt Magicæ factio a Mo-
ſe etiamnum & Latopea Iudęis pendēs: Quę verba me
de Cabala Iudęorum commonefaciunt, quam in mōte
Sinai a Deo ipſo Moſi datā penes Hebręos conſtās opi-
nio eſt, ac deinceps per ſucceſſionum gradus, citra litera-
rum monumenta, vſq; in Eſdræ tēpora poſterioribus ſo-
la uiua voce tradita, quemadmodū Pythagorica dogma-
ta olim ab Archippo & Lyſiade, qui in Gręcia Thebis
ſcholas habuere tradebantur, in quibꝰ diſcipuli memo-
riter doctorum pręcepta tenentes, ingenio & memoria
pro libris vtebātur: Sic & Iudęi quidā literas aſpernati,

inmemoria, & obſeruatione, ac vocali traditione hanc collocarunt, vnde Cabala ab Hebręis, quaſi ſolo auditu vnius ab altero receptio nũcupata eſt: ars, vt fertur, per-uetuſta, nomen autem nõ niſi recẽtibus temporib⁹ apud Chriſtianos cognitum: eius vero duplicem tradũt ſcientiam, vnam de Breſith, quam & Coſmologiam vocãt, videlicet rerum creatarum, naturalium, & cœleſtiũ vires explicantẽ, & Legis Bibliorumq; arcana Philoſophicis rationibus exponentem: quę profecto hac ratione nihil differt a Magia naturali, ĩ qua Solomonem Regem præſtitiſſe credimus. Legitur nanq; in ſacris Hebræorum hiſtoriis, illum diſputare ſolitum a cedro libani, vſq; ad hyſopum: Item de iumentis, voluctibus, reptilibus, & piſcibus, quæ omnia magicas quaſdam naturę vires prę ſe ferre poſſunt: ipſe quoq; iter poſteriores Moſes Aegyptius in expoſitiõibus ſuis ſuper Pentateuchum, & plures Thalmudiſtæ hãc inſequuti ſunt: alteram vero eius ſcientiam vocãt de Mercana, quę eſt de ſublimiorib⁹ diuinarum, angelicarũq; virtutum, ac ſacrorum nominũ & ſignaculorum cõtemplationibus, quædam quaſi ſymbolica Theologia, in qua literæ, numeri, figurę, res, & nomina, & elementorum apices, ac linæ, pũcta, & accẽtus, Omnia ſunt profundiſſimarum rerum, & magnorũ arcanorum ſignificatiua. Hãc rurſus bifariam ſecant, in Arithmãtiam videlicet, quę Notaria conuocatur, de angelicis virtutibus, nominibus, ſignaculiſq;, etiam Dęmonum ac animarum conditionibus tractãs: atq; in Theomantiam, quę diuinæ maieſtatis myſteria, emanatiões, ſacraq; nomina & pentacula ſcrutatur, quam qui norit, hunc aiunt admirãdis pollere virtutibus, ita quod dum velit, futura omnia pręſciat, toti naturæ imperet, in Dæmones & Angelos ius habeat, & miracula faciat. Hac putãt Moſen tot ſigna edidiſſe, virgam ĩ colubrũ, aquas in ſanguinẽ vertiſſe, ranas, muſcas, pedicolos, locuſtas, bruchos, ignem cũ grãdine, veſicas, & tabes Aegyptiis immiſiſſe, primogenitum omne ab homine vſq; ad pec⁹ interemiſſe, ſuoſq; deducentem, mare aperuiſſe, fontem

Cabalæ duplex ſcientia.

3, Reg. 4

de petra, coturnices de Cœlo produxiſſe, aquas amaras dulcoraſſe, fulgura & nubes per diem, columnam ignis per noctem ſuis pręmiſiſſe, vocem Dei viuentis a populum e Cœlis deuocaſſe, arrogantes igne, murmurantes lepra percuſſiſſe, male merentes ſubita ſtrage, alios terræ hiatu abſorptos affeciſſe, populum cœleſti cibo pauiſſe, ſerpētes placaſſe, venenatos curaſſe, numeroſam turbam ab infirmitate, veſtes eorum a corroſione cōſeruaſſe, & hoſtium victricem reddidiſſe. Hac deniq; miraculorū arte & Ioſue ſtare Solem pręcepiſſe, Heliam ignē in aduerſarios e cœlo deuocaſſe: puerum mortuum vitę reſtituiſſe: Danielem leonum ora perſtrinxiſſe: tres pueros in camino æſtuantes, incēdii carmine luſiſſe. Porro hac arte aſtruūt perfidi Iudęi, etiam Chriſtum tam admirāda ſępe feciſſe, Solomonem quoq; hāc percalluiſſe, atq; ex ea artem conrra Dæmones eorundēq; vincula, & cōiurationū modos, ac contra morbos excantamēta tradidiſſe, vt auctor eſt Ioſephus. Verū ego Deum Moſi cęteriſq; Prophetis multa quæ cōtinerentur ſub cortice verborū legis, prophano vulgo nō cōmunicanda myſteria retexiſſe, vt non dubito, ſic hanc quā iactant Hebræi Cabalę artē quam ego multo labore aliquādo ſcrutatus ſum, nō niſi meram ſuperſtitionis rapſodiā, ac theurgicam quandam Magiā agnoſco. Quod ſi (quod Iudęi iactant) a Deo profecta ad vitę perfectionē, ad hominum ſalutem, ad Dei cultum, ad intelligentię veritatē conduceret, profecto Spiritus ille veritatis, qui repudiata ſynagoga, venit nos docere omnē veritatē, hanc vſq; in hæc poſtrema tempora, ſuam nō celaſſet Eccleſiam, quæ profecto omnia nouit quæ ſunt Dei, cui⁹ benedictio, baptiſm⁹, cæteraq; ſalutis ſacramēta reuelata, & perfecta ſunt in omni lingua. Vniuſcuiuſq; enim linguę par eſt & eadem virtus, modo par ſit & eadem pietas: nec eſt aliud nomen in cœlis, nec ī terra, in quo oporteat nos ſaluos fieri, & in quo operemur virtutem, præter vnum nomē Ieſu, in que recapitulantur, & cōtinentur omnia. Hic Iudęi in diuinis nominib⁹ peritiſſimi, parū aut nichil poſt

Ioſue. 10.
5. Reg. 17 & 18
Dañ. 6. & 3.
Cabalæ ars ſuperſtitioſa.
Luc. 13
Ioā 14. & 16.

Chriſtū operari poſſūt, ſicut priſci illorū patres, Quod autem experimur & videmus, huius artis (vt vocāt) reuolutionib⁹, ſæpe miras magnorum myſteriorum a ſacris literis extorqueri ſententias, totum hoc nihil aliud eſt, quā luſus quidam Allegoriarum, quas ocioſi homines in ſingulis literis, & punctis, & numeris occupati (quod hęc lingua, & ſcribēdi ritus facile patiūtur) pro eorū arbitrio fingunt atq; refingunt: quæ & ſi nonunquā magna ſonēt myſteria, nihil tamē ꝓbare, nec euincere queunt, quin iuxta verba Gregorij, eadē facilitate cōtēnere liceat, qua aſſeruntur. Cōfinxit ſimili artificio plæraq; Rabanus monachus, ſed Latinis characterib⁹ & verſibus, inſertis varijs imaginibus qui quaq; verſ⁹ lecti, per quælibet ſuperficiei ac imaginū lineamēta, ſacrum aliquod enūciant myſterium depictæ illic Hiſtorię repręſentātium: quæ etiam ex prophanis literis extor queri poſſe nemo ignorat, qui Valerię Probæ ex vergilijs carminib⁹ compoſitas de Chriſto cētones legerit: quę omnia, & eiuſmodi, ſunt ſpeculationes ocioſorum hominum, Quod autem ad miraculorū operationē attinet, neminē veſtrū puto tā ſtolidę ceruicis, qui de ijs credat aliquā haberi artē, vel ſciētiā. Eſt itaq; nihil aliud hæc Iudęorū cabalą, quā pernicioſiſſima quędā ſuperſtitio, qua verba, & noīa, & literas, ſparſim in ſcriptura poſitas, ꝑ arbitrio ſuo colligūt, diuidūt, trāſferūt, & alterū ex altero faciētes, ſoluūt mēbra veritatis, ſermōes, īductiōes, & parabolas hincīde ex ꝓprijs fictionib⁹ cōſtruētes, aptare illis volūt eloquia Dei, īfamātes Scripturas, & dicētes ſua figmenta ex illis conſtare, calumniātur legē Dei, & per inpudenter extortas ſuppuțationes dictionū, ſyllabarū, literarū, numerorū, tētant violētas & blaſphemas perfidię ſuę īferre probatiōes. Pręterea, ijs nugis inflati, ineffabilia Dei myſteria, & quę ſūt ſupra Scripturā arcana ſeſe īuenire, & ſcire iactāt: ꝑ quę etiā ꝓphetare, & virtutes, & miracula ſeſe perficere, ſine rubore, magnaq; audacia mētiri nō erubeſcūt, Sed accidit illis quod Cani Aeſopico, qui pane

relicto & in vmbrã eius inhiãte, perdidit eſca m, ſic per fidum hoc & duræ ceruicis hominum gen⁹, ſemper in vmbris Scripturæ occupatũ, & circa illas vanitates ſua artificioſa ſed ſuperſtitioſa Cabala impetũ faciẽs, amittit panem vitæ æternæ, & inanibus nominib⁹ de paſtũ perdit verbũ veritatis. Ex hoc Cabaliſticæ ſuperſtitionis Iudaico fermento, prodierunt puto Ophitæ, Gnoſtici, & valẽtiniani hæretici, qui ipſi quoq; cum diſcipulis ſuis Græcam quandam Cabalam cõmenti ſunt, oĩa Chriſtianę fidei myſteria peruertẽtes, & hæretica prauitate ad Græcas literas, & numeros protrahẽtes, exillis cõſtruentes corpus, quod vocant veritatis, docentes abſq; illis literarũ & numerorum myſterijs non poſſe in Euãgelicis literis inueniri veritatẽ, quia variæ ſunt, & alicubi ſibi repũgnãtes, plenaeq; Parabolis ſcriptæ, vt videntes nõ videant, & audientes non audiãt, & intelligẽtes nõ intelligant, ſed cæcis errantib⁹ iuxta ſuæ cæcitatis & erroris capacitatem propoſitas, latentem vero ſub illis ſynceram veritatem, ſolis perfectis, non perſcripta, ſed per viuæ vocis ſucceſſiuam pnũciationẽ eſſe creditam, atq; hãc eſſe illã Alphabetariã & Arithmanticam Theologiam, quam Chriſtus ſecreto manifeſtauit apoſtolis, & quã paul⁹ ſe loqui dicit nõ niſi inter pfectos. Cũ enim hęc altiſſima ſint myſteria, ideo, nec ſcripta eſſe, nec ſcribi, ſed in ſilentio ſeruari apud Sapiẽtes in abſcõdito, ſecum illa cuſtodientes. Sapiens aũt apud eos nemo, niſi qui maxima Hęreſeos mõſtra fabricare nouit. ¶ Sed redeamus ad Magiam, cui⁹ particula etiam eſt PRAESTIGIORVM artificiũ, hoc eſt, illuſionum, quæ ſecundum apparentiam tantum fiunt, quibus Magi Phantaſmata edũt, multaq; miracula circulatorijs fraudib⁹ ludũt, & ſomnia immittunt, quod non tam Goeticis incantamẽtis, & imprecationibus Dæmonũq; fallacijs, quã etiam certis fumigiorum vaporib⁹, luminibus, philtris, collirijs, alligationib⁹ & ſuſpẽſionib⁹. Præterea, annulis, imaginib⁹, ſpeculis, ſimilibuſq; Magicæ artis pharmacijs, & ĩſtrumẽtis,

Ex cabala hęreſes ortæ.

Mat. 17. & Mar. 9. 1. Cor. 20

Præſtigia.

naturali cœleſtiꝗ́ virtute perpetratur: multa & manuũ prõpta ſubtilitate & induſtria fiunt: cuiuſmodi ab Hiſtrionib⁹ & Ioculatoribus quotidie fieri videm⁹: quos iccirco Cheiroſophos, hoc eſt, manu ſapiẽtes appellam⁹. Extãt de hoc artificio libri prę́ſtigiorũ Hermetis & quorundam aliorũ: Legimus quoq; Paſetem quendam præſtigiatorem refertiſſimum conuiuiũ hoſpitibus mõſtrare ſolitum, idq; cum libuit, rurſum euanuiſſe, diſcũbentib⁹ omnib⁹ fame ac ſiti eluſis: Numam Pompiliũ etiam iſtiuſmodi pręſtigijs vſum legimus: Sed & doctiſſimum Pythagoram id ridiculum aliquando factitaſſe, vt quæ collibuiſſet, ſanguine pſcriberet in ſpeculo, quo ad pleni luminis Lunę orbẽ, obuerſo ſtãti a tergo, res exaratas in diſco Lunæ cõmõſtraſſet. Huc ſpectat etiã, quicquid de hominũ transformationib⁹ legitur decantatum a pœtis, creditũ ab Hiſtoricis, & a nõnullis chriſtianis Theologis, iſuper a ſacris literis adſertũ: Sic apparẽt homines aſini vel equi, vel alia animalia oculis faſcinatis, aut perturbato medio, idq; arte naturali: nõ nũquã etiã hęc fiunt a bonis & malis ſpiritibus, ſeu ad bonorum preces ab ipſo Deo: ſicut in ſacris literis legim⁹, de Heliſæo propheta obſeſſo ab exercitu Regis Syriæ vallãtis Dothaim: verũ puris & apertis a Deo oculis iſta nõ poſſunt illudere: ſic mulier illa quæ a vulgo iumẽtum iudicabatur, Hilarioni non iumẽtum, ſed quod erat mulier videbatur. Ea igitur quæ hoc modo ſecundum apparentiam fiunt, preſtigia dicuntur: quæ autem fiunt arte permutantium, aut tranſferentia, vt de Nabuchodonoſor, aut meſſibus ad alios agros traductis, de his dixim⁹ ſuperi⁹: Verum de hac præſtigiorum arte ſic ait Iamblichus: Quę præſtigiati ſeu facinati imaginãtur, pręter imaginatiua, nullam habẽt actionis & eſſentiæ veritatem: eiuſmodi nanq; artificij finis eſt, nõ facere ſimpliciter, ſed vſq; ad apparentiã imaginamẽta porrigere, quorũ mox nullũ compareat veſtigiũ: Iam itaq; ex his quę dicta ſunt, patet nõ aliud eſſe Magiam quam cõplexum idolatriæ, Aſtrologiæ, ſuperſtitioſæq;

χειροσοφοι

4. Reg. ſexto.

Dañ. 4.

Iamblichus.

Medicinę. Ianq; etiã a Magis magna Hæreticorũ caterua in Eccleſia orta eſt, qui ſicut Iamnes & Mãbres reſtiterunt Moſi, ſic illi reſtiterunt Apoſtolicæ veritati: horũ princeps fuit, Symon ſamaritanus, qui Romę ſub Claudio Cæſare propter hãc artem ſtatua donat⁹ eſt, cum hac inſcriptione, Symoni ſancto Deo: Ei⁹ blaſphemias copioſe narrãt, Clemens, Euſebi⁹, & Irenæ⁹: Ex hoc Symone tãquam ex hæreſum omnium ſeminario, per multas ſucceſſiones, mõſtroſi Ophitæ: turpes Gnoſtici, impij Valentiniani, Cerdoniani, Marcioniſtæ, Montaniani, & multi alij Hæretici prodierunt: propter quæſtum & inanem gloriam, mentientes aduerſus Deum, vtilitatẽ nullam, neq; beneficia hominib⁹ præſtantes, ſed decipientes & in perniciem, & in errorem mittentes, & qui credunt illis, confundentur in iudicio Dei: Verum de Magicis ſcripſi ego iuuenis adhuc, libros tres amploſatis volumine, quos de occulta Philoſophia nũcupaui, in quibus quidquid tunc per curioſã adoleſcentiam erratum eſt, nũc cautior hac palinodia recãtatum volo; per multum enim temporis, & rerum in his vanitatibus olim contriui, Tandem hoc profeci, quod ſciam queis rationibus oporteat alios ab hac pernicie dehortari, Quicũq; enim nõ ĩ veritate, nec in virtute Dei, ſed in eluſione Dæmonum ſecundũ operationem malorum ſpirituũ, diuinare & prophetare præſumunt, & per vanitates magicas, exorciſmos, incãtationes, amatoria agogima, & cætera opera Dæmoniaca, & idololatriæ fraudes exercentes, preſtigia & phãtaſmata oſtẽtãtes, mox ceſſantia, miracula ſeſe operari iactãt: Oẽs hi cũ Iamne, & Mãbre, & Symone mago ęternis ignibus cruciandi deſtinabuntur. Cæterum nunc ad vlteriora procedamus, ipſiusq; P H I L O S O P H I A E placita, & quæ naturam ipſam ſcrutantur, rerumq; principia & fines vafris ſyllogiſmis inquirũt, ſcientias inueſtigemus: quæ profecto quam habeant certitudinem aiiam a Doctorum ſuorum fide, omnis homo ignorat; Hãc primo Pœte profeſſi ſunt, e quibus

Agrippę libri de occulta philoſophia.

Philoſophia Naturalis.

Prometheus, Lin⁹, & Muſeus, & Orphe⁹, porro Homerus primi inuentores numerantur: Philoſophia itaque nunc quam nobis veritate præſtare poterit? quæ ipſa ex Poetarum nugis fabulisq; progenita eſt: quod ita eſſe manifeſtis indicijs probat Plutarchus, omnes videlicet Philoſophorum ſectas, ab Homero principiũ ſumpſiſſe, ipſeq; ariſtoteles fatetur, etiam Philoſophos natura Philomythos, hoc eſt, fabularum ſtudioſos eſſe. Sectas Philoſophorum, alij nouem, alij decem tradũt: ſed multo maiori numero illas Varro partitus eſt: Quod ſiquis etiam omnes philoſophos in vnum congregauerit, adhuc inter eos conſtare nõ poterit, quæ ſecta potior diſcẽda ſit, quorum dogmatibus potius parendum: adeo circa ſingula inter ſe pugnant atq; diſſentiunt, perpetuãq; hanc per ſecula litem alunt, & (quod ait Firmian⁹) vnaquæq; ſecta, oẽs alias euertit, vt ſe ſuaq; cõfirmet, nec vlla alteri ſapere concedit, ne ſe deſipere fateatur: cũq; de ſingulis Philoſophia diſputat & opinat, de nullis certa eſt: Vnde Philoſophos an inter bruta, an inter homines numerem, plane neſcio: brutis ſiquidem pręſtare videntur, eo quod rationem habent & intelligentiam: homines autem quomodo erunt, quorum ratio nihil conſtans perſuadere poteſt? ſed ſemper in lubricis opinionibus vacillat, quorum intellectus ad omnia incertus, nõ habet quod teneat, aut ſequatur, idque nunc ita eſſe diffuſius oſtendamus. ¶ Nam imprimis de rerum naturalium Principijs, ſuper quibus tota hæc facultas fundatur, acerrima pugna inter grauiſſimos Philoſophos certatur: & adhuc ſub iudice lis eſt, quis eorum melius dixerit: admodum perſuaſibiles inuincibileſque de contrarijs adferunt rationes: Nã Thales Mileſius primus ſapiens ab Oraculo iudicatus, ex aqua omnia conſtare voluit: Eius auditor & in ſchola ſucceſſor anaximãder rerum principia dixit infinita: Illius aũt diſcipulus anaximenes infinitum aerem eſſe rerum Principium aſtruxit: Hipparchus, Heraclitus Epgeſius ihnem: his

Phõrũ ſectæ

Phõrũ inter ſe diſſenſiones.

Principia.

ambobus quodammodo adſentit. Archela⁹ Athenieſis: Anaxagoras Clazomenus infinita principia tanq̃ particulas minutas & confuſas, ſed diuina mente in ordinē poſtea redactas: Xenophanes vnum eſſe om̃ia, neq; idipſum mutabile: Parmenides calidum & frigidum tanquam ignem qui moueat, & terram quæ formet: Leucippus, Diodorus & Democritus plenum & vacuũ: Diogenes Libertus aerē, diuinę tamē rationis compotem: Pythagoras Samius numerum ſtatuit rerum principium, quē ſequitur Alcmeon Crotoniates: Empedocles Agrigentinus litem & amicitiam, ac quatuor elemēta: Epicurus Atomos & inane: Plato ac Socrates Deum, Ideas Materiam, zeno Deum, materiam & elementa: Ariſtoteles materiam ad appetitũ formę, per priuationē, quā ipſe inter principia tertium ponit, contra id quod alibi docuit, æquiuoca non debere annumerari: quare alij recentiores Peripatetici, loco priuationis, motum quendā vtraq; cogentē poſuerunt, qui cum ſit accidens, quomō erit principium Subſtantiæ, aut quis erit eius motus motor? ideo Hebræorum Philoſophi materiam, formā, & ſpiritum ſtatuerunt.

Mũdus. ¶ Cęterum cum de mundo diſputant nihilominus diſſentiunt: Thales vnum Mundũ cēſuit, illumq; Dei facturam aſſerit: Empedocles ſimiliter vnum, ſed vniuerſi tātum exiguam eſſe particulam: Democritus & Epicurus contra, Mundos eſſe innumerabiles, quos ſequitur Metrodorus horũ diſcipul⁹, dicens innumeros eſſe Mũdos, quia cauſæ eorum innumerabiles ſint, nec min⁹ abſurdum eſſe, tantũ vnũ in vniuerſo eſſe Mundũ, quā in agro vnā dũtaxat naſci ſpicam.

Mundi duratio. De Mũdi aũt duratione loquuti, Ariſtoteles, Auerrois, Cicero, Xenophanes, illum, æternum, omnis corruptiōis expertem dicunt: Nam cum non poſſent intelligere (vt Cenſorinus ait) oua ne an aues ante generatæ ſint, cum & ouũ ſine aue, & auis ſine ouo gigni nō poſſet. Hinc arbitrati ſunt, Mũdum hunc & vniuſcuiuſq; geniti initium ſimul & finem, perpetua reuolutione ſempiternum: Pythagoras & Stoici a Deo genitum, & aliquando quantum ex

ſui natura eſt,corrũpendum,queis cum ſentiunt Anaxagoras, Thales, Hierocles, Auicenna, Algazel, Alcmous, & Philo Hebręus:ſed Plato aſſerit a Deo illũ ad ſui exẽplar fabricatum:nunq̃ defiturum:Epicurꝰ cõtra, plane interiturum:Democritus ſemel Mũdum genitum docet & interiturum,nec vnq̃ reparandum: Empeducles & Heraclitus Epheſius non ſemel,ſed ſemper Mũdum generari & corrũpi aſſerunt:Agamus liceat de re quapiã quam illi a cauſa naturali potiſſimum procedere dicũt, puta,de Terrę motu:adhuc ip̃m vnanimiter adinuenire nequierũt,ſed p̃ multa vagati,cauſã eiꝰ Anaxagoras æthera dixit,Empedocles ignem, democritꝰ & Thales Mileſius aquam,Ariſtoteles, Theophraſtus & Albertꝰ vẽtum vel vaporem ſubterraneum,Aſclepiades caſum vel ruinã,Poſſidoneꝰ,Metrodorꝰ,Calliſthenes,Parcas, Seneca, & alij in diuerſa diſtracti,cauſam eiꝰ effectꝰ fruſtra inquiſierũt:propterea veteres Romani vbi terram tremuiſſe ſenſerant nunciatumue eſſet, ferias quidẽ imperabãt,ſed cui Deorũ ſeruari illas oporteret,nõ edicebant,quoniam qua vi,& per quem Deorũ terra tremere, adhuc incertum eſſet.

¶Quod ſi de anima ab illis aliquid ſciſcitemur:multo minus conueniunt:nam Crates Thebanus nullam eſſe animam ait, ſed corpora ſic a natura moueri:qui autem animam faſſi ſunt, plæriq; illam corporum tenuiſſimum opinati ſunt, huic craſſo corpori ſuffuſum; ſed illorum alij illud eſſe igneum dixerunt,vt Hipparchus & Leucippus,quibus quodãmodo cõſentiunt Stoici, dicentes animam eſſe ſpiritũ feruidum, ac Democritꝰ, dicens illam eſſe ſpiritum mobilẽ & ignitum,atomis inſertum,alij dixerunt eſſe artem.vt Anaximenes & Anaxagoras,Diogenes Cynicus & Critias:quibus aſtipulatur Varro inquiens: Anima eſt aer conceptus ore,deferuefactus in pulmone, temperatꝰ in corde,diffuſus in corpus: alij aqueum, vt Hippias:alij terreum,vt Heſiodus & Pronopides:quibus quodãmodo aſſentiunt anaximander,& Thales, ambo concives Mileſij;alij mixtũ ex igne & aere ſpiritum, vt Boethus

Anima.

Anima q̃d Varroni.

& Epicurꝰ: Aliȷs ex terra & aqua, vt Xenophõtes: Aliȷ ex terra & igne, vt Parmenides: Aliȷs ſanguinẽ, vt Empedocles & Circias: Aliȷs ſpiritum tenuem per corpus diffuſum, vt Hippocrates medicus: Aliȷ carnem cũ ſenſuum exercitio, vt Aſclepiades: Multi autem aliȷ arbitrati ſunt animam non corpuſculum illud, ſed illius quãdã qualitatem vel complexionem per illius particulas ſparſam, vt zeno Citticus: & Dicearchus animam definiẽs, quatuor elemẽtorum complexionẽ, atq; Cleantes, Antipater, Poſſidonius, dicentes illam eſſe calorem ſiue cõplexionem calidam, quibus adhæret Galenus Pergamenus. Sunt & aliȷ qui dixerunt animam non eam eſſe qualitatem ſeu complexionem, ſed tãquam eius punctũ aliquam in aliqua certa corporis parte, vt corde, vel cerebro reſidẽtem, & exinde totum corpus gubernãtem. Ex quorũ numero ſunt Ghryſippus, Archelaus: & Heraclitus Ponticus, qui animam vocauit lucem. Sunt rurſus aliȷ qui adhuc liberius quoddam opinati ſunt, animã, vt punctũ aliquem liberum, nulli corporis parti alligatum, ſed ab om̃i determinato ſitu ſecluſum, & totũ cuiq; corporis parti præſentem, quem ſiue complexio genuerit, ſiue Deus creauerit, tamen ex materiæ gremio eductus ſit. Huius opinionis fuerant Xenophanes, Colophoniꝰ, Ariſtoxenes, & Aſclepiades medicus, dicẽs animam eſſe ſenſuum coexercitationem, & Critolaus Peripateticus dicens eam eſſe quintam eſſentiam, ac Thales Mileſius dicẽs animã eſſe naturam irrequietam, ſeſe mouentem: & Xenocrates vocans eam ſeſe mouentem numerum, quem ſequũtur Aegyptiȷ, dicẽtes animam eſſe vim quãdam in omnia corpora tranſmeantem: Et Chaldęi inquientes eam eſſe virtutem, abſq; determinata forma: omnes tamẽ exteras ſuſcipientem, om̃es quidem in hoc conuenientes, ꝙ anima ſit vis quædam agilis ad mouendum, vel eſſe partium corporalium ſublimẽ quãdã Harmoniã, ſed tamen ab ipſa corporis natura dependẽtẽ, atq; horum veſtigia ſequitur Demoniacus ariſtoteles,

qui iuncto nouo vocabulo, animã vocat Entelechiã, ſcilicet perfectionẽ corporis naturalis, organici, potẽtia vitã hñtis dantẽ illi principiũ intelligẽdi, ſentiendi, & mouẽdi. Atq; hæc eſt tum recepti Philoſophi de anima ſubtilis definitio, quę non eſſentiam, naturam, aut eius originẽ declarat, ſed effectus. Porro ſupra hos omnes ſunt alij, qui dixerũt animã eſſe diuinã quandã ſubſtantiã, totam, ac in diuiduam, ac toto, ac cuiq; corporis parti præſentem, ab incorporeo auctore taliter productã, vt ex ſola agentis virtute, non ex materiæ gremio depẽdeat. Ei⁹ opinionis fuerũt, zoroaſtes, Hermes Triſmegiſtus, Orpheus, Aglaophemus, Pythagoras, Eumeni⁹, Ammonius, Plutharch⁹, Porphyri⁹, Thime⁹, Locr⁹, & diuin⁹ ille Plato, dicẽs animã eſſe eſſentiã, ſui motricẽ, intellectu pręditã. Eumonius epiſcopus Parti Ariſtoteli, partim platoni cõſentiẽ, defnit animã eſſe ſubſtãtiã incorporeã, in corpore factã: ſuper qua definitione deinde reliqua ſua dogmata fabricauit. Cicero, Seneca, Lactãtius quid ſit anima dicũt penitus ignorari. En videtis de animę eſſentia q̃ inter ſe diſſidẽt, nec minus ridicule de ei⁹ ſede inter ſe variãt: Nã Hippocrates & Hierophilus ĩ cerebri ventriculis illam ponunt: Democritus in toto corpore, Eraſiſtratus circa membranã edictanidem: Strato in ſuperciliorũ interſtitio: Epicurus in toto pectore: Diogenes in cordis arteriato vẽtriculo: Stoici cũ Chryſippo in toto corde, ac ſpiritu circa cor verſante, Empedocles in ſanguine, cui adſtipulatur Moſes, icirco phibens veſci ſanguine, quia animalis anima ſit in illo: Plato, & ariſtoteles, & reliqui nobiliores Philoſophi in toto corpore: Galenus autem ĩ quauis corporis particula ſuam eſſe animam putat: Sic enim ait in libro de partiũ vtilitate. Multę animalium etiam particulæ, hæ quidẽ maiores, illæ minores, aliæ vero omnifariã in animaliũ ſpeciem in diuiſibiles, neceſſario autem iſs oñibus anima quæuis indiget: corpus enim huius organum & pp̃terea multũ a ſe inuicem animaliũ particulæ differũt, quia & animæ. Neque vero hic prætereundum cenſeo

Ariſtotelis de anima opinio

Plato.

Eumonius.

Animæ ſedes.

Galenus

Beda. Bedæ Theologi ſentētiam, qui ſcribēs ſuper Marcum: animæ locus, inquit, principalis non iuxta Platonem in cerebro, ſed iuxta Chriſtum in corde eſt. De animæ aūt duratione, Democritus & Epicur⁹ vna cum corpore interituram aiūt: Pythagoras & Plato omnino immortalem, ſed egreſſam corpus, ad ſui generis naturā deuolare: Stoici tāquam inter hos medij, animam corpus relicturam, ſi (vt quę in vita hac nullis ſublimata virtutibus) infirmior ſit, vna cum illo emori: ſin autē heroicis formata virtutibus, permanentibus illam naturis ſociari, & ad ſublimiores ſedes euadere putant: Ariſtoteles quaſdam animæ partes, quæ corporeas ſedes habeant, ab illis inſeparabiles eſſe, vnaq; cū illis interire dicit, intellectum aūt, qui nullius ſit corporei organi, velut perpetuū a corruptibili ſeparari: Sed adeo nihil manifeſti dicit, vt eius interpretes adhuc de ea re diſputēt: alexāder aphrodiſeus ait manifeſto eum mortalem poſuiſſe animam: idē ſentit ex noſtris Gregorius Naziāzenus: Contra hos Pleton, & ex noſtris, Thomas aquinas pro ariſtotele digladiantur, illum de animæ immortalitate recte ſentire: Porro auerrois eximius ille ariſtotelis cōmentator, hominem quenque propria anima pollere putat, ſed mortali: Mentem vero humanam ſeu intellectum dicamus, eſſe vſquequaq; ab om̄i, tum anteriore q̄ poſteriore parte ęternam, ſed om̄ibus hominib⁹ ſeu humanæ ſpeciei vnam, qua tantum in vita vteremur: Themiſtius vero ait, Ariſtotelem mentem quidem agentem vnicam, capacem autem multiplicē poſuiſſe, atq; vtrāq; perpetuam: Horum præterea Philoſophorum opera factum eſt, vt etiam inter Chriſtianorum Theologos de animarum origine ortum ſit diſſidium, quorum aliqui, a Mundi origine factas in Cœlo omniū hominū animas putant, inter quos eſt vnus de multis doctiſſimus Origines: auguſtinus quoq; primi parentis animam cœlitum ortu putat corpore antiquiorem, idq; poſtea tanq̄ aptū ſibi contemplatam domicilium, voluntario motu expetiſſe: quanq̄ ne hoc quidem ſatis conſtanter affirmare

Marginal notes: Animæ duratio. — Auerrois. — Themiſtius. — Theologorū de animæ origine diſſentio.

videatur. Aliј ex traduce animam propagari putāt, ſicq́ animam ab anima generari, quēadmodum a corpore corp⁹: In qua opiniōe fuit Apollinaris Laodicæ Epiſco pus, & Tertullianus, Cyrillus, & Luciferiani, cōtra, quo rum hereſim diſputat Hieronymus. Alii a Deo animas quodie creari tradunt, hos ſequitur Thomas eo Peripa tetico argumento pugnans: Quod cum animo ſit corpo ris forma, eam non ſeorſum, ſed in corpore creari debe re: quam opinionem ſequitur iam fere omnis recētiorū Theologorum ſchola: mitto gradus animarum aſcēſio- nes, & deſcēſiones, quas Originiſtæ īducūt, ſed diuinis ſcripturis non corroboratos, nec Chriſtianorū dogma tib⁹ cōformes: adeo nihil, neq́ apud Philoſophos, neq́ apud Theologos de anima certum: Nā Epicurus & Ari ſtoteles mortalem putant: Pythagoras in gyrum ducit: & ſunt (vt quodam loco ait Petrarcha) qui eam contra- hunt ad ſuum corpus: Sunt qui etiam ſpargunt in cor- poribus animantium: Sunt qui cœlo reddant: Sunt qui circa terras exulare cogant: Sunt qui ineferos aſſerunt: ſunt qui negent: Sunt qui vnanquanq́ per ſe, ſunt qui o- mnes ſimul animas creatas putēt, hæc ille. Fuit & Auer rois qui mirabilius quiddam dicere auſus, vnitatem (vt dixi) attulit intellectus. Manichæi hæretici dixerunt, vnam ſolam eſſe omnium ſeu vniuerſi animam in ſingu la corpora, tam animata, q̄ inanimata diſpertitā, ſed mi nus participare quę nobis vident̄ anima expertia, ma- gis autem quæ animata, maxime vero cœleſtia, Atq́ ſic tandem concludūt, nō niſi vniuerſalis animę partes eſſe ſingulares animas. Plato etiam vnam quidē vniuerſi a- nimam aſtruit, particulariū vero alias, quaſi ſeparatim vniuerſum ſua anima exiſtat animatū, diuiſim itē par- ticularia: Præterea, aliј vnam animarum ſpeciem: Aliј nō vnam ſed duas, rationalem & irrationalem: Alii mul tas, & tot quot ſunt animalium ſpecies affirmant: Gale- nus medic⁹, diuerſis iuxta ſpeciem, diuerſas item eſſe a- nimas ſentit, inſuper & multas in eodē corpore animas ponit: Sunt & qui in homine duas animas ponant, vnā

ſenſitiuã a generante, aliam intellectiuam a creante, inter quos eſt Occam Theologus, Plotinus aliam eſſe animam, & alium aſſerit intellectum, quem ſequitur Apollinaris. Quidam non diſtingunt ab anima intellectũ, ſed illum ſubſtantię animę principalem partem eſſe dicũt, Verum Ariſtoteles hunc potẽtia adeſſe huiuſmodi, atq; actu deforis illi ſuperuenire opinatur, neq; ad naturam hoĩs & eſſentiam conferre, ſed ad perfectionem cognitionis, & cõtẽplatiõis, ideoq; paucos homines, & ſolos philoſophos, illum qui actu intellectus dicitur habere aſſirmat: Quippe etiam grauis inter Theologos diſputatio eſt, an quę Platonicorũ opinio eſt, in animalib⁹ exutis, eorum quæ in vita geſſerint reliquerintq; memoria ſenſuſq; ſuperſint, aut iſtorum cognitione omnino careant? quod Thomiſtæ cum ſuo Ariſtotele firmiter tenẽt, & Carthuſienſes exemplo confirmant, de Pariſienſi illo Theologo ab inferis reuerſo, qui interrogat⁹, quid illi reſtaret de ſcientia ſua? reſpõdit, nihil ſe ſcire niſi pœ-
Eccl 9. nam, & citato Solomonis verbo, non eſt ratio, nõ ſcientia, nõ opes apud inferos, concluſiſſe illis videbatur, nullam mortuis ſupereſſe cognitionem: Quod tamen manifeſte eſt, non tam contra Platonicorũ aſſertionẽ, quã contra ſcripturę auctoritatem veritatenq;, cũ dicat ſcriptura, viſuros & ſcituros impios, quia ipſe De⁹ eſt: qui
Mar. 12 & omnium non modo factorum, ſed & verborũ ocioſorum, & cogitatuum, rationem reddituros: Sunt etiã qui de animarũ ſepararum apparitionib⁹ plura ſcribere & referre audent, eaq; non raro ab Euãgelica doctrina &
Gal. 1. ſacro canone aliena, atq; cũ pręcipiat Apoſtolus, ne Angelis de cœlo credendum eſſe, ſi quid renunciarẽt aliud q̃ quod traditum eſt: Adeo penes iſtos antiquatum eſt Euangelium, vt citius magiſq; credant vni ex mortuis renũcianti, q̃ Prophetis, q̃ Moſi, q̃ Apoſtolis, q̃ Euãgeli-
Luc. 16 ſtis: talis profecto fuit doctrina atq; ſentẽtia Diuitis ſepulti in inferno, qui putabat tunc credituros ſuperſtites fratres, ſi quiſſ ex mortuis iret, & teſtificaretur illis: Cui ſic opinãtur in Euãgelii cõdradicit Abraham, inquiens,

Si Moſi & Prophetis nō credant, neq; ſi quis ex mortuis mittatur credituros: neq; tamen propterea pias defunctorum apparitiones, & admonitiones, & reuelationes omnino īficior, ſed valde ſupectas eſſe admoneo: Sathana ſeſe ſępiſſime in lucis Angelum & animarum effigiē transfigurante, quocirca credendi ancora in illis nō eſt figēda, ſed ad ædificationē pie acceptāda ſunt, ſicut alia quæ extra ſacrum canonē, vel intra apocrypha ſunt, circunferūtur: de his nugis multi fabuloſi libelli Tundali, & qui conſolationes animarum inſcribitur: alii quorū exemplis Cōcionatores quidam imperitam plebeculā territant, & munuſcula extorquent: Scripſit etiam recētibus diebus de ſpiritu quodam Ludunenſi fabulā Protonotarius quidam Gallus, homo nequam & impoſtor, Ex laudatis autē ſcriptoribus, agit de iſtis Caſſianus, & Iacobus de Paradiſo Carthuſianus, verū nihil vnq̄ ſoli dę veritatis aut abditæ ſapientię, quæ veram charitatē, & animarum noſtrarum ſalutem ędificarent, ab his animarum apparitionibus reuelatum eſt, ſed dūtaxat eleemoſynę, peregrinatiōes, oratiōes, ieiūnia, & reliqua popularis pietatis opera perſuaſa ſūt, quæ tamē multo melius ſalubriuſq; docent ſacrę literę, pręcipiq; Eccleſia: verum de iis apparitionib⁹ late ſcripſim⁹ in dialogo noſtro de homine, & in libris de occulta Philoſophia: Sed modo redeamus ad Philoſophos: Ethnici om̄es qui animam immortalem aſſeruerunt, animarum tranſmigrationem cōmuni cōſenſu aſtruunt, & rationales animas ad rationis expertia corpora, & ad plantas vſq; trāſmeare per temporum quoſdam petiodos, vel vt aliter contigerit, harum trāſmigrationem auctorem ferunt Pythagorm, de quo in tranſfigurationibus ſic cecinit Ouidi⁹:

Ludunanſis ſpiritus.

Morte carent animæ, ſemperq; priore relicta
Sede nouis domibus viuunt, habitentq; receptæ:
Ipſe ego, nam memini, Troiani tempore belli,
Panthoides Euphorbus eram, cui pectore quondam
Hæſit in aduerſo grauis haſta micoris artidæ.

Ouidi⁹.

Cognoui clypeum læuę geſtamina noſtræ
Nuper ab Antæis templo Iunonis in argis
¶ Multo plura de hac Pythagorica migratione ſcripſerũt Timo, Xenophanes, Cratinus, Ariſtophũ, Hermippus & Lucian⁹, & Diogenes Laertius: verũ Iāblich⁹ & plęriq; alii cum Triſmegiſto nō ab hominibus ad rationis expertia animalia, neq; ab illis itē ad homines, ſed ab animalibus ad animalia, & ab hominibus ad hoīes trāſmigrationes duntaxat fieri cōſentiunt: Sed & ſunt Philoſophi, ex quorum numero Euripides Anaxagoræ cōſectator & Archelaus Phyſicus, atq; poſt eos Auicenna, qui primos homines olerũ more ex terra natos tradāt, eo ipſo nō minus ridiculi Poetis, qui homines quoſdam ſatiuos ex ſerpentum dentibus ꝓgerminaſſe fabulantur: Sunt qui generationem omnino negent, vt Pyrrho Elienſis: Sunt & qui negēt motum, vt zeno. ¶ Sed ad vlteriora progrediamur, oſtēdamuſq; philoſophos illos non ſolum de iis quę in rerum natura videntur, ſed etiam de figmētis cogitationum ſuarum digladiari, atq; de iis rebus quę nullis principiis firmantur, neq; certum eſt an ſint vel non ſint: vt quas abſq; corpore & materia ſubſiſtere opinātur, quaſq; formas ſeparatas vocāt, quæ quoniā in rerum natura nō ſunt, ſed ſupra illam eſſe putantur, iccirco tranſnaturalia, ſeu metaphyſica vocant, Hinc illę īnumerabiles de Diis & vndiq; ſibi repugnantes, nec minus impiæ q̄ indoctę opiniones prodierunt: nam Diagoras Mileſius & Theodor⁹ Cyrenaic⁹, nullũ prorſus eſſe Deũ dixerũt: Epicurus autem eſſe quidem Deum aſſeruit, ſed nulla inferiorum cura teneri: Protagoras eēt nec ne, nihil ſciri poſſe dixit: Anaximāder natiuos Deos putabat longiſq; interuallis orientes, occidēteſq;: Xenoctates octo eſſe Deos dixit: Antiſthenes multos quidem Deos populares, ſed vnum naturalem, ſummum totius artificem. Sed in tantam inſaniam multi eorũ prolapſi ſunt, vt quos adorarent Deos, propriis manibus ipſi ſibi fabricarent, vt erat ſtatua Beli apud Aſſyrios, quos tamē facticios Deos mirũ q̄ extollat Hermes

Metaphyſica,

De diis variæ phōrum opiniones,

Triſmegiſtus in ſuo Aeſculapio. De diuina autem eſſen tia loquuti. Thales Mileſius mētem dixit Deum, qui ex aqua cuncta formauerit: Cleātes & Anaximenes aera Deum dixerūt: Chryſippus naturalē vim ratione prædítam ſeu diuinam neceſſitatem: zeno diuinam naturalenq́ꝫ legem: Anaxagoras infinitam mentem per ſe mobilem: Pythagoras animum per naturam rerū omnium intentum & commeantem, ex quo omnia vitā capiunt: Crotoniates, Alcmeon Solem, Lunam, cęteraſq́ꝫ ſtellas Deos dixit: Xenophanes omne quod eſſet, Deūeſſe voluit: Par menides continentium quendam lucis orbem ſtephanem, hoc eſt, coronam pro Deo ſtatuit: Ariſtoteles, quaſi ex Cœlorum motu ſatis explorata Deorū cognitio haberi poſſet, ex illorum natura Deos commentus eſt, ac diuinitatem modo menti tribuit, modo Cœli ardorem Deum dicit, modo Mundum ipſum Deum ſtatuit modo alium illi deum præficit: Hinc eadem in conſtantia ſequitur Theophraſtus. Trāſeo quid ſtrato Perſeus, Ariſto zenonis diſcipulus, Plato, Xenophon, Speuſippus. Democritus, Heraclides, Diogenes Babyloniꝰ, Hermes Triſmegiſtꝰ, Cicero, Seneca, Pliniꝰ, & reliqui cenſuerunt, quorum opiniones tamen a prioribus illis & iam recitatis non longe diſcedunt. ¶ Boſſem etiam reliquas illorum lites, & verborum portēta percurrere, de Idęis, de ĩcorporeis, de atomis, de hyle, de materia, de forma, de vacuo, de ĩfinito, de æternitāte, de fato, de tranſcēdentibus: de introductione formarum, de materia Cœli, an ex elementis ſydera conſtent, an ex quinta eſſentia, quam Ariſtoteles introducit, deq́ꝫ ſimilibus quę inſanis hominibus opinādi ac dubitandi contēdendiq́ꝫ materiam prębent: ſed ſatis me indicaſſe arbitror, quam nihil ĩter Philoſophos de veritate ipſa cōueniat, quibus quo quis redditur propinquior, eo magis a vero ipſo lōgiuſq́ꝫ abeſt, & a catholica regione aberrat: Hinc erraſſe ſcimus Ioannem viceſimumſecundū Romanū Pontificem, volentem animas beatas non viſuras faciē Dei ante diem iudicii. Scimus Iulianū Apoſtatā Chriſtū

Eſſentia diuina.

Io.22. Pontifi cis error.

abnegaſſe, nō alia cauſa quā quod Philoſophię ſtudioſior, humilitatem fidei Chriſtianę irridere ac cōtemnere cœpit. Eadem cauſa Celſus, porphyrius, Lucian⁹ pelagius, Arrius, Manichęus, Auerrois, multiq; alij tāta rabie aduerſus Chriſtum & Eccleſiam eius oblatrarunt. Hinc natum illud apud vulgus Prouerbium: Maximos quoſq; philoſophos, maximos eſſe Hęreticos ſolere: ſed & Hieronym⁹ vocat eos patriarchas Hęreticorū, & primogenita Aegypti, & vectes Damaſci nimis vere dicta: Nam quicquid Hęreſum vnquam fuit, totū hoc & omne, ex philoſophiæ fontib⁹ ceu primo ſeminario ſcaturijt. Ab hac ferme tota Theologia adulterata eſt, ac p Euangelicis doctoribus Pſeudoprophetę, Hęretici, ac Philoſophi nati ſunt, qui diuina oracula humanis inuētis ęquarunt, ac mutabilibus hominum dogmatibus polluerūt, ipſamq; ſimplicem Theologiam (vt ait Gerſon) ad verboſam & Sophiſticam loquacitatē, ac Chimerinam Mathematicā reduxerunt. Quod pręuidens Paulus Apoſtolus toties nos hortatur ac cauere iubet, ne quis nos p Philoſophiā deprędetur vel ſeducat: Auguſtinus ciuitatē Dei ab illa tuetur atq; defendit. Reliqui ferme omnes Theologi & Sācti Patres eā a Chriſtianis Scholis procul propellēdam, penituſq; extirpādam cenſuerūt. Neq; deſunt etiam Ethnicorū exempla, quib⁹ id aliquādo factitatum legimus: nam ſuſtulerunt Athenienſes Socratem Philoſophię parentem: eiecerūt Vrbe philoſophos Romani, Meſſaniq;, & Lacones ne ad miſere quidē vnquā: Quin etiā ſub Domitiano Vrbe exacti ſunt, & tota inſuper Italia interdicti. Extat etiā Antiochi Regis decretum in adoleſcentes, qui philoſophari auſi ſunt, atq; etiam in parētes qui liberis id admittebant: nec modo ab Imperatoribus Regibuſq; damnati pulſiq;, ſed a doctiſſimis viris editis libris reprobati, e quorum numero ſunt, Phliaſius, Timo, qui opus nomine Sillos in deriſionem Philoſophorum ſcripſit: & Ariſtophanes qui ī eos Comœdiā ſcripſit, cuius nomen Nubes: & Diom pruſe⁹ orationē ſcriſit cōtra Philoſophos omniū eloquentiſſi-

Prouerbium.

Theologia a philoſophia adulterata. Coloſſ. 2.

Ethnici philoſophos eiecerunt.

mam:ſcripſit etiā orationē ariſtides contra platonem, pro quatuor athenienſium proceribus multo eloquētiſſimam, ſed & Hortenſius Romanus, vir nobiliſſima familia, & eloquētiſſimus, validiſſimis rationibus philoſophiā inſectatus eſt. Sed de iſs hactenus. ¶ Reliquum vero, ſi qua de morib⁹ (vt aliquibus placet) PHILOSOPHIA ſiue diſciplina eſt: hanc arbitror ego non tam Philoſophorū ratiunculis, quam vario vſu, cōſuetudine, obſeruatione, ac communis vitæ conuerſatione cōſtare, ac pro tēporū, locorum, hominumq; opinione mutabilem eſſe, quam minę ac blandimenta, pueros, leges atq; vindicta maiores docet, nōnulla hominib⁹ natiua addit induſtria, quæ doceri nequeunt. ſed pro temporum vſu hominumq; conſpiratione per fas vel nefas inoleſcunt: quo fit vt quod aliquando vitium fuit, modo virtus habeatur, & quod hic virtus eſt, alibi vitium ſit, quod vni honeſtū, alteri turpe, quod nobis iuſtū, aliſs iniuſtum ſit, pro cuiuſq; temporis, loci, ſtatus hominū, opinionib⁹, vel legibus. Apud atheniēſes licuit viro ſororē germanā habere ī matrimonio: at id quidē apud Romanos nefas habebatur: quondam apud Iudæos & hodie apud Turcas licet viro plures habere vxores, īſuper & pellices, cōcubinas, hoc apud nos chriſtianos nō tā nefas eſt, quā dānabile ſcel⁹. Laudi in Græcia ducitur adoleſcētulos quā plurimos habere amatores, deniq; tā fœminas quā viros in ſcenā ꝓdire, & populo eſſe ſpectaculo nemini ī eiſdē gētib⁹ fuit turpitudini, quę tamē apud latinos romanoſq;, humilia, īfamia, & ab honeſtate remota cēſebāt: Neq; tamē pudebat romanos, vxores ducere ī cōuiuia, illaſq; ī celebritate verſari, ac primas tenere ptes ędiū: ī gręcia vero, neq; ī cōuiuiū adhibet vxor, niſi ꝓpīquorū, neq; verſat niſi in interiore parte ędiū, quo nemo accedit, niſi ꝓpīqua cognatione cōiūct⁹: furari apud ægyptios & lacedemonios honorificū erat, apud nos fures furca ſuſpēſi ſtrāgulāt: inquit iuli⁹ Firmic⁹ in aſtrologicis ſuis ad Lollianū ſcribens: Quędā gētes ita a Cœlo formatæ ſūt, vt ꝓpria ſint mo-

Philoſophia moralis.

Mores alii atq; alii apud diuerſas natiões

Iulius Firmic⁹

rum vnitate perſpicuæ: ſcythæ immanis feriatis crude litate graſſantur: Itali fuerunt regali ſemper nobilitate præfulgidi: Galli ſtolidi: acuti ſiculi: luxurioſi ſemper Aſiatici & voluptatibus occupati: Hiſpani elata iactātię animoſitate prępoſiti, Habēt ſingulæ nationes a ſuperis agnata ſibi morūdiſcrimina, per quæ facile a ſe inuicem diſcernantur: vt cuius quiſq; nationis ſit oriūdus, a voce, a ſermone, ab oratione, a conſilio, a cōuerſatione, a victu, a negocio, ab amore & odio, ab ira, ac militia, ſimilibuſq; exercitijs facile cognoſcatur: quis enim vidēs hominē ingredientē inceſſu gallinacio, geſtu gladiatorio, vultu efferno, voce bubula, ſermone auſtero, moribus ferocē, habitu diſſoluto, laciniatoue, nō mox iudicet eſſe Germanum? nonne Gallos cognoſcimus ab inceſſu moderato, geſtu molli, vultu blādo, voce dulciſona, ſermone facili, morib⁹ modeſtis, habitu laxo? Hiſpanos autē ab ingreſſu, & morib⁹ geſtibuſq; feſtiuis, vultu elato, voce flebili, ſermōe elegāti, habitu exquiſito: italos vero videm⁹ inceſſu tardiuſculos, geſtu graues, vultu incōſtantes, voce remiſſos, ſermōe captioſos, moribus magnificos, habitu cōpoſitos: Iāq; ſcimus etiam quia in cantu balant Itali, gemūt Hiſpani, vlulāt Germani, modulantur Galli. Sunt in oratiōe graues, ſed verſuti Itali: culti, ſed iactabundi Hiſpani: prōpti ſed ſuperbi Galli: duri ſed ſimplices germani: in cōſilijs eſt prouidus Italus, aſtutus Hiſpanus, incōſyderatus Gallus, vtilis Germanus: in victu eſt mundus Ital⁹, delicatus Hiſpan⁹, copioſus gallus, inconditus Germanus: Sunt erga exteros officioſi Itali, placidi Hiſpani, mites galli, agreſtes inhoſpitaleſq; Germani: In cōuerſationib⁹ ſūt prudētes Itali, cauti hiſpani, māſueti galli, imperioſi intollerabileſq; germani: Sunt in amorib⁹ zelotvpi itali, impatiētes hiſpani, leues Galli, ambitioſi germani: ī odijs vero ſunt occulti itali, ptinaces hiſpani, minaces galli, vltores germani: ī gerēdis negocijs ſūt circūſpecti Itali, laborioſi germani, vigiles hiſpani, ſolliciti galli: in militia ſunt ſtrēnui ſed crudeles Itali,

Sua cuiq; nationi morū diſcrimina.

Hiſpani callidi & rapaces, Germani truces & venales, Galli magnanimi, ſed precipites: inſignes ſunt literatura Itali, nauigatione Hiſpani, ciuilitate Galli, religione & mechanicis artificijs Germani. Et habet vnaqueq; natio quātūcūq; etiā, ſiue ciuilis, ſiue barbara, peculiares mores ritusq; ſibi a Cœlis influxos, a cęteris diuerſos, qui ſub nullā artē Philoſophiamq; cadere nequeāt, ſed ſola naturali virtute abſq; omni diſciplina homini b⁹ adgenerātur. Sed cōuertam⁹ ſermonē noſtrū, ad eos qui nobis harum rerū diſciplinam ſcriptis tradidere: Hi certe functi ſerpētis officio, eum nobis fructum dedere, cuius paſtu diſcamus ſcire bonum & malum: hęc enim prima eorum peſtilēs opinio eſt, bonum & malū non eſſe ignoranda: Ita demum aiūt melius virtutē homines ſequuturos, & vitia fugituros: At quanto certi⁹ & vtilius, quanto etiam felici⁹ foret, mala nō modo nō facere, ſed & penit⁹ ignorare. Quis neſcit eo ipſo nos omnes miſeros factos, cum primi humani generis parētes, quid bonū eſſet, quidq; malū didicerūt? Ac iccirco forte cōdonād⁹ eſſet Philoſophis hic error, ſi nō etiā ſub virtutum ac bonorum nomine, nos peſſima mala, turpiſſimaq; vitia docerent: Sectæ autē illorū qui Ethica tractauerunt, haud paucæ ſunt, vt Academica, Cyrenaica, Eliaca, Megarica, Cynica, Eroitica, Stoica, Peripatetica, & pleræq; aliæ: De his inter cæteros, ita philoſophat⁹ eſt Theodor⁹ ille, quem nūcupatum eſſe Deū memorant ſcriptores, videlicet, furto & adulterio, ſacrilegio quoq;, cum tempeſtiuum erit, dabit operam ſapiēs, nihil quippe horū turpe natura eſt: Sed ſi auferatur ex hiſce vulgaris opinio, quæ ſtultorū imperitorūq; plebecula cōflata eſt, Sapiētē publicæ abſq; vllo deprehēſionis rubore, ſcortis cōgreſſurum: Talia ſūt diuini hui⁹ Philoſophi placita, quib⁹ neſcio an quid tradi poſſet turpi⁹, niſi quam legimus ab Ariſtotele probatā, & in Creta lata quoq; lege permiſſam maſculā Venerē: quā & Hieronymus peripateticus ea ratione celebrat, inquiens, quia eius cauſa multę Tyrannides ſublatæ

Aduerſus philoſpphorum de ſciētijs pdiſcendis opinionē.

Gen. 1.

Sectæ phōrū moraliū

Theodori inepta & ridicula placita.

Venus maſcula.

Ariſtotelis ſceleratum documẽtum.

fuerunt: Ariſtotelis autem verba in Politicis, vbi cẽſet vtilem eſſe Reipub. ne ſit plebeis hominibus numeroſa Soboles, hæc ſunt: Ad cibi temperantium veluti per vtilem, multa Legiſlator ſapienter ac ſtudioſe conſtituit, & de mulierum diuortijs. ſiquidem ne ſuperfluam parerent multitudinem, cum maſculis induxit cõcubitum: Hic eſt ille Ariſtoteles, cuius mores a platone reprobati, vnde exortum illius in magiſtrum odiũ & ingratitudo, qui ſceleroſæ vitæ iudicium verit', Athenis clam raptimq; profugit, qui in benefactores ingratiſſimus, etiam Alexãdrum illum Magnũ, a quo ample magnificeq; ornatus extitit, quiq; illi vitã, corpus, animãq; credebat, ac patriã reſtituit, Stygiæ aquæ veneno peremit: qui etiam de anima male ſentiens, locum gaudij poſt mortem negauit, qui veterũ dicta compilatus, maligneq; interpretatus, ingenij laudem furto ac calũnia quæſiuit: qui iam inueteratus, dierum malorum ex ſciẽtiæ immoderata cupiditate, in rabiẽ verſus, ſibiſpſi intulit necem, ipſis Dęmonibus dignum factus ſacrificiũ, qui docuerunt illum ſcire: Digniſſimus profecto hodie Latinorum Gymnaſiorum doctor: Et quem Colonienſes mei Theologi etiam Diuis adnumerarent, librumq; ſub prælo euulgatũ ederent, cui titulum facerẽt de ſalute ariſtotelis: Sed & alium verſu & metro de vita & morte Ariſtotelis, quem Theologica inſuper gloſſa illuſtrarunt: in cuius calce concludunt Ariſtotelẽ ſic fuiſſe Chriſti precurſorem in naturalibus, quemadmodum Ioannes Baptiſta in gratuitis. Sed ne lõgius digrediamur a propoſito, quid de felicitate ac ſummo bono

Quę felicitas aut ſummũ bonũ philoſophis.

ſentiãt Philoſophi, audiamus: hãc nãq; alij in voluptate poſuerũt, vt Epicurus, Ariſtippus, Cnidius, Eudox⁹, Philoxenes & Cyrenaici: alij cum voluptate honeſtatẽ copularũt, vt Dinomachus & Calipho: alij id in primigenijs nature collocarũt, vt Carneades & Hieronym⁹ Rhodius: alij in indolentia, vt Diodorus: alij in virtutib⁹, vt Pythagoras, Socrates, ariſto, Empedocles, Democritus, zeno Citticus, Cleãtes, Hecatõ, Poſſidoni⁹,

Dioniſius Babylonic⁹, & Antiſthenes, & Stoici omnes, multiq́ ex noſtris Theologis illis quodammodo adſen- tientes, adhuc diſputant de connexione virtutũ, & quod ſit illud commune felicitatis fundamẽtũ, in quod omnes virtutes conuenire debent: niſi enim omnes in vnum cõ fluxerint, nequaquam faciant hominem felicem, etiam ſi vna ſola defuerit, cũ itaq́ diſpares & quodãmodo pu- gnãtes virtutes ſunt liberalitas & parſimonia, magnani mitas & humilitas, miſericordia & iuſtitia, cõtemplatio & ſollicitum opus in frequenti miniſterio, & huiuſmodi multæ, niſi omnes in vno conueniant concordes, iã nõ virtutes, ſed vitia cenſeri poſſent: illud autem in quod cõ uenire omnes debent, Ambroſius & Lactantius cũ Ma crobio Platonem in ſua Repub. ſequuti, iuſtitiam putãt: Alij temperantiam modum omnibus imponentẽ: Alij pietatem, vt Plato in Epinomide: Alij charitatem, ſi- ne qua nullus eſt profectus in virtutibus, vt ſentit Pau lus, & adhuc ſuper iſtis argumentatur Thomas, Hen- ricus, & Scotus, & alij: ſed modo reuertamur, felicita- tem adhuc poſuerunt: alij in fortuna, vt Theophra- ſtus: ſed Ariſtoteles in fortuna cum primigenijs virtu- tutibuſque coniuncta, quinimmo in voluptate, ſed vir- tum bonis fucata, quaſi non eiſdem etiam Epicurus ſuam voluptatem tueatur. Cæteri denique Peripatetici in ſpeculatione. Herillus Philoſophus, Alcidamus, & Stocratici multi, ſummum bonum putabant ſcientiã: ve- rum Tyberini populi, Chalybibus vicini, quorum me- minerũt Apollonius, & Pomponi⁹, luxum riſumq́ ſum- mam eſſe felicitatem dixerunt. Sunt & qui ſummum bo num in ſilentio poſuerunt: Fletonici vero cũ ſuo Platone & Plotino diuina ſemper redolentes, in vnione cũ ſum mo bono felicitatem locauerunt: Bias Prienæus in ſa- pientia: Bion & Boriſthenes in prudentia: Thales Mile ſius in harũ congerie: Pirtacus Mytilenęus in bene age- re: Cicero in omniũ rerũ vacatione, ſed hæc niſi in ſolo Deo inueniri poteſt. Trãſeo reliquos plebeios Philoſo- phos, qui omnẽ felicitatẽ ſuſtulerũt, vt Pyrrho Heliẽſis,

1. Cor. 13.

Euricolus & Xenophanes, & qui ſummam felicitatem, in gloria, honore, potētia, ocio, diuitijs, & ſimilibus loca rūt: vt Periander Corinthius, & Lycophrō, atq; illi de quibus ait Pſalmiſta: Quorum os loquutū eſt vanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis, quorū filij ſicut nouellæ plantationes in iuuentute ſua, filiæ eorum compoſitæ, circumornatæ vt ſimilitudo templi, promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud: Oues eorū fœtoſæ, abundantes in egreſſibus ſuis, boues eorum craſſi. Nō eſt ruina maceriæ, neq; tranſitus, neq; clamor in plateis eorum: Beatum dixerunt populum cui hæc ſunt. Iā & de voluptate itidem diuerſum ſentiūt, quam, vt ſuperius audiſtis, Epicurus ſummum bonum arbitratur, cōtra Architas Tarentinus, antiſthenes, Socrates, hanc ſummam malum dicunt: Speuſippus autem & aliqui veteres academici, dixerunt voluptatem & dolorem eſſe duo mala, inter ſe oppoſita, bonum autem hoc, quod inter illa medium eſſet: zeno cenſuit voluptatem, neq; bonum, neq; malum, ſed eſſe indifferēs: Critolaus Peripateticus & Plato voluptatem dicunt malum, multorumq; malorum eſcam atque parentem; Longum nimis eſſet, omnium adferre de felicitate opiniones, & congeriem facere ex his, quibus alij quam plurimos libros compleuere: Nam octo ſupra ducentas & octoginta de iſtis a Marco Varrone collectas opiniones meminit auguſtinus: Quarum famoſiores hic recitaſſe ſatis putamus. Sed videamus nunc, quomodo hęc cum Chriſto conueniant, ab parebitq; felicitatem, beatitudinenque, nobis non acquiri per virtutem Stoicam, nec per purgationem academicam, nec per ſpeculationem Peripateticam, ſed per fidem & gratiam in verbo Dei: audiſtis enim quomodo felicitatem ſeu beatitudinē philoſophorum: alij ponunt in voluptate: ſed Chriſt' in fame & ſiti: alij in honeſtate, & fama, & amplitudine nominis: ſed Chriſtus in maledictione, & odio hominum: alij in primigenijs, ſanitate, lætitia, & indolentia: ſed Chriſtus in fletu, & luctu; alij in prudentia, & ſcientia ac

Pſalm. 143.

virtutibus moralibꝰ. Sed Chriſtus in innocentia & ſimplicitate, & mũditia cordis: Alii in fortuna: ſed Chriſtꝰ in miſericordia: Aliј in gloria belli & ſubactione terrarũ: ſed Chriſtꝰ in pace: Aliј in honore & põpa: ſed Chriſtus in humilitate, beatos vocans mites: Aliј in potentia & victoria: ſed Chriſtus in pſecutione: Aliј in diuitiјs: ſed Chriſtus in paupertate: Docet Chriſtus abſolutam virtutem, non niſi gratia deſuper data acquiri: Philoſophi hãc proprijs viribus, & adſuetudine parari: Docet Chriſtus omnem concupiſcentiam eſſe peccatum: contra Philoſophi inter medias res numerãt, quæ nec virtutes, nec vitia cenſeantur: euadere autem virtutes, ſi quis his mediocriter afficiatur: Docet Chriſtus de omnibus bene merẽdum eſſe, etiã inimicos diligendos, libere mutuum dandum, de nullo vindictam ſumendam, om̃i petenti tribuẽdum: Contra Philoſophi non niſi his qui beneficium compenſant beneficio: Cęterum, liceat iraſci, odiſſe, cõtendere, belligerare, fœnerari. Porro iјs nobis cum ſuo libero arbitrio, ac rectę ratiõis dictamine, atq; naturali lumine Pelagianos Hæreticos dedere: tota autem moralis Philoſophia (teſte Lactantio) falſa eſt, & inanis nec inſtruẽs ad iuſtitię munera, nec officium hominis, rationeſq; confirmans, tota deniq;, ſic diuinæ legi, ipſiq; Chriſto repugnat, vt eius gloria nulli aliј debeatur quam Sathanæ.

Politica. Politicæ partes.

¶ Ad hanc philoſophiam pertinet etiam Politica, quæ eſt ars adminiſtrandæ Reipublicæ: Eius vero tres ſunt ſpecies, videlicet Monarchia, quæ eſt vnius regimen: Ariſtocratia, quæ eſt paucorũ, ſed nobilium, diuitum, ſeu optimatum: Democratia quæ eſt plebis ſiue popularis: His affines ſunt Tyrannides, Oligarchia & Anarchia: verum quæ iſtarum pręferẽda ſit, inter ſcribentes nõdum conuenit: Nam qui Monarchiam antecellere diſputãt, naturę exẽplis, opinionem ſuam muniunt, dicentes, ꝙ ſicut in vniuerſo vnus eſt ſũmꝰ Deꝰ, in ſtellis vnus Sol, Rex vnꝰ in apibus, Dux vnꝰ in gregibꝰ, In armẽtis Rector vnus, & Grues vnũ ſequuntur: Sic in Republic. oportere vnum eſſe Regem

tanq̃ caput, a quo nequaq̃ membra diſſentiant. Hāc præ cæteris probarunt, Plato, Ariſtoteles, Appollonius, quibus ſubſcribunt ex noſtris Cyprianus & Hieronymus. Qui vero Ariſtocratiam extollunt, aiunt, nihil meli⁹ rebus magnis adminiſtrādis, q̃ pluriū optimorūq; in vnū conſentientiū conſulationes: nam ex pluribus optimis, neceſſe eſt optima conſtare conſilia: neminem autem ſolū ſatis ſapere, ſoli⁹ Dei hoc munus eſſe: huic quoq; opinioni ſubſcribūt, Solō, Lycurgus, Demoſthenes, Tulli⁹ & ferme omnes illi veteres Legiſlatores, etiam Moſes, quibus conſentit etiam Plato, eam Rempub. & ciuitatē inquiens, in optimo fœliciſſimoq; ſtatu videri conſtitutem, quæ a Sapientibus regeretur, cui ſi placet, adijciamus etiam a nobilibus: ſiquidem hęc opinio eſt multorum cōſeuſu firmata. Qui autem popularem Rempub. prætulerunt, hāc omnium pulcherrimo nomine appellarunt Iſonomiā, hoc eſt, Iuris æquabilitatam: Nam oīa illic in cōmune referuntur, & conſilia omnia, a multitudine, cui haud dubie oīa inſunt, capiūtur certiora. Deniq; vox populi, vox Dei, hinc quicquid omnib⁹ placet, quicquid cōmunis populi conſenſu ſtatuitur, hoc tanq̃ a Deo ipſo ordinatum, optimum atq; iuſtiſſimū eſſe præſumatur neceſſe eſt, hoc deniq; regimen tutius eſſe aiūt, q̃ optimatum, ex eo q̄ minime ſubiaceat ſeditioni. Populus enim nunq̃ vel raro inter ſe diſſidet: Optimates aūt maxime, & ſępiſſime: præterea, in populari regimine omnis ineſt æqualitas, atq; libertas, nullorum tyrannide oppreſſa, vbi pares honorū gradus, nec quiſq̃ vicino p̄ſtat, ſed vnuſquiſq;. & omnis multitudo per vices imperat, & imperatur, hāc igitur præ cæteris laudarūt Othanes, Perſæ, Eufrates & Diō Syracuſan⁹, & nos videm⁹ hodie hac Democratia Venetos, & Heluetios præ oīmbus Chriſtiani orbis principatib⁹, maxime florere, prudentiæq; & potentiæ diuitiarū, & iuſtitiæ laudem, atq; victoriæ palmam obtinere: quin & Athenieſium Reſpub. olim latiſſime potentiſſimeq; imperans, ſola Democratia regebat, oīaq; agebātur a populo, & apud populū:

Platonis dictum.

.tq; Romani olim omnes has administratiões perpeſſi, naximam imperij partẽ ſub populari Democratia ade ti ſunt, nec vnq̃ peius habuere q̃ ſub regib⁹, & optima bus, peſſimeq; ſub imperatoribus, ſub quibus omnis eo um potẽntia, naufragiũ fecit. Itaq; quæ iſtarum trium nelior, potiorq;, non facile djiudicari poteſt, cum quæq; uos aſſertores habeat, & impugnatores. Reges enim, uib⁹ pro libidine omnia licet impugne facere, rariſſime ene imperant, nec vnq̃ ſine bellorum ſtrepitu regnãt: Habet quoq; hoc in ſe regalitas peſtiferum malũ, vt eti- m ij quo olim fuerint viri optimi, omniumq; cõſenſu p- ati, mox regiam adepti, tanq̃ peccandi licentiam inſo- ẽtes peſſimiq; euaderẽt, quod in Caligula, Nerone, Do nitiano, Mithridate & plęriſq; alijs viſum eſt, quin etiã n Saulo, Dauide, Solomõe electis a Deo regibus, ſacræ iteræ prodũt, atq; ex omnibus regibus Iuda, vix pauci unt probati, ex Samariæ regibus nullus: Sed & qui ho- die Reges & Imperatores & principes habentur, nõ p- populo, pro ciuibus, pro plebe, pro iuſtitia, ſed pro nobi itate tuenda, confirmandaq; nati, conſtitutiq; ſibi videã- ur, atq; ſic regunt, vt non eorum cuſtodię traditę, ſed apinæ, & depopulationi datę ciuium omnium fortunę videantur, omnia ad omnibus auferẽtes, ac ſubiectis vtũ ur pro arbitrio, interdum etiam pro placito, & cõceſſa eis deſuper poteſtate, in ſubditos abutũtur, ciues mutua tionibus, plebẽ indictionibus, alios exactionibus, cæte- ros vectigalibus alijs ſuper alijs ſine modo, ſine fine one rantes. quod ſi qui modeſtiores hæc remittant, tamen nõ in cõmune bonũ, ſed in ſua cõmoda illud faciũt, per- mittẽtes ſubditis bene eſſe, quo ipſis bene ſit, habeãtq; cum velint quod rapiant, quin & quo iuſtitię laudem ſi- bi aucupentur, leges arcte ſanciunt, ſed auaritiam, & crudelitatẽ iuſtitia veſtiũt: præuaricationis reos, terribi- libus ſupplicijs, bonorum proſcriptionibus, & mulctis enormibus afficiunt, in hoc Tyrannis nõ meliores, quo cupiunt q̃ plurimos eſſe præuaricatores: nam vt ſcelera

delinquentium vires ſunt Tyrãnorũ, ſic multitudo trãſgreſſorũ, diutiæ ſunt principum. Erat mihi olim in Italia cum principe conſuetudo admodum familiaris, quẽ cum hortarer aliquando, vt Gibellinorum, ac Guelforũ factiones in dominatu ſuo compeſceret: faſſus eſt mihi illius factionis occaſione, ad duodecim milia ducatorũ in mulctis fiſco ſuo quotannis inferri: verum de hoc latius in libro de nobilitate politica diſſerim⁹: Vbi autem Reipub. regnum optimates tenent, in eadem cum ipſis Republic. degunt, ira, odium, æmulatio: quapropter rariſſime inter ſe cõcordes regnant, & dum vnuſquiſq; ſuam ſentẽtiam pręferri, ac primus eſſe vult, odia inter ſe priuata excitantur, vnde ſæpe factiones, ſeditioneſq;, & cædes, & ciuilia bella in Reipub. pernitiem exoriuntur: Cuius mali infinita exempla, & Græcorum & Latinorũ hiſtoriæ cõmemorant, & hodie adhuc plures Italię ciuitates, miſera illorum ſpectacula præbent. Adminiſtrationẽ vero popularem, perinde ac peſſimam cenſent ferme omnes, hanc multis rationib⁹ Veſpaſiano diſſuadet Apolloni⁹: & Cicero ait nõ eſſe rationem in vulgo, non conſiliũ, nõ diſcrimen, non diligentiã, & vt Poeta canit,

Gibellinorũ, ac Guelforum factiões

Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus.

Et Othanes Perſa, ait populari multitudini nihil eſſe inſolẽtius, nihil inſipiẽtius, ꝓpriũq; plebi, nihil ĩtelligere, ſed ad res obeundas, ſine cõſilio præcipites ruere, torrẽti flumini ſimiles. Demoſthenes quoq;, populum malã beſtiam vocat, & Plato hunc beluam multorum capitũ nominat, cui⁹ meminit Horatius: & Phalaris ad Egeſippum ſcribens: Populus omnis, inquit, temerarius eſt, demens, deſidioſus, promptiſſimus in quodcũq; contigerit mutare ſententiam perfidus, incertus, velox, proditor, fraudulentus, voce tantum vtilis, & ad iram & laudẽ facilis: hic eſt vt qui in agenda Repub. populo placere annititur, honeſtis pereat cõtumelijs. Sed & Lycurgus legiſlator Lacedæmoni⁹ interrogatus aliquando, cur in Republica ſua ſtatum popularem nõ cõſtituiſſet? reſpõdit interroganti, tu prius in domo tua efficito principa-

um popularem: Ariſtoteles quoq; in Ethicis cenſet adminiſtrationem populi eſſe peſſimam, vnius vero optimam. Eſt enim plebs errorum princeps, & prauarũ cõſuetudinem magiſtra, ingenſq; malorum cumulus: nec enim rationibus, nec auctoritatibus, nec ſuaſionibus, flecti poteſt, cum illas nõ intelligat, has aſpernetur: ad perſuaſiones vero indocilis eſt, & obſtinata, cuius mores inconſtantiſſimi, ſemper noua cupiẽs, & odiẽs pręſentia, nec ſapientum doctrina nec patrum diſciplina, nec magiſtratuum auctoritate, nec maieſtate principum, contineri poteſt, quã penes, nunq̃ ſine periculo aut fruſtra ſapientum conſilia audita ſunt, ſemper fere multitudinis ſtultitia præualente, ſicut notum iſt in Socrate de Deorum opinione ad Atheniẽſes: in Capo Troiano, de equi introductiõe: in Magio Campano, ne Annibal in vrbẽ reciperetur conſulenti: in Paulo Aemvlio pugnam Cannenſem detrectanti, deniq; in tot Prophetarum domini prędictiõibus, a populo Iudaico minime exauditis: Proinde populi ſtatuta, ac plebis placita, quomodo poterint eſſe bona, cũ popularis illa multitudo, fere ſemper quæ optima ſunt ignerat, cũ maior illius pars manuarij ſint opifices, tum quia nõ in iuſtitię & ęquitatis ratione, ſed in numero conſiſtant, in quo ſemper plures ſunt mali q̃ boni, nec exacto rerũ ducitur iudicio, ſed ſtudio multitudinis, & numero, ſicut ait Plinius ille iunior: Numerãtur enim ſententię, non ponderãtur: Nõ enim quod prudentioribus, ſed quod pluribus viſum eſt in populari cõſultatiõe, maiores obtinet vires, inter quos cum omnes ſibi habeantur ęquales, nihil eſt tam inęquale q̃ æqualitas ipſa: ꝑ miſcuo itaq; plebis impetu, nihil ſalubriter inſtituitur, nihil eorum quę in peius collapſa ſunt, in meliꝰ reſtituuntur, quin quę optima inſtituta ſunt, plebis licẽtia potius conturbãtur, tolluntur q;. Inter has autem tã diuerſas Reipub. adminiſtrationes, plęriq; mixtam ex duabus ſpeciebus Politiam delegerunt, vt qualem Solõ ex optimatibus, & populo inſtituit, omnibuſq; eo modo ſuos honores communicauit: plęriq; etiam mix, am ex

Pleps errorum prĩceps.

omnibus, cuiuſmodi erat Lacedæmoniorum: Rex enim apud eos erat perpetuus, ſed qui tantum bellorum tēpore dominaretur, eratq; optimatum ſenatus, e potentioribus & ditioribus: Ephoros quoq; ex plebe creabant decem perpetuos, qui vitę neciſq; haberent poteſtatem, ſtatum plebis repræſententes. Apud Romanos olim Democratiæ, propter ſenatus auctoritatem, mixta erat Ariſtocratia: multa enim apud populum, nonnulla apud ſenatum imperabantur. Hodie multis locis, Reges & Principes, pro arbitrio imperant: tamen optimates prouinciarum, ac magiſtratus, cōſiliis, rebuſq; gerendis adhibent. atq; hinc oritur quæſtio, quæ Reſpub. tutior ſit an, in qua Princeps malus, & conſiliarii boni, ſiue vbi princeps bonus, probuſq;, ſed cōſiliarii praui: Marius Maximus, & Iulius Capitolinus, ac multi alii priorē eligunt, quibus tamen alii multi graues auctores non adſentiunt, cum experiētia ipſa videamus ſæpius a bono principe malos corrigi, quam malum principem a bonis emendari. Tandem vero vt Reſpub. optime adminiſtretur, nulla Philoſophia, nulla ars, nulla ſcientia præſtant, ſed probitas rectorum. Optime enim vnus, optime pauci, optime populus imperant, ſi probi ſunt, peſſime autem, ſi ſint improbi. Sed quod omnem vincit improbitatis temeritatem, cum agrum colere, gregem paſcere, nauim regere, familiā gubernare, filios educare multi ſe aut ignorare, aut neſcire, aut non poſſe fateantur, tamen magiſtrum in vrbibus agere, Regem & principem ſe gerere, & quod difficilimum eſt, populis & nationibus imperare, nemo ſibi a natura negatum putat. Cęterum quod ſpectat hic ad ciuilium legum ſcientiam quibus omnes Reſpub. & ciuitates conſtant, reguntur augentur, atq; ſeruantur, dicemus inferius. ¶ AD Reipub. integritatem pertinet etiam RELIGIO, quæ eſt diſciplina quędam, exteriorū ſacrorum, ac ceremoniarum, per quam rerum internarum, & ſpiritualium tanq̄ per ſigna quędam, admonemur, quam Cicero definit diſciplinam, per quam reuerēti famulatu, ceremo

Religio.

iæ diuini cultus exercentur, quam quidem ciuitatibus
ıaxime vtilem, & neceſſariam eſſe, teſtatus eſt, cum Ci
ero, tū etiā Ariſtoteles: Sic enim ait in Politicis: Opor-
t principem prę aliis deicolum videri, minus cum pu-
ınt ſubditi, a talibus pati aliquid iniquum, & minus ma
hinantur contra talē, tanq̄ habeat propugnatores etiā
Deos. Religio autem a natura ſic hominib⁹ inſita eſt, vt
lus illa q̄ rationalitate, a cęteris animantibus diſcerna
ıur: Quod autem nobis naturaliter inſita ſit, ipſe fate-
ır Ariſtoteles, tum ex eo liquet, quod quoties in ſubita
eis periculis, & timoribus, aliqua perturbatione obrui
ıur, cōfeſtim antequam aliquid perſcrutemur, & ante
mnā electionem, ad diuinam inuocationem confugi-
nus, natura videlicet nos abſq; alio pręceptore, diuinū
uxilium implorare edocente. Ianq; ab initio creatio-
ıis Mundi, Cayn, & Abel, ipſi Deo religioſe ſacrifica-
unt: Sed Enoch primus fuit, qui quo ritu Deus inuo-
andus eſſet, inſtituit: Quare de eo dicit ſcriptura: Tūc Gen. 4.
andem cœpit inuocari nomen domini, poſt diluuium a
nultis multæ quam multis gentibus religionum leges
latæ ſunt: Nam Mercurius & Mēna rex Aegyptiis, Me
iſus Iouis nutritor Cretenſibus, Faunus & ante illum
anus Latinis, Numa Pompili⁹ Romanis, Moſes, & Aa
on Hebręis, Orpheus Gręcis, tum Cadmus Agenoris
ilius ex Phœnicia myſteria & ſolēnitates Deorū, ſimu-
achrorum conſecrationes, & hymnos, cęteraq; ſacra,
pompas & celebritates, quibus Diis honores impende
entur, Gręcis primum tradidiſſe legitur. Quin etiam
urtorum, & celerum numina eſſe tradiderunt, nec tan
um nomina Deorum dederunt, ſed etiam inſtaurarunt
ſacra: coluerunt Romani Iouem adulterum & ſtupra-
torem, & Febri publicum phanum ī palatio dedicarūt,
& Aram malæ Fortunæ in eſquiliis, quinetiam apud in-
feros inuenerūt, quos colerent Deos ipſunq; infernorū
principem omnium infimum & miſerrimum Sathanā
ſub ditis Plutonis & Neptuni nominibus venerantes,
aſſignantes illi cuſtodem triplicem Cerberum, Hoc eſt,

carniuorum,qui ſemper circuit quęrens quem deuoret; nulli parcẽs,omnibus nocens,omnes accuſans,hic diabolus quaſi criminator appellatus,vnde Poeta canit:

Dux Herebi populo poſcebat crimina vitæ,
Nil hominum miſerans,iratus omnibus Vmbris,
Stant Furię circum variæq; exordia mortis,
Sæuaq; multiſonas exercet pœna catenas.

¶ Coluerunt quondam Aegyptij cum Dijs ſuis etiã animalia bruta,& mõſtra:& ſunt adhuc hodie qui Idola & Simulachra colũt:Quin Turcę,Saraceni,Arabes,Mauri,& magna pars orbis hodie Mahumetũ colunt,abſurdiſſimę religionis conditorem: & Iudęi in ſua perfidia adhuc perſeuerantes,vẽturum ſuum Meſſiam pertinaciter expectãt.Et nobis Chriſtianis diuerſi diuerſis tẽporibus & regionibus Põtifices noſtri,religionum mores pręſcripſeruut,mirum quot legibus inter ſe diſſidẽtes circa ritus,circa ceremonias,circa cultũ,circa cibos circa ieiunia,circa veſtitum,circa quęſtus,circa põpas circa mitras,circa purpuram,& eiuſmodi:Sed vnũ hoc omnium admirabilium vincit admirationem, q; illi hi ambitioſis moribus ſe Cœlũ poſſe aſcendere putãt,quibus Lucifer olim Cœlo deciderit,ac tandem omnes iſtę religionum leges,nullo alio fundamento incumbunt, quam ſuorum inſtituẽtium placitis,nec aliam inſuper certitudinis regulam habent,niſi ipſam credulitatem: Conſyderate ab initio Mundi quot ſunt,quot fuerũt in religione ſtudia,quot ceremonię,quot cult⁹,quot rit⁹,quot hęreſes,quot placita,quot vota,quot leges,& nõdum a tot ſeculis homines ad rectã fidẽ perducere potuit religio abſq; verbo Dei,quo incarnato,& in cruce de hoſtib⁹ triumphante,deiecta ſunt templa & idola,& Deorum poteſtates ablatæ,defeceruntq; oracula:

Ablata eſt Pythij vox haud reuocabilis vlli
Temporibus longis,etenim iam ceſſat Apollo:
Clauibus occluſis ſilet ergo rite peractis,
Diſcedas patria,& redeas ad limina ſacris,

¶ Ex quo enim verbum Dei per Euangelijs nuntium

ŭ ceſſere cœpit mundo: omnes Dii gentium, veluti ful-ure tacti, corruerũt, ſicut apud Lucam ait Chriſt⁹, vi- Luc.x.
i Sathanam ſicut fulgur de Cœlo cadẽtem. Verũ quod ic ae fidem, & ad Theologiã, & ad Canonum decreta ertinet, diſcutiemus inferius, nos hic de religiõe loqui-nur, quãtum ad eas artes quę ad ſacerdotum quęſtũ (ad Rempub. ſuis ſimulachris, ſtatuis, imaginib⁹ tem lis, phanis, ſacellis, faſtis, pompis, & ſacerdotiorũ ma-iſtratibus ornãdum attinet, de quibus alibi inter placi-ı Theologica, Anno M.cccc.x. per me Colonię decla ıata amplo ſermone diſputaui, quocirca ea hic breuiſ-mo ſermone tranſigemus, oſtẽdentes etiã in illis quæ ohoneſtandæ religionis cauſa, & ad hominum ſalutẽ ıuenta ſunt, ſæpe non minimam inueniri cum vanitate ıalitiam, quod ita eſſe nunc per ſingula diſcurrẽtes mõ :rabimus. ¶ IMAGINVM itaq; cultum, iam ab ntiquo non omnes populi admiſerunt: ſiquidem Iudęi Imagi-
vt narrat Ioſephus) nihil magis exhorruerũt quam ſi nes.
ıulachra, nec aliquam effinxerũt imaginem eius quod oluerũt: neq; eorum quorum memoriam tenuerũt: Lex iquidẽ Dei per Moſen prohibuit illis ſimulachra fieri, ut in templis poni, aut adorare coram eis. Apud Seres opulos (teſte Euſebio) etiam lege cautũ erat, ne ſimu-ıchra venerarentur: in Romanorũ quoq; templis apud Clemẽtem & Plutarchum ex decreto Numę, annis cẽ-ım & ſeptuaginta ab Vrbe condita, nullam imaginem ıeq; fictam, neq; Pictam eſſe cõſpectam legimus: Augu-tin⁹ quoq; idẽ teſtatur auctore Varrone: cuius, inquit, erba clariſſime teſtantur, nullum fuiſſe in Vrbe ſimula chrum Deorum per annos centum ſexaginta, factumq; leinceps, vt ex imaginum ac ſtatuarum multitudine, reli gionis cultus negligeretur atq; contemptui haberetur: Perſe etiam (teſtibus Herodoto & Strabone) ſtatuas nõ extruebant: Aegyptiorum autem in iſtis ſumma erat mpietas & ſtultitia, exinde in omnes gẽtes deriuata, qui quidem corruptus gẽtilium mos & falſa religio cũ pſi ad Chriſti fidem conuerti cœperũt, noſtram quoq;

religionem infecit: & in noſtrã Eccleſiam ſimulachra
& imagines, multaſq; pomparũ ſteriles ceremonias in-
troduxit, quorum nihil omnino fuit apud primos illos
& veros Chriſtianos: Hinc cœpimus Diuorum noſtro-
rum muta ſimulachra in Templa noſtra ducere, & in
aras Dei magnis venerationib⁹ collocare, & quo homi-
nem veram Dei imaginẽ in nefas ducimus cõcendere,
eo inſenſata transferimus ſimulachra, illis inclinam⁹ ca-
pita, infigimus oſcula, offerimus lumina, ſuſpẽdim⁹ ana-
themata, adcommodamus miracula, coeminus cõdona-
tiones, deniq;, illis peregrinamur, illis vouemus, illa coli-
mus, ac tantũ non adoramus, nec dici poteſt, qnanta ſu-
petſtitio, ne dicam idolatria panes rudem & indoctam
plebem alatur in imaginibus, conniuẽtib⁹ ad iſta Sacer-
dotibus, hinc non paruũ lucri quæſtum percipientibus,
atq; hic tueantur ſe Gregorij verbis dicentis: Imagines
eſſe libros vulgi, vt poſſit rerum memoria retineri, atq;
in his legant, qui literas nõ didicerũt, illiſq; conſpectis,
ad Dei cõtemplationẽ trahantur. Verum hęc ſunt ex-
cuſantis Gregorij humana commenta, licet ſanctus ille
vis imagines probet, nõ cultum. Alia autem ſunt vetan-
tis Dei pręcepta: non enim decet nos ex vetito imaginũ
libro diſcere, ſed ex libro Dei qui eſt liber ſcripturarũ.
Qui ergo cupit Deum nouiſſe, non requirat ab imagini-
Ioan. 5. bus pictorũ & ſtatuariorũ, ſed (vt inquit Ioaanes) ſcru-
tetur ſcripturas, quę teſtimonium perhibẽt de illo. Qui
autem neſciunt legere, ij audient verbum ſcripturæ: fi-
Io. 10. des enim eorum (vt ait Paulus) ex auditu eſt, & Chriſt⁹
Ioã. 10. apud Iohannem ait: Oues meę vocẽ meã audiunt. Ianq;
etiam ſi quod ait Chriſt⁹, nemo poteſt venire ad eũ, niſi
Ioã. 6. pater traxerit illũ, & nemo venit ad patrẽ, niſi per ipſũ
Chriſtum, cur auferimus gloriam Deo! tribuentes illã
picturis & ſtatuis, ac ſi poſſent trahere in contemplatio-
nem Dei. Accedit iſthuc etiam reliquiarũ cultus immo-
derat⁹: fatemur enim, nec quiſquam negare poterit, Sã-
ctas eſſe Sanctorum reliquias, & quæ ęternitatis gloria
fulgebunt aliquando, ideoq; a nobis ſumma reuerentia

colendas: Fateamur etiam ſanctos ipſos, licet in omnibus locis exaudiant, pie inuocantes, magis tamen vbi aliquid reliquiarum ſuarum velut pignus habent, ſed quia nõ omniũ certitudo eadem eſt, cũ varijs ĩ locis putantur ſãctorum eorundem eadem retineri pignora, neceſſe eſt, horum aut illorũ ſtultam confidentiam eſſe oportere: ne igitur in idolatriam vel ſuperſtitionẽ incidamus, tuti⁹ eſt fidem rebus viſibilibus nõ affigere, ſed colere Sanctos in ſpiritu & veritate per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, illorum opẽ implorãtes. Certiores itaq; reliquias & digniores non habemus sacramẽto corporis chriſti, quod vnicũ Sanctũ Sanctorum in omnib⁹ templis noſtris ſeruatur, qui coram chriſtũ veneramur, & adoram⁹ pręſentem, qui licet vbiq; præſens ſit, ibi tamen etiam corporaliter præſens eſt. Sed auarũ ſacerdotale genus, auari homines non modo ex lignis & lapidibus, ſed etiam ex mortuorum oſſib⁹, & ſanctorum Martyrũ reliquijs materiam auaritiæ ſuæ captãtes, ſuæ rapinæ inſtrumenta fecerunt: attollunt ſe pulchra confeſſorum, exponunt reliquias martyrum, vendentes illorum contactus & oſcula, exornant illorũ ſimulachra, & feſta illorum magnis pompis decorãt, pr̨edicãt illos ſanctos & extollunt magnis pr̨econijs, vitã autẽ illorũ quos tantopere laudãt, longiſſime fugiũt: Nonne iſtis loquutus eſt ſaluator? Væ vobis qui ędificatis ſepulchra prophetarum, ſimiles illis qui occiderunt eos. Proinde, gentilium more, ſanctis ipſis officia diſtribuũt, & hunc cũ Neptuno aquarũ periculis ſubuenire, illũ cũ Ioue fulmen incutere, aut cum Vulcano ignem, alium meſſas curare cum Cerere, aliũ pręeſſe vitib⁹ cũ Baccho: & habẽt mulierculæ ſuas Diuas, a quibus ceu a Lucina, aut venere liberos petant, & quę cũ Iunone iratos placant, vel vindicant maritos. Iã vero etiam ſunt qui furta & amiſſa ſeu predita recuperare faciunt, atq; nullum morbi gen⁹ eſt, quod inter diuos nõ habeat ſuum Medicum, quæ cauſa eſt quod min⁹ lucrãtur Medici quã Cauſidici, cũ nulla ſit lis tam puſilla,

Sacerdotes auari.

Matth. 23.

Officia in ſanctos diſtributa

tam iuſta, quæ diuum aliquem inueniat patronum: Ve
rum ſicut anima noſtra per diuerſa membra, diuerſos
explicat actus, & illa pro diuerſitate diſpoſitionũ ſua-
rũ, diuerſas ſuſcipiũt potẽtias, vt oculi viſum, auris au-
ditum, ita dominus noſter ieſus Chriſtꝰ in corpore ſuo
myſtico, cuiꝰ ipſe anima eſt, per diuerſos ſanctos ſuos,
velut accommodata ad hoc membra, diuerſa ſuæ gra-
tiæ munera in iſtis inferioribꝰ adminiſtrat atq; diſtri-
buit, & ſinguli ſancti peculiare cooperandi munus ſor
tiũtur, & ſinguli certas gratias impartiuntur, iuxta quã
multiformẽ gratiarũ diſtributionẽ, partim hominibus
reuelatam, partim pijs coniecturis aſſequutam, varijs
precibꝰ & inuocationibus ſanctos imploramus: puta-
mꝰ equidẽ, quẽadmodum Chriſtus morte ſua, mortẽ
noſtram redemit, in cuius morte cœperũt ſanctę mor-
tes, omniũq; fidelium mortes ſanctificantur, ſic Marty
res eos qui certo quodam morborum genere, aut hui
ſimili tormento cruciati perierint, ab illo ipſo tanqu
Ex no- id pro nobis paſſi, nos liberare: Et habet id quidem ra
minis tionẽ non inualidã, ſed ridendi ſunt qui a nominis ſim
ętymo litudine & vocum confuſione, & per ſimilia futilia in
Sanctis uẽta Sãctis illa adſcribunt, vt Germani caducum mo
tribui bũ valẽtino, quia hoc nomẽ cadere ſignificat, & Gal
aliquid Eutropio addicãt hydropicos ob vocis cõſimilẽ ſonũ
ridiculũ Nihil ergo hic diuinę potentię & Sanctorũ meritis de
rogatũ volo: impius enim eſt, quiſquis de pietate Chri
ſtiana ac Sãctorum miraculis perperam ſentit, ſed &
Sãctorũ ſuperſtitioſus & improbꝰ eſt, qui pro miraculis ꝓdigi
miracu- ſa queq; mẽdacia, ceu pœtica nugamẽta, vertũt in hiſt
la nõ ri- riã, & ſimplicibꝰ, oraculi loco, credẽda proponũt, ma
denda. gniſq; clamoribꝰ inculcãt: ſtultiſſimi quoq; ſunt, qui iſ
Sãctorũ fabulis & ſomnijs fidem habent. Atq; hic vos ſcire v
modera lo, quod quẽadmodũ imaginũ ~~exuperãs cultus~~, idola
tũ cultũ tria eſt, ita illarũ ꝑtinax ~~deteſtatio~~, hæreſis eſt: de qu
vitupe- olĩ philippꝰ & leo tertiꝰ ĩperatores dãnati ſunt. Sic eti
rare, hę queãdmodũ reliquiarũ abuſꝰ execrabile ſcelꝰ eſt, ita e
reſis eſt rũdẽ irreuerẽtia deteſtãda hæreſis eſt, quę quondam

Vigilãtio Gallo ꝓgenita, ab hieronymo profligata, nũc rurſus vna cum imaginum expugnatorib⁹ a proximis annis apud Germanos repullulaſcere cœpit. Cæterum nunc de TEMPLIS. Scimus hanc maximam olim fuiſſe Gentilium ſuperſtitionem, ſingulis Diis ſuis ſua Tẽpla fabricantium, quorum imitatione cœperũt de ĩde chriſtiani ſuis Diuis Tẽpla inſcribere: multæ tamẽ Gẽtes Templis omnino carebant, & Xerxes quondã, ſuadentibus Magis, omnia Templa per totam Græciã combuſſiſſe traditur, quia impiũ & nefariũ eſſet Deos ipſos parietibus includere: Verum de Tẽplis quondã, zeno Citticos in hæc verba philoſophatus eſt, inquiẽs: Sacella ac Templa cõſtruere nihil quidem neceſſe eſt: nihil enim ſacrum iure exiſtimãdũ, neq; pro ſancto habendum, quod ipſi homines cõſtruxerint: apud perſas nulla olim Tẽpla erant: Hebræis autẽ in tota natione non niſi vnicum Tẽplum religioſum erat a Solomone hieroſolymis extructũ, de quo tamẽ legitur apud eſaiã: Hæc dicit Domin⁹: Cœlum ſedes mea, Terra autẽ ſcabellum pedum meorum: quæ eſt iſta dom⁹ quam ædifi cas mihi? & Stephanus protomartyr ait: Solomon ędificauit illi domum, ſed excelſus in manufactis non habitat, & paul⁹ Apoſtolus ait athenienſibus: Deus nõ in manufactis Tẽplis habitat, qui cum ſit Dominus cœli & Terrę, manibus hominũ non colitur, tãquã indigens aliquo. Docet autem humanam naturam, ipſoſq; homines, ſed puros, pios, ſanctos, & religioſos, Deoq; deuotos eſſe, acceptiſſima deo tẽpla, quemadmodũ ſcribens Corinthijs inquit: templum dei eſtis, & ſpiritus dei habitabit in vobis. Templum autem dei ſanctum eſt, quod eſtis vos. Pręterea, ĩ prima illa noſtra religione, ab ipſis chriſtianæ fidei ĩcunabulis, & diu poſt chriſtum paſſum, nõ fuiſſe noſtris ſacris Tẽpla cõſtructa, fatetur ipſe origenes contra Celſum, docens multis rationibus, chriſtianis illa ad verum dei cultum veranq; religionem nihil conuenire: & Lactantius ait: Non Tẽpla deo congeſtis in altitudinem ſaxis, ſtruenda ſunt,

Germanorũ hęreſis.
templa.
Xerxes templa cõbuſſit
zeno.
Eſa. 66
2. Pa.3.
Act.17.
1.Cor. 13.
Eccleſia primitiua non hobuit templa.

ſed ſuo cuiq; conſeruandus eſt pectore, in quod ſe con ferat cum adorat deum.

Non habitat Templis manum molimine factis
Omnipotens, ędes aurea, verus homo.

Mat. 6. Et chriſtus ſuos adoraturos, nō in templū remittit, nec in Synagogas, ſed in cubiculū orare in abſcōdito: atq;
Lucę. 6. ipſe quod legitur apud Lucā, nunquā apud Turbas, ad vrbes, ad Tēplū, ad Synagogas acceſſit orare, ſed exiuit in montem orare. & ipſe erat pernoctās in oratiōe: Verū Eccleſia quæ nihil agit, niſi acta ſpiritu Dei cum multiplicato Chriſtiano populo Eccleſiā iam ingreſſi
Geñ. 6. eſſēt cū fidelibus peccatores, cum firmis infirmi, & tā
&. 7. quā in Arcam Noe cū mundis animalibus ſimul & immūda, ſacras quaſdam ędes & tēpla & baſilicas loca, ſacrata ab omni prophano commercio libera īſtituit, in quib⁹ Chriſtianæ multitudini verbū Dei publice prædicaretur, cæteraq; religionis ſacramēta, & cōmodius, & caſtius abminiſtrarentur, quæ a populo Chriſtiano ſumma ſemper in veneratione habita, etiam a principibus emunitate munita, nunc in tantam excreuere multitudinem, accedentibus illis tot fratrū oratorijs priuatiſq; facellis, vt maxime neceſſariū foret, multa ex illis tāquā ſuperflua, & indebita mēbra reſecari: Accedit ad hæc, ſtructurę ſuperba magnificētia, ī quā multe admodū ſacræ pecuniæ & eleemoſynæ indies profundūtur, quibus, quod & ſuperi⁹ diximus, multi Chriſti pauperes vera dei templa imagineſq;, fame, ſiti, æſtu, algore, labore, debilitate, ægeſtate periclitātia ſuſtētari deberēt. ¶ FESTORVM etiā dies tā apud gētes, quā
Feſtidies. apud Iudęos magna religiōe ſēper celebres fuere, qui oēs diſtributim per certa anni tēpora, p certos & ſtatutos dies deū colebāt, quaſi liceret aliquando a diuino cultu diſcedere, aut forſan Deus plus alio quam alio tē
Gal. 4. pore ſe coli velit, quod iccirco, vt pbrū paul⁹ obiecit galatis, ad eos ſic ſcribē: dies obſeruatis & mēſes, & tēpora & annos, timeo ne ī vobis fruſtra & ſine cauſa laborauerī, de quare etiā coloſſēſes admonēs, pręcipit illis,

dicens: Nemo vos iudicet in cibo & potu, in parte diei Coloſſ. 2.
Feſti, aut Neomeniæ, aut Sabbatorũ, quæ ſũt vmbra fu- turorũ: Veris em̃ & perfectis Chriſtianus, nulla eſt dierũ differẽtia, qui ſunt ſemper in feſtiuitate, ſemper conquieſcentes in Deo, & ſine intermiſſione, verum Sabbatũ agẽtes, ſicut vaticinatus erat Eſaias ad patres Iudæorum, fore aliquando, vt Sabbatum eorũ tolleretur, cũq; venerit Saluator, futurum ſabbatum perpetuum, perpetuaſq; Neomenias, rudiori autẽ populo, ac infirmę multitudini, ac imperfectiori Eccleſiæ parti, a ſanctis patribus eiuſmodi dies ſtatuti ſunt, quibus cõueniãt ad ſacrã verbi Dei cõcionẽ audiendam, & ad cultum diuinũ celebrandum, ac communicandorum ſacramentorũ cauſa, ita tñ, vt non Eccleſia diebus ſeruiat, ſed dies inſeruiant Eccleſiæ: ſũt itaq; cõſtituti dies abs patribus in Eccleſia, quibus ab omnibus externis negocijs, atque corporeis actibus plebẽ abſtinere deceat, quo liberi⁹ ſeruiat Deo, vacet orationibus & contẽplatiõibus, interſit diuinis officijs, & verbi Dei cõcionibus, & quæcũq; eiuſmodi ſũt, quæ tunc ob ęternæ ſalutis commodum fiunt: ſed ille diſtortor æquitatis, labefactor omnis ordinis & pulchritudinis, auctor omnium malorũ Diabol⁹, quicquid ſpiritus ſanctus ædificat, aſſidue demoliri nitẽs, etiã hanc artem ꝑpe diruit, a deo maxima pars Chriſtiani populi ſacrũ hoc dierũ feſtorũ ocium, nõ adorandum, nõ ad Dei verbum audiendum, nõ ad cætera quorũ cauſa inſtituta ſunt, impendit, ſed ad omnifariam bonorum morũ ac Chriſtiane doctrinę corruptelẽ, in choreis, in comœdijs, in hiſtrionibus, in cantilenijs, in ludis, in cõpotationibus, in põpis, in ſpectaculis, & quibuſcunq; mũdanis carnalibus, ſpirituiſanctitatiq; contrarijs operibus conſumit, & quemadmodum inquit Tertullianus de Cęſarum ſolennibus, ſolent tunc grande officium agere, focos & choros in publicum ducere, vicatim epulari, ciuitatem tabernę habitu obolefacere, vino gulam cogere, certatim curſitare ad iniurias, ad impudentias, ad libidinis illecebras: ſic exprimitur publicum gaudium,

Eſa. 66.

Feſti dies ad quid inſtituti.

Feſtorũ dierum abuſus.

per publicum dedecus: Nonne ergo merito damnãdi ſu mus, qui hoc ritu, Chriſti & ſanctorum eius ſolẽnitates celebramus? Cæterum a diebus feſtis pręter Manichæorum inſanam blaſphemiam & Cataphrygũ peſtifera dogmata, aut nullas, aut pauciſſimas Hæreſes cõpertas habemus, veruntamen maximi in Eccleſias ſchiſmatis occaſionẽ præſtiterunt, cum victor Romanus Pontifex omnes ferme Oriẽtales & Auſtrales Eccleſias, a cõmunióe amputaſſet, ea ſola de cauſa, ꝙ in diei Paſchatis obſeruatione, morem a Romana conſuetudine ſequerent diuerſum, cui tunc inter cęteros excellentiſſimos viros, reſtitit Polycrates Aſiæ Epiſcopus. Præterea Irenæus Lugdunẽſis Epiſcop⁹, quãuis ipſe Romano ritu Paſcha celebrauit, magna tamẽ libertate, victorem Pontificem obiurgare auſus eſt, quod præter exemplum prędeceſſorum ſuorum, pacis perturbator, abſcidiſſet Eccleſias, nõ in fide errantes, ſed in ſolis ritibus quibuſdam a Romana Eccleſia diſſidẽtes. Multa deinceps ſup hac Paſchatis obſeruatione conſiliorum, & Pontificum decreta, ac patrũ ratiocinationes, & quæ vocantur Eccleſiaſtica cõputa, emanarunt, neq; tamen in hũc vſq; diem verã, atq; Per vniuerſum orbem, eandem Paſchatis diem conſtituere potuerunt, & in hunc diem vſq;, conſultis Aſtrologis de Calẽdarij reparatione ſed indeciſo negocio diſputat, digna profecto res, pro qua ob vnius Romani Põtificis pertinacẽ religionẽ, tantũ Eccleſia pateretur naufragium.

Ceremoniæ.

¶ Ex membris denique religionis, non minima ſunt rituum, & ceremoniarum pompę in veſtibus, in vaſis, in luminibus, in campanis, in organis, in concentu, in odoribus, in ſacrificijs, in geſtibus, in picturis præcioſis, in ciborum & ieiuniorum delectu, & ſimilibus magna cum admiratione tum veneratione, ab imperita plebe, & hominibus, qui nihil aduertunt, quã quæ ante oculos obſeruantur, receptis eiuſmodi. Numa Pompilius primũ Romanis ceremonias indixit, quorũ prætextu, rudem adhuc & ferocem populũ, qui vi & iniuria imperium occupauerat, ad pietatem, fidem, iuſtitiã

& religionem inuitaret, feliciuſq; gubernaret, teſtantur hęc ancilia, ac palladium ſacra imperij pignora: Ianus bifrons belli & pacis arbiter, ignis Veſtę, cui flamina cuſtos imperij iugiter vigilaret, ipſeq; ann⁹ faſtorũ, & nefaſtorum dierum varietate, per duodecim menſes diuiſus: ſacerdotiorũq; magiſtrat⁹, in põtifices, & augures partitus, varijſq; ſacrificiorum & ſupplicationũ, ſpectaculorum, proceſſionum, delubrorum, & officiorum ritus, quorum magna pars (Euſebio teſte) exinde in noſtram quoque religionẽ migrauit: Verũ Deus ipſe, quẽ non delectant caro & corpus: & ſenſibilia ſigna, has exteriores, carnaleſq; ceremonias deſpicit, atq; contẽnit: non enim in corporalibus actionib⁹, & ſenſibilibus operibus, cultuq; carnali, vult coli Deus, ſed in ſpiritu & veritate per Ieſum Chriſtum. Ipſe enim ſpectator fidei eſt conſyderans intimum ſpiritum, & occulta hominum, ſcrutator cordium, qui intuetur intima mentis, quapropter carnales illæ & externæ ceremonię, nequeunt homines promouere ad deum, apud quem nihil eſt acceptum, præter fidem, in Ieſum Chriſtum, cum ardenti imitatione illius in charitate, ac firma ſpe ſalutis, & præmij: hic enim eſt verus, & nulla externorũ, carnaliumq; ri tuũ inquinatione violatus Dei cultus, quod nos inſtruens Ioannes ait: Spiritum eſſe Deum, & eos qui volunt adorare, in ſpiritu & veritate oporter adorari: Cognouerunt hoc etiam aliqui gẽtium Philoſophi, hinc Plato in veneratiõe ſummi dei, exteras oẽs ceremonias auferri iubet, & Hermes ad Aeſculapium inquit: hoc ſacrilegio ſimile eſt, cum Deum roges, thus atq; ſimilia incendere: nihil enim deeſt ei, cui ipſe eſt oĩa, aut in eo ſunt omnia, ſed nos agẽtes gratias adoremus: hæc enim ſunt ſummæ incenſiones Dei, quando aguntur gratiæ a mortalibus. Neque pręterea habemus quicquid aliud, quod reddamus Deo magis acceptum quam laudem, gloriã, & gratiarum actionem, neque vero hic quiſpiam obijciat Moſaicæ legis ſacrificia, ritus & ceremonias, quaſi Deus in illis delectatus ſit, non propter hoc eduxit eos

Ioan. 4.

de Aegypto, vt ſacrificia illi offerent, & adolerentur incenſa, ſed vt obliti idololatriæ Aegyptiorũ, audirent vocem Domini, & obedirent illi in fide & iuſtitia, propter illorum ſalutem. Quod autẽ Moſes illis ſacrificia & ceremonias inſtituit, morem geſſit infirmitati, & duriciei cordis eorum, aliquid indulgens errori, vt eos ab illicitis reuocaret, ne gentium ritu, ſacrificia immolarẽt Dæmonibus, & non Deo: nõ enim principaliter hæc, ſed ſecundum conſequentiam cõceſſa ſunt, nec aliter eos obligare potuit lex illa, niſi quatenus populi cõſenſu fuerat comprobata, quin & Moſes ipſe latur⁹ has ceremoniarum leges, ſeniorum & populi collegit ſuffragia, quo illos ſibi magis haberet obnoxios, ideoq; lex illa, pro temporum & rerum viciſſitudine, potuit immutari, & aliquando in totum erat abrogãda: Lex autem Dei quæ in lapideis tabulis tradita erat, perpetua eſt. Sic enim lo-
Hiere. 6 quutus eſt Dominus per Hieremiam: Quo mihi thus de Saba affertis, & cynamomũ de terra lõginqua? holocauſtomata, & ſacrificia veſtra, non delectauerunt me. Et
Hiere. 7 iterum per eundem ait: Hæc dicit Dominus: Holocauſtomata veſtra colligite cum ſacrificijs veſtris, & mãducate carnes, quia nõ ſum loquutus ad patres veſtros, ne de Holocauſtomatibus, nec ſacrificijs præcepi eis qua die eduxi vos de Aegypto, ſed ſermonem hunc præcepi eis dicens: Audite vocem meam, & ero Deus veſter & vos eritis populus me⁹, ambulare in omnibus vijs meis quęcunq; præcepero vobis, vt bene ſit vobis. Et iterum
Eſa. 24. apud Eſaiam ait dominus: Non obtuliſti mihi oues Holocauſtomatis tui, nec ĩ ſacrificijs tuis clarificaſti me, nõ ſeruiuiſti mihi in ſacrificijs, nec aliqd laborioſe feciſti in thure, nec mercatus es mihi argento incenſum, nec adipem ſacrificiorum tuorum cõcupiui, ſed in peccatis tuis ante me ſtetiſti. Super quem igitur ait aſpiciam, niſi in humilem & quietum, & trementem ſermones meos? nõ enim adipes & carnes pingues auferent a te iniuſticias tuas: hoc eſt enim ieiunium quod ego elegi dicit Dominus: Solue omnem modum iniuſticiæ, diſſolue cõnexus

violentorum commerciorum, dimitte quaſſatos in requiem, & omnem conſcriptionem iniuſtam conſcinde, frange eſurienti panem tuum ex animo, & peregrinum ſine tecto induc in domum tuam, Si videris nudū, cooperi eum, & domeſticos ſeminis tui ne deſpicies, tunc erumpet matutinum lumen tuum, & ſanitates tibi cito orientur, & præcedet ante te iuſtitia, & gloria Dei circundabit te. Et adhuc te loquente dicam: Ecce adſum. Non inficior quemadmodum olim in ſynagoha Moſes & Aaron, & per ſucceſſionē cęteri Pontifices, Iudices, Prophetæ, vſq; ad ſcribas, & Phariſæos, ſic poſtmodū in Eccleſia ab Apoſtolis, Euangeliſtis, Pontificibus, Sacerdotibus & doctoribus factum, vt illam pijs quibuſdā ceremonijs, elegantibuſq; ritibus, & inſtitutis tanquam ſpōſam ornatam viro ſuo decorarēt, multa inſuper ſtatuta, & decreta ediderunt poſteriores, iuxta hominum imbecillitatem: Sed quod ſolet ſępe cantingere, vt quod prouiſum eſt ad remediū, tendat ad noxam, ſic accidit, vt creſcentibus ijs ceremoniarum legibus, pluribus cōſtitutionibus hodie onerentur Chriſtiani, quam olim Iudæi, quodq; magis dolēdum eſt, cum ipſæ per ſe, nec bonę ſint nec malæ, plus illis fidat populus, arctiuſq; obſeruet, q̄ tradita a Deo præcepta, diſſimulātibus illa noſtris Epiſcopis, & Sacerdotibus, & Abbatib⁹, & Monachis, ac ſuo ventri interim egregrie conſulentibus. Ceremoniæ autem, etſi nullas contra fidem hæreſes dederint, in- Ceremoniæ diuerſarū ſectarū cauſa.
numeras tamen in Eccleſiam ſectas introduxerunt, maximorunque ſchiſmatum ſemina fuerūt. Hinc primum Græca Eccleſia a noſtra abſciſſa eſt, quod illa nō in azymo cōſecraret, ſed in fermento, cum tamen illā vere cōſecrare fateamur. Deinde etiam Bohemorū Eccleſia ſeparata eſt, quia antiquo ritu cōtra recentiorū Pontificū interdicta ſub vtraque ſpecie ſcōmunicaret Euchariſtię, Galla. 5
q; ſi (vt ait Apoſtolus) circuncíſio nihil eſt, & p̄putiū nihil eſt, ſed obſeruatio mandatorum Dei. Sic & ceremonię nihil ſunt, ſed obſeruatio præceptorum Eccleſiæ. Nefas ergo eſt vtrobique p̄pter modicas, & quaſlibet

cauſas,quę Chriſtianæ fidei nihil officiſt,vnitatem Ec-cleſiæ ſcindere,& corpus Chriſti diuidere,& quod pharisæis Saluator improperat,excolere culicem,& camelum glutire,atque turbata pace Eccleſiæ,in illis pugnare,vnde plus obſit ſchiſmatis pernities,quam proſit correptio. Potuiſſent Romani pontifices multa mala ſuſtuliſſe,pacatanꝗ & integrā ſeruare Eccleſiā ſi toleraſſent Græcorum fermētum & Bohemorum calicem,neꝗ vero maiora hęc ſunt:quam quod Innocētius octau⁹,Volaterano teſte, conceſſit Noruuegijs, vt liceret illis ſine vino ſacrificare calicem. ¶Jam vero & magiſtratus, & varię hominū ſectæ ſunt in eccleſia,cum ad ornamētum religionis,tum pro conſeruando ſacrorum ordine, ne fiat cōfuſio:quicquid autem agitur in eccleſia, ſiue ad ornamentum,ſiue ad ędificationem religionis, tam in diligendi magiſtratibus,quam inſtituēdis miniſtris eccleſię,niſi id fiat diuini ſpirit⁹ inſtinctu,qui quaſi anima eſt Eccleſiæ,vanum eſt & impium:quicūꝗ enim ad magnum Dei officium,& Apoſtolatus dignitatem a ſpiritu Dei vocatus non fuerit,ſicut Aaron,& qui nō ingreſſus fuerit per oſtium,quod eſt Chriſtus,ſed aliūde in Eccleſiam aſcēderit per feneſtram,per fauores hominū, per empticias voces,per imperium Principum,certe hic nō eſt vicarius Chriſti,& Apoſtolorum,ſed fur & latro, & vicarius Iudę Iſcariotis,& Simonis Samaritani:Hic ab antiquis patribus de electio ne Prælatorum(quod ſacer Dionifius vocat nominationis ſacramētum) tam arcta ſtatutum eſt.quod Pōtifices , & Apoſtoli qui præ eſſent miniſterijs in Eccleſia,nominarentur,viri,vita,& moribus integerrimi,potentes in doctrina ſana,de omnibus rationem reddere,ſed antiquis patrum cōſtitutionibus paulatim a ſua maieſtate cadentibus,ac recentiore Pōtificio iure,cum damnabili conſuetudine inualeſcente,tales plęriꝗ ſuper ſedem Chriſti conſcendunt Pontifices, & Apoſtoli,quales olim ſuper ſedem Moſi ſedebāt Scribæ & Phariſæi,qui dicunt & non faciunt, alligātes onera grauia in humeris populi: ipſi autem nolunt digito

mouere, hypocritæ ſunt, omnia opera ſua faciunt, vt videantur ab hominibus, oſtentãtes religionem ſuam, in ſcenis cupiũt primas ſtationes, ĩ choro, in gymnaſijs, in Synagoga, & vbiq; in foro, ĩ plateis, rabi, & magiſtri, & doctores vocari volunt, claudũt viam cœlorũ, & ipſi nõ introeuntes, etiam alios excludunt, nec ſinunt intrare, comedunt domos viduarũ, orationes longas, factitãtes, circumeũtes mare & aridam, ſeducunt & furantur pueros, vt nacto vno proſelyto, exaugeant perditum eorum numerum, vt ipſi perditi, & addicti gehẽnę ignis, alios ſimul ſecũ multo magis diſperderant, ſuis commẽtis, & traditionibꝰ, piiſſimas Chriſti leges labefactãt: verum dei templũ, ac viuas Chriſti Imagines, & aras animarum populi negligentes, aurum & oblationes auaro oculo curant, leuiora, & quaſi ſiniſtra legis facientes, de decimis collectis oblatiõibus, & eleemoſynis accurate noua cudunt, & leges ceremoniarum arcte ſanctiũt, decimantes fruges pecora, pecunias, & etiã quęuis minima, mẽtam, anetũ, cuminum, & de his, canũ more, collatrantes, a ſuggeſto, confligunt cum populo: quę vero grauiora, & dexteriora ſunt opera Euãgelij & legis, & iuſtitię Chriſtianę, iudicium, miſericordiam, & fidem omnino negligunt, excolant culicem, deglutiunt camelum, ceſpitant ad lapidem, ingens ſaxum traſiliunt, duces cęci, falſi & doloſi, geniminaviperanũ, terſi calices, ſepulchra dealbata foris, in mitris, in pileis, in habitu, in veſtitus: in cuculla oſtentantes ſanctimoniã, intus pleni ſpurcitia, hypocriſi, iniquitate, ſcortatores, ſaltatores, hiſtrianes, lenones, aleatores, helluones, temulẽti, venefici, qui iã antea (quod notat Ioãnes Camotẽſis Epiſcopus) nõ ex virtutum meritis, ſed aut per turpe obſequium, aut intuitu munerum, aut fauore principum, aut vĩ armorum, ad ſacerdotia, ad beneficia, ad epiſcopatꝰ cõſcẽderunt, aut ſub hypocriſis fuco, hęc ad ſe traxerunt ex bonis Eccleſiæ: quę pauperum ſũt, ſibi priuatas diuitias cumulantee, Monopolia & mundinas cõſtituentes in eleemoſynis parentum noſtrorum, abũtẽtes illis in

ſcortis, in alea: in venatione, in omni luxu & ſpurcitia: Gaudent equis canibuſq;, & aprici gramine campi. Concutiunt populos, vexant regna, ſollicitant bella, diruunt Eccleſias, quas religioſorum patrum cōſtruxit deuotio, ipſi extruentes palatia, incedentes in veſtibus purpuratis, & deauratis, magno plebis detrimento, & religionis infamia, ac Reipub. inſupportabili onere: Quos non mercenarios pro paſtoribus, non lupos pro mercenariis, ſed pro lupis Diabolos, beatus ille Clareuallēſis Bernardus in ſermone ad generalem Remenſem Synodum, præſente Romano pontifice, definiuit. Ianq; etiam ipſe Romanus ſumm⁹ pontifex (quod idem ſanct⁹ Epiſcopus Camotenſis conqueritur) omnibus grauiſſimus & intolerabilis eſt, cuius pompam & faſtum null⁹ vnquam Tyrānorum ęquauit, atq; ij interim in ſe ſolis, iactant religionis & Eccleſię ſtatum conſiſtere, cum religionis onera, & verbum Euāgelii, quod verum Pontificium munus eſt, in alios reiicientes, ipſi in cōdendis propriis legibus occupati, Eccleſię accipiunt emolumenta, ociosi ſimul & flagitioſi: & quia (vt aiunt) ſedes ipſa pōtificia, aut ſanctos recipit, aut ſanctos facit, hic ſibi nihil nō licere putant, adeo vt etiam ſacris Eccleſiæ ceremoniis, quas ſancti patres ad inſtruādos mortaliū animos & pro conferenda nobis Dei gratia magna obſeruātia inſtituerunt, nefaria voluptate pro ſua libidine impudēter flagitioſiſſimeq; abutūtur, cuiuſmodi exemplum de Bonifacio octauo Pontifice in Prochetum Cardinalem legimus apud Crinitum: Hic eſt ille magnus Bonifaci⁹ quia tria magna & grandia fecit: Primum, falſo oraculo deluſo Clemente, perſuaſit ſibi cederet Apoſtolatum: Secūdum, cōdidit ſextum decretalium, & Papam aſſerui omnium dominum: Tertiū, inſtituit Iubilæum indulgētiarum nundinas, illaſq; prim⁹ in purgatorium extēdit. Tranſeo cætera illa Romanorū Pōtificum mōſtra, quales Formoſus Papa & nouē ſequentes olim Eccleſię ſuiter prę̄fuerūt. Taceo etiam poſteriores illos, Paulum Sixtum, Alexādrum, Iulium, famoſos Chriſtiani orbis

Tria Bonifacij facta.

perturbatores. Prętereo Eugenium qui ob violatũ Turcę iuſiurandum, Chriſtianam Rempub. in tot funeſtiſſima bella coniecit, ac ſi nõ etiam hoſti fides ſeruãda ſit. Alexander ſextus quanto Chriſtianæ Reipub. damno zizimum Pazaithæ Turcæ fratrem veneno ſuſtulerit, omnibus notum eſt. Ianq; ipſi etiam Romanorum põtificem Legati quod ait Camotẽſis & quotidiana experiẽtia notiſſimũ eſt, ſic interdum in Prouincijs debacchantur, ac ſi ad flagellandum Eccleſiã egreſſus ſit Sathana facie Domini, commouent & cõturbant terram, vt videantur habere quod oporteat ſanare, lætantur cum mala fiunt, exultantes in rebus peſſimis. Iob. 1. & 2. Pro. 2.

Vixq; tenent lachrymas cum nil lachrymabile cernũt. Siquidem peccata populi comedũt, & veſtiuntur, & nutriuntur, & luxuriãtur in eis. Sed habent vitiorum ſuorum efficaciſſimos titulos, nec quicq̃ illis obijci poteſt quod non alicuius ſanctorũ exemplo conſtantiſſime excuſent, aut tueantur. Nam ſi improperetur illis, quia indocti & illiterati, dicent, tales Chriſtum delegiſſe Apoſtolos, qui nec magiſtri Legis, nec Scribę fuerint, nec ſynagogas, nec ſcholas vnq̃ frequentauerint. ſi linguæ barbaries obijcitur, dabunt Moſen impeditæ linguæ, & Hieremiam neſcientem loqui, quin & zachariam ꝙ mutus eſſet a ſacerdotio nõ excluſum: Quod ſi etiam ſacrarum leterarum ignorantia, aut infidelitas, aut error, aut hęreſis obijciatur, dicent Ambroſium nõdũ chriſtianũ, ſed catechumenum adhuc, in Epiſcopum electũ, & paulum nõ ex ĩfideli modo, ſed ex perſequutore ad Apoſtolatum vocatum, Auguſtinum quoq; aliquãdo manichæum fuiſſe, & Marcellinum martyrẽ ĩ papatu idolis thura adoleuiſſe: Quod ſi obiiciatur illis ambitio: exemplo illis erunt filij zebedæi: ſi timiditas, timidi erant Ionas & Thomas: ille ad Niniuitas, hic ad Indos accedere metuẽs: Si perfidia, Petrꝰ perfidię addidit periurium: Si fonicatio, Ozeas meretricem. & Sanſon ſcorta complexi ſunt: Si percuſſio, ſi homicidium, ſi militia, Petrus Malcho auriculam amputauit, Martinus Iuliano Mar. 20.

militaui, & Moſes Aegyptium interfecit, & abſcōdit in ſabulo: adeo nihil penes eos refert qualis qſq; ſit qui ac cedat ad ſacerdotia, atq; tūc horum magiſtrorum gla- dio oportet vt qſq; ceruices ſuas ſupponat, gladio īquā, nō verbi Dei, cuius illi cuſtodes, & miniſtri eſſe debent ſed gladio ambitionis, gladio auaritię, gladio mulctæ & extortionis, gladio mali exempli, gladio ſanguinis & occiſionis, quo armantur contra omnem veritatem, & iuſticiam, & honeſtatem:-

Sceptrorum vis tota perit, ſi pendere iuſta
Incipit, euertetq; aras reſpectus honeſti
Libertas ſcelerum eſt, quæ regna inuiſa tuetur,
Sublatuſq; modus gladii, facere omnia ſeue,

¶ Non impune licet illorum placitis cōtradicere, nec li- bidini eorum reſiſtere, niſi quis paratus ſit martyrium ſubire pro Chriſto, hoc eſt, exeremari p Heretico, quē admodum Hieronymus Sauonarola Prędicatorii ordi nis Theologus, ſimul ac Propheticus vir olim apud Flo rentiam exuſtus eſt. Verum quoniam omnis poteſtas bona eſt, quia a Deo eſt, a quo ſunt oīa & omnia bona, & licet vtentibus aut patientibus aliquādo mala ſint vni uerſitati tamē ſemper bona ſunt, prouidente ſic illo qui bene vtitur, malis noſtris. propter multitudinem enim delinquentium ſuperinducit Deus Tyrannos, & pecca- ta populi faciunt regere hypocritam. Quicunq; igitur a domino cōſtitutus eſt Epiſcopus in Eccleſia, dignum & iuſtū eſt obedire illi, & in nullo cōtradicere: qui enim Epiſcopo & Sacerdoti obedire contemnit, nō illum, ſed
1. Re. 8. Deum contemni, quemadmodum de cōtēptoribus Sa- muelis ipſe loquutus eſt, inquiēs, Non te ſpreuerūt, ſed
Exo. 16. me: Et Moſes aduerſus murmurantem populum ait, nō aduerſus nos murmuraſtis, ſed aduerſus dominū Deū:
Num. Non igitur inultus permanebit a domino, qui ſe contra
15. Epiſcopum & Prælatum ſuum oppoſuerit, Dathan &
3. Re. Abiron reſtiterunt Moſi, & terra viuos abſorbuit: Mult
21. & 22 cum Chore conſpirauerūt aduerſus Aaron, & igne cō ſumpti ſunt: Achab & Ieſabel perſequuti ſunt Prophe-

as, & canes comederũt eos: Egreſſi pueri, vt illuderēt 3.Re.8.
Heliſęo, & vrſi dilaniarunt illos: Ozias Rex contra Sa- 4.Re.2
cerdotes ſacerdotiũ errogare auſus, lęproſus factus eſt: 2.pa.26
Saul quia pręter Samuelem Sacerdotū, principē ſacrifi- 1.Reg.
care pręſumpſit, regia vnctione ſimul & prophetico ſpi 13.
ritu priuatus a Deo, datus eſt ſpiritui malo. Infidele eſt
ſcripturis ſacris nō credere: Impiũ eſt ſacerdotes ſper-
nere, boni ſunt Sacerdotes, melior Epiſcop9, ſuper oēs
ſanctiſſimus ſummus Pōtifex & priceps Sacerdotum,
cui creditę ſunt claues regni Cœlorũ, & commiſſa ſunt
ſecreta Dei, princeps quidem ſecundum Deũ, Pontifex
ſecundũ Chriſtũ, quē qui honorat, honorabitur a Deo,
qui inhonorauerit, inhonorabit illum Deus, & vltionē
euadere non poterit. ¶ Sunt adhuc in Eccleſia diuerſa-
rũ ſectarũ populi, Monachi & Fratres & Anachorithę, Sectæ
quibus vetus lex omnino caruit: Caruit etiam Eccleſia Manaſti
eo tempore quo fuit optima, nec tot ceremoniarum riti- cæ.
bus implicita, qui hodie religioſorum nomen ſibi ſoli vē
dicāt, arduas profecto viuendi regulas, & officia ſanctiſ-
ſima profeſſi, laudabiliſq; virorũ ſanctiſſimorunq; pa-
trum nomina, puta, Baſilii, Benedicti, Bernardi, Auguſti
ni, Franciſci, & ſimilium prę ſe ferentes: ſed hodie pau-
ci inter eos boni, ingens autē malorũ turba. Siquidem Qui ad
huc tāquam in malorum omnium aſylum cōfluūt quoſ- Mona-
cunq; ſcelerum conſcientia terret, qui ob legum vindi charum
ctam nuſquam alibi tuti ſunt, qui crimina commiſerunt cōfluāt.
ſupplicio expiāda, quos vitę turpitudo abſtraxit ad infa-
miam, quos reb9 ſuis, ſcortis, alea, ingluuia profuſis, æs
alienũ ac turpis egeſtas mendicare compellũt: & quos
laborem ſubterfugientes, ſpes ocii, ac fraudatæ cupidi-
nis impatiens deſperatio, aut circumuēta iuuentus, aut
iniuſta nouerca, aut iniqui tutores huc impegerũt, quo-
rum omnium agmē iungit ſimulata ſanctimonia, cucul
latus habitus, & valida mendicitas, atq; illud mare ma- Pſalm.
gnum in quo cum cęteris piſcibus habitant Leuiathan 103.
& Behemoth, Cete grandia, bellue, & reptilia quorum Eſa.37.
non eſt numerus, de quo exiliunt tot Stoicæ ſimiæ, tot

inſolentiſſima poſcinũmia, tot palliata mēdicabula, tot cucullata monſtra, barbigeri, funigeri, reſtiferi, ſaccogeruli, loripedes, lignipedes, nudipedes, atrati, nigritę, griſones, abichlamydes, verſicolores, multipelles, linoſtolii, retiarii, palliati, chlamydati, pulati, paludati, pręcincti, braccati, ac id genus aliorũ turba hiſtrionũ. Qui cũ de rebus humanis nullam fidem habeāt reliquā, ob mōſtroſe veſtis habitum creduntur illis diuina, hodieq; ſacrum religionis nomē ſibi ſoli vſurpant, ac ſe Chriſti ſodales Apoſtolorumq; contubernales iactāt, quorum vita ſæpe ſceleſtiſſima eſt, auaricia, libidine, gula, ambitione temeritate, petulātia, & omni ſcelere referta, ſed religionis prętextu ſemper inulta: Romanę enim Eccleſiæ priuilegiis muniti ſunt, & a iuriſdictione omnium Eccleſiarum exempti, quo plura illis impune liceant, cumq; ipſi pro foro rei alios quoſq; vbiq; conueniant, ipſi tamen conueniri nō poſſunt, niſi aut Romæ, aut Hieroſolymis. Horũ vanitates & errores ſi mihi calamo explicādi forent, non caperēt omnes pelles Madian, eorum inquā: qui non pietatis cauſa profeſſi ſunt religionem, ſed ventris gratia cucullam induerunt. Neq; vero bonos offendet hic ſermo, quem de ſolis improbis dictum volo, qui ſub pellibus agninis ſunt lupi rapaciſſimi, & in veſtibus ouium aſtutā gerunt ſub pectore vulpem, adeo diſſimulantes artes fallacię ſuę, vt nihil aliud profeſſi videātur quam ſcenicam quandam hypocryſim, & merum quęſtum pietatis imagine perſonatum, dum pallido vultu mentiuntur ieiunia & obſequētibus lachrymis profunda a pectore trahunt ſuſpiria, & mobilib⁹ labris frequētes oratiōes ſimulantes, & greſſu inceſſuq; compoſito, geſtibus tranquillis:

Obſtipo capite figentes lumina terræ,

Modeſtiā ſibi vēdicātes, fucato habitu humilitatē, & ſuſpēſa a collo cuculla, ſanctimoniā foris profeſſi, int⁹ autem deteſtandos mores ſecum ferētes, atq; cũ inter hęc ſceleratiſſima quæq; nonnnuquā commitant, ſeruantur vincuntq; religionis titulis, cuculla veluti clypeo cuncta

Fortunæ ſpecula repercutiẽtes, & ab omnibus mũda-
nis periculis ciuilibuſq; moleſtijs ſecuri, panem ociosũ
& emẽdicatũ pro eo qui laboribus acquiritur veſcẽtes,
ſecuri & ſine ſollicitudine dormiẽtes: hancq; tum Euã-
gelicã paupertatẽ putãt in ocio & mẽdicitate veſci alie-
nis laborib⁹, cũq; ſummã humilitatẽ profiteantur, ince-
dẽtes vili veſtitu, vt ruſtici nudipedes, vt hiſtriones, re-
tiarij, cincti funib⁹ vt capti latrones, raſo toto capite vt
fatui, cuculla auriculis ac tintinnabuls tenus morioni-
bus ac laruis carnis priuialibus quam ſimillimi, cæte-
raq; quæcũq; cõtumeliæ & abiectionis ſigna ꝓpter chri
ſtũ & religionẽ ſuſcipere fateant: vincũtur ambitione,
& omnem inſtituti ſue rationẽ in arrogãtiſſimos titulos
referunt, ac Paranvmphi, Rectores, Gardiani, Preſi-
des, priores, Vicarij, Prouinciales, Archimandritæ, ge
nlrales vocari gloriãtur, vt nullũ homin gen⁹ tam vi-
deatur primi loci appetens quã iſtud: nõ deſunt quę de
iſtis ꝑ plura mala male dici poſſẽt, Sed iã pręceſſerunt
qui de ijs ampliſſimis maledictis cõcionati ſunt, adeo
vt nõ ſolũ multos ꝓbos & integrę vitæ vere religioſos
patres, ſed ipſas etiã ſãctorũ patrũ bene viuẽdi inſtitu-
ta, & regulas cõtẽptui expoſuerũt: quo circa nihil ego
hic ĩ ſuggillationes eorũ dixiſſe volo, qui recte in ꝓfeſ-
ſionib⁹ ſuis ambulãtes, Sãctorũ illorũ patrũ veſtigia ſe
quẽtes ad cumulũ aſpirãt perfectionis: fateor regulas
& profeſſiones illorũ ſanctas, fateor eſſe in hunc diem
Sãctos Monachos, ſanctos Fratres mẽdicantes, ſãctos
anachoritas, ſanctos Canonicos regulares, tamẽ inter
hoc plurimos infideles & reprobos, & apoſtatas, qui-
b⁹ religionis profeſſio deformatur, atq; hoc eſt propo-
ſitũ noſtrũ, voluiſſe oſtendere nullã vnquã cuiuſuis re-
ligionis ꝓfeſſionẽ tam caſtã extitiſſe, in quam non ir-
repſerit erroris & malitię macula: ſiquidẽ & Angelos
apoſtatas legimus, & primos fratres parricidas, pro-
phetas reꝓbos, apoſtolos ꝓditores, & diſcipulos chri-
ſti ꝑfidos, atq; inter romanos pontifices ſupra multos
ſchiſmaticos, & reprobos, & etiã hęreticos, aliquando

etiam mulierem ad tanti apicis culmē cōſcendiſſe.quę
vocata eſt Ioannes octauus,rexitq; ſedem Apoſtolicā,
Ioānes laudata ab omnibus, annos duos cum aliquot mēſibus
octau⁹. atq; diebus, & quod mulieribus in Eccleſia negatū eſt,
cōtulit ſacros ordines, promouit Epiſcopos, miniſtra-
uit ſacramenta,cæteraq; Romanorū pontificum exer-
cuit munera, & facta eius in Eccleſia nō fuerunt irita,
cōmuni videlicet errore faciente ius, quo præualente
puto Eccleſiā tūc coactā multa diſſimulare quæ religio-
nis rigor alias non tuliſſet,adeo ne in religionib⁹ quic-
quam integrum,ſtabile,& perpetuum reperiri poteſt.
Qucunq; autē in Eccleſiam Dei ſectas introducunt, &
tanquā ſibi placentes quæſtus cauſa aut ficte ſanctita-
tis gloria ſecedūt a Principe Romana Eccleſia, ij tan-
quā Nadab & abiu alienum ignem offerentes ad alta-
Leui.x. re Dei,ab eo cōburētur.Qui vero elati & peruerſę ſen-
tētię excogitatis hęreſibus exurgere audent aduerſus
Eccleſiam Dei,cū dathan & Abiron voragine terrę ab
Nume. ſorpti,viui deſcendent in infernū.Qui autē ſcindūt vni-
16. tatē religionis & chriſti mēbra diuidentes affligunt ec-
cleſiam Dei,eadem pœna qua hieroboam extermina-
buntur.Reliquum nunc quia apud Aegyptios primos
Amos 7 religionum auctores neminem olim ſacerdotē fieri li-
Ars me cebat,qui priapi ſacris non prius initiatus fuiſſet,atq;
retricia in noſtra eccleſia receptum ſit,ꝙ carens teſtibus papa
eſſe non poſſit,prohibeanturq; Spadones,eunuchi, &
caſtrati ī Sacerdotes ordinari,palāq; videm⁹ vbicunq;
ſunt magnifica iſta tēpla, & Sacerdotū Monachorūq;
collegia,vt plurimū in proximo eſſe lupanaria.quin &
plurimę monialium & veſtalium acbeguinarū domus
priuatę,quędam meretricularum fornices ſunt,quas e-
tiā monachos & religioſos(ne diffametur eorum caſti-
tas)nonūquā ſub monachali cuculla ac virili veſte in
monaſterijs aluiſſe ſcim⁹.Viſum eſt nō præter ordine
de arte meretricia ſermonē hic ſubnectere,quam equi-
dē ad bene inſtitute Reipub.rationē,non ſolum vtilē
ſed & neceſſariā eſſe pleriq; ſapientiſſimi arbitrati ſūt

Nam ſolon ille magnus athenienſiū legiſlator atq; vn⁹ de ſeptem ſapientib⁹ Apollinis oraculo iudicatus (vt teſtes ſunt philemon & meander) emptas iuuentuti meretriculas comparauit, & prim⁹ Veneris pandemi tēplū ex proſtitutarum capturis dedicauit, lupanariaq; inſtituit, legem ſanciuit, immunitate etiam meretricib⁹ cōceſſa roborauit, tantę quoq; reuerentiæ habitæ ſunt meretrices in gręcia, vt cum porſes in Gręciam expeditionem faceret, Corinthię meretrices pro ſalute gręcię in Templo Veneris ſupplicarēt: Mos quoq; is erat apud Corinthios, vt de re magna ſupplicaturi Veneri, meretricibus id committeretur: Meretricum Templa conſtructa plurima apud Epheſū & aliud celebre ædificarunt abydeni, q̄ libertatem ſibi ademptā meretricis opera recuperarunt. Ipſe prętere a ſapiens Ariſtoteles nō dubitauit etiam meretrices diuinis honoribus dignas, quādo hermiæ pellici ſicut Eleuſinę Ceteri ſacra fecit: Inuentum autem hui⁹ artis veneri tribuitur, quæ iccirco etiā inter Deas relata eſt: hæc enim impudica omnibuſq; proſtituta libidinibus, auctor mulierib⁹ in Cypro fuit, vt vulgato corpore quæſtum facerēt: vnde apud Cyprios, narrante Iuſtino, mos inoleuit, vt virgines eorū ante ſtatutas nuptias in quæſtū ad litus maris p̄ſtituerēt dotem lucraturas: & pro reliqua pudicitia veneri libamenta ſoluturas, apud babylonios etiā (teſte Herodoto, cōſuetudo fuit vt qui rem domeſticā cōſumpſiſſent, filias ſuas adigerēt ad quęſtū corpore faciendū: verū aſpaſia Socratica meretrix vniuerſam gręciam, vt ſcribit atheneus, meretricibus impleuit, ob cuius amorem eiuſq; miniſtras a Megarenſib⁹ raptas ait ariſtophanes bellum Pelopōneſiacum a pericle ſuſceptū: Extulit autem hanc meretricandi artem per multū imperator ille Heliogabalus, qui, vt teſtis eſt Lāpridius, lupanaria domi amicis, cliētibus, & ſeruis exibuit, conuiuia dedit ad viginti duo fercula ingentium epularum, ſed vt per ſingula conuiuę coirent & lauarēt, iuramētoq; adigebantur, quod voluptatem hāc

Solon.

Corinthię meretrices

Meretricū tēpla

Venus meretricię artis īuētrix.

Aſpaſia meretrix.

Heliogabal⁹ metricię artis fautor.

perficerent: Sæpe etiam meretrices a Lenonib⁹ cũctis redemit, & manumiſit: e quibus meretricẽ quãdã notiſſimã & pulcherrimã triginta argenti libris redemiſſe legitur: fertur & vna die ad omnes Circi & Theatri, & amphitheatri, & omnium Vrbis locorũ meretrices ingreſſus, & ſingulis aureum donaſſe. Aliquãdo etiam oẽs de Circo, de Theatro, de ſtudio & omnibus locis & balneis meretrices collegit in ędes publicas, & apud eas cõcionẽ habuit, quaſi militarẽ, vocãs cõmilitones, diſputauitq; de generib⁹ ſchematũ voluptatũ: poſt cõcionẽ pronunciauit iis quaſi militib⁹ ternos aureos denutiuum: etiam matronis Romanis meretricari volẽtibus non ſolum impunitatẽ, verũ etiã immunitatem cõceſſit, ſalariaq; ex publico ęrario meretricibus ſtatuit: Etiam Senatuſconſulta quædam amatoria & meretricia ſiue futuatoria inuulgauit, eaq; de nomine matris ſiue coniugis ſuę Semiramida iuſſit appellari: inſuper & genera quædã libidinũ adinuenit, quibus etiã Cyrenæ meretriculę (quæ Dodecamechana, quoniã in venereo vſu duodecim excogitaſſet modos, quibus incenſori iucundius redderetur libidinis proluuium, cognominata eſt) numoros ſuperaret, ac veteres omnes tribades, Hoſtias, aphias, Spinctrias, caſaluadas, Caſaritas, proſtibulas, cæteraq; ſcortilla vinceret. Tranſeo Iudã Iſraelitã, patriarcham ſcortatorem, & ſanſonem populi Dei Iudicẽ, qui nõ niſi ſcorta duxit vxores, ac Solomonẽ Iudæorũ Regẽ ſapientiſſimum, qui greges meretricum pene innumerabilium habuiſſe proditur. Quin & cum Cæſarem dictatorem virum ſtrẽnuiſſimum hanc ob cauſam omnium mulierum virum nuncupatũ: Tũ & Sardanapalũ Babyloniorũ Monarcham, cæteroſq; innumeros meretricũ potentiſſimos patronos, ipſe etiam Proculus Imperator in hac arte non poſtremam gloriam reportauit, quæ, vt teſtatur eius ad Metianum Epiſtola, ex captis centum Sarmaticis virginibus decem prima nocte iniuit: omnes autem intra quindecim dies conſtuprauit: Sed mai⁹ illo eſt quod poetæ narrãt

Heliogabalus cõcionatus ad meretrices.

Senatus cõſulta futuatoria.

Iudas. Sanſon ſolomõ.

Cæſar dictator

Sardanapalus procul⁹.

de Hercule, illũ quinquaginta virgines vna nocte omẽs Hercu-
mulieres reddidiſſe: Narrat etiam Theophraſtus gra- les.
uis auctor herbulam quandam Indicam tante virtutis,
vt quidam ea comeſta, ad ſeptuageſimum coitum pro-
ceſſerit. Reliquum vero non parum hanc artem orna-
runt Sappho Poetria Phaonis adamatrix, & Leontium Sappo
Metrodori ſcortum, in Philoſophia eruditiſſima, adeo Leontiũ.
vt aduerſus Theophraſtum contra coniugium pro tuẽ-
do meretricatu libros ediderit: Acceditiſtis Sempro- Sempro-
nia Græce & Latine elegantiſſima: Nec prætereũda hic nia:
eſt Leæna Ariſtogitonis Athenienſis probatiſſimę fi- Leęna.
dei ſcortum, quę tota a Tyrannis vt amicum prode-
ret, tormenta omnia cum conſtanti ſilentio perpeſſa
eſt: Nobilitarunt præterea hanc artem Rhodope mere Rhodo
trix Aeſopi fabulatoris conſerua quondam & contu- pe.
bernalis, quæ tantas opes meretricio quæſtu conſe-
quuta eſt, vt inter Mundi ſpectacula tertiam ordine
condiderit Pyramydem: ſequitur hanc Lais Corin- Lais.
thia, quæ prærogatiua pulchritudinis inſignis, Re-
gum duntaxat & Principum dignabatur amplex⁹: ma- Meſſali-
xime vero hanc artem extulit meſſalina Claudij Cæ- na.
ſaris vxor, quæ lupanaria circumiens, etiam ancil-
lam nobiliſſimam e proſtitutis die ac nocte, quinto & Iuueda.
vigeſimo cõcubitu ſuperauit: Et laſſata viris, ſed non ſaty.6.
ſatiata receſſit, quibus adiungere poterimus ex recẽtio Io anna
re memoria Ioannam Ne pollitanorum illuſtrem Regi Regina
nã, & plęraſq; alias prĩcipes meretrices, & Palatia ſcor Neapoli-
ta, ſi nuncupare ea tutum foret, quãuis vulgata fama no tana
tiſſima ſint, hoc ipſo tamẽ a cæteris meretricibus diſcre
ta, quod cõtra Heliogabali legẽ, nõ in publicis lupanari
bus vt Meſſalina illa Imperatrix, ſed intra limina clãcu
lum futuunt, & quaſi per inſidias meretricãtur. Adſcri- Iuliæ,
bamus liceat etiam Octauiani Auguſti vtranq; Iuliã, fi- Populea
liam & neptẽ, tum & Populeam & Cleopatram Aegy- Cleopa
pti Reginã, & alias nobiliſſimas meretrices: quin etiã ra.
Semiramidis monarchię & Paſiphaes vetuſtiſſimas li-
bidinis exẽpla: quarũ hæc tanta libidine ardeat, vt non

modo filium proprium in complexum ſollicitaret, ſed etiā equum vſq; ad coitū adamarit, illa vero Minois Regis vxor, ſe tauro ſuppoſuerit. Nolumus aūt hoc loco illuſtrium meretricū cacialogum ædere, ſed illud prætereūdum nō eſt, meretricos & adulterinos cōcubitus germinaſſe nobis ſplēdiſſimos heroas, puta Herculē, Alexandrum, Iſmaelē, Abimelech, Solomonē, Cōſtantinū, Clodoueū Francorum Regē, & Theodoricū Gotthum, Guilhelmum Normanum, Raymirum Arragonenſem, Sed & qui hodie regnant & imperant Reges, pauci admodum ex legitimis matribus nati ſunt, iam leuia habētur peneſeos matrimonij iura, vt pro libito deſpōſatas, iuſtas, veraſq; vxores repudiēt, mutent atque permutēt, ſimiliter & filios filiaſq; tot nuptijs & ſponſalitijs copulant & recopulant, vt neſcire cogamur, vbi verum cohæreat illorū matrimonium: Exempla huius plura ſuppetunt, ſed pauca quæ a proximis annis ſeſe offerunt pro omnibus ſatiſfaciunt: Nonne Ladiſlaus Polonus, accepta in vxorē Beatrice, cuius mutu Hūgarię regnum obtinuit, tādem, repudiata illa, ſuperinduxit aliam ex Gallijs pellicē? Nonne Carolus octauus Rex Frācorū, repudiata Margareta Maximiliani Cęſaris filia, illius ſponſam rapuit & vorē ſibi copulauit? quā eandē poſtea Ludouicus duodecimus, repudiata ſua, ſibi conſimili thoro coniunxit, cōſentientibus iſtis & adiutātibus regni Epiſcopis & pontificibus: quibus viſum eſt pluris facienda iura acquirendæ Britanniæ, quā iura obſeruādi legitimi matrimonij: Et hodie adhuc neſcio cui Regi perſuaſum audio, vt liceat ſibi iam pl9 viginti annorū vxorē dimittere & nubere pellici: Sed ad meretrices reuertēdū eſt, harū artes qui noſſe velit, videlicet, quo ritu ſuā proſtituant pudicitiā, qua oculorum laſciuia, quo nutu faciei, quo corporis geſtu, queis ſermonū blāditijs, queis ipudicis contrectationibus, quo exteriore habitu ac fuco ſollicitent corruptores, cæteraſque meretricæ artis vafricias, illices, laqueos, ſtratagemata, apud Comœdiarū Poetas hęc requirat. Qui autē ſcire cupit, quo ritu, quo

Heroes ex meretricio & adulterino cōcubitu.

delinimento,quo contuitu,quo affatu,quibus baſijs,qui
bus ſuauijs,quibus cõtractibus, quibus oppreſſiũculis,
quibus affrictionibus,quib⁹ luctis, quo accubitu,quo cõ
ſtrictu,quibus motibus,quo impulſu, quo exceptu, quo
recuſſu, qua Veneris protelatione, qua reciprocatione,
qua inſtauratione,meretricius ludus ſit explend⁹,in me
dicorum voluminibus traditum inueniet. Scripſerũt prę
terea,libros de meretricibus, Antiphanes , Ariſtopha- Scripto-
nes,Apollodorus,Calliſtrat⁹:particulatim vero Laidæ res artis
meretris laudes ſcripſit Cephalus rhetor,atque Naidis meretri-
meretricis laudes conſcripſit Alcydamus . ſcripſerunt ciæ.
præterea de fornicarijs amoribus, tam Græci quam La
tini,Callimachus,Philotes,Anacreontes,Orpheus,Al-
ceon,Pindarus,ſappho,Tibullus,Catullus, Properti⁹,
Vergilius,Iuuenalis,Martialis,Cornelius Gall⁹, & mul
ti alij non tam Poetarum quam lenonum officio functi,
ſed hos om̃es vincit Ouidius in Epiſtolis heroicis,& ad
Corynnam dictatis,maxime vero de arte amandi, quẽ
verius de arte meretricandi,aut lenocinãdi intitulaſſet,
ob quorum æditionem,quod iuuentutem impudicis do-
cumentis corrupiſſet,ab Octauiano Auguſto in meritũ
exilium ad Getas vſq; relegatus eſt:ipſe etiam Archilo-
chus Lacedemonius olim omnes amorum libros iuſſit
excremari,& tamẽ hæc ars hodie adhuc a nobis legit,
& ludimagiſtri hanc ſuis prælegunt diſcipulis, & æditis
in eam ſceleſtiſſimis commentarijs exponunt: quin &
vidi ego nuper atq; legi ſub titulo Cortoſanę Italica lin-
gua ęditum,ac Venetijs typis excuſum,de arte meretri-
cia dialogũ vtriuſque Veneris omniũ flagitioſiſſimũ,di-
gniſſimũ qui ipſe cũ auctore ſuo ardeat. Prætereo hic &
cõſulto quidẽ Cinædum & Pędiconũ deteſtandã libidi-
nem referre,& ſi illã magnus probet Ariſtoteles, ac Ne
ro Imperator publico thoro honeſtauit,quo tẽpore pau Rho.1.
lus Apoſtol⁹ ſcribẽs ad Rhomanos indignationẽ omni- &.2.
potentis Dei illis indicit:Pluet enim ſuper eos Domin⁹ Pſal.10.
laqueos,vt non effugiant.ignis & ſulphur & ſpirit⁹ pro
cellarum pars calicis eorum. In hos iubet Imperator in

ſurgere leges & armari iura, & exquiſitis pœnis, vltori
gladio, pœnā irrogari capitalem: ſed hodie igne exere
mantur, quam Moſes in legibus ſuis crudelibus ſuppli
cijs extirpandā cenſit, & Plato a ſua Repub. expellit, &
in legibus damnat. Antiqui etiam Romani hanc (teſte
Valerio, & alijs) ſeueriſſime punierunt. Exempla huius
fuerunt Q. Flaminius atq; Tribun⁹ ille a Cælio occiſus:
ſed nos honeſtis auribus parcentes, ab hac mōſtroſa li
bidine & brutali ſpurcitia ad meretrices redeamus. Si
quidem omnib⁹ hæc libido infeſta eſt, & nō eſt qui igni
illius aliquando non ſenſerit, ſed aliter vruntur fœmi
næ, aliter viri, aliter adoleſcentes, aliter ſenes, aliter ple
bei, aliter proceres, aliter pauperes, aliter diuites, qđq;
mirabilibus eſt, pro nationum & terrarum varietate, ali
ter Itali, aliter Hiſpani, aliter Galli, aliter Germani. Ita
libidinis incēdio pro cuiuſq; ſexus, ætatis, dignitatis for
tunæ atq; nationis differentia ſibi varios inſaniendi rit⁹
diligente, virorum amor ardentior, ſed fœminarū per
tinacior, amor iuuenum laſciuus eſt, & ſenum ridicul⁹
placere ſtudet pauper obſequio, diues munerib⁹, plebei
cōuiuijs, proceres pompa & ludis, adoritur Pathicā in
genioſus Italus, diſſimulato ardore, quadā adornata la
ſciuia, illamq; æditis laudat carminibus, omnibuſq; p̄fe
rens extollit. Si potiatur, zelotypus illam perpetuo recl
dit, ac veluti captiuam obſeruat. Si amore fruſtatus, de
recuperāda Pathica deſperauerit, ad maledicta conuer
ſus, illam infinitis conuicijs deteſtatur: præceps Hiſpa
nus, ardoris impatiens, furibūdus irrequieta laſciuia in
ruit miſerabilibuſq; lamentis incendiū ſuū deplorās, Pa
thicam inuocat & adorat: ſi potit⁹ fuerit tandem, aut ze
lotypus perimit, aut ſatiatus ad mercedem proſtituit: ſi
frui deſperare cogatur, ſeipſum excruciat & mori deſti
nat. laſcius Gallus obſequio nititur, cantibns & iocis
Pathicā oblectat: ſi captus zelotypia: mœſt⁹ luget, ſi fru
ſtrat⁹, laceſſit contumelijs, vindictam minatur vimq; in
tantat. Si potitus fuerit tandē, negligit & aliam vrit: fri
gidus Germanus lente inardeſcit, accēſus arte inſtat &

donis prouocat, zelotypus liberalitatem cōtinet, fruſtratus contemnit, potitus refrigeſcit: fingit ſeſe amare Gallus: ardorem diſſimulat Germanꝰ: amatum ſeſe ſibi perſuadet Hiſpanus: amare neſcit abſq; zelotipia Italus: amat iucundam, licet deformem Gallus: petit pulchram, licet inertem Hiſpanus: mauult timidulam Italus: cupit audentiorem Germanus: fit e ſapiente ſtultus pertinaciter amando Gallus: rebus omnibus amando profuſis, e ſtulto tandē, ſed ſero fit ſapiens Germanus: ob placēdæ amatæ deſyderiū, magna adgreditur Hiſpanus: vt amata fruatur, maxima quæq; cōtemnit Italus. Quin huiuſmodi amorum libidinūq; paſſionibus irretiti, etiam maximi viri multa prēclara facinora ſæpiſſime negligunt, & poſt terga relinquunt, cuiuſmodi quondam in Ponto Mitridates in Capua Hannibal, in Alexādria Cæſar, in Græcia Demetrius, in Aegypto Antoniꝰ: ceſſat olim ab opere Hercules propter Iolen: Achilles pugnam detrectat propter Pryſeiden: moratur Circe Vliſſem: moritur in carcere Claudius propter Virginiam: retinetur Cæſar per Cleopatram, eadenq; exitio fuit Antonio: pdūt ſacrę literę propter fornicationē filiorū Seth cum filiabus Cayn, prope vniuerſum humanū genus diluuio extinctum: propter fornicationis impetum deletæ ſunt ſichem & domus Emor, & pene tota tribus Beniamin: populus Iſrael propter fornicationem externarum fœminarum, quoties percuſſus eſt: & in ſeruitutem datus? ianq; propter vnius Dauid regis adulterium, quāta ſtrages, peſte, fame, & gladio facta eſt? propter fornicarios amores, fœminarunq; raptus Thebani, Phocēſes, Circei, expugnati atq; deleti ſunt: ipſunq;, vt diximus, Pelopōneſiacum bellum a Pericle ſuſceptū eſt, ac decennali bello expugnatum Iliū, maximo totiꝰ Greciæ atq; Aſiæ detrimēto ſimiles ob cauſas Tarquinius, Claudius, Dionyſius, Hānibal, Ptolemeus, M. Antonius, Theodoricꝰ, Gotthus, Rodoaldus Lōgobardus, Childericus Frācus, Aduincelaus Bohemus, atque Manfredus Neapolitanus: mortem & patrię ruinam paſſi ſunt, propter

art lenonica

Canam Iuliam Tangitanæ prouinciȩ præfecti filiā per Rhodericum regem ſtupratam,pulſis Gotthis: ſarraceni omnem Hiſpaniam occuparunt: Henricus ſecundus Anglorum Rex obſtupratā nurum ſuam Philippi Francorum Regis ſororem a filio ſuo regno pulſus eſt: Propter virorum fornicationes indignatæ vxores Clytemnæſtra,Olimpia,Laodice Beronica,Frigiobunda & Blācha ambæ Francorum Reginæ,& Ioāna Neapolitana, & plæræq; aliæ maritos occiderunt,eadem cauſa Medeand,Prognen,Ariadnē,Altheam,Heriſtillam,materno amore in odium verſo, in crudelem filiorum cędem adegit: & poſteris temporibus multæ adhuc mulieres maritorum ſtupra in natos filios vindicarunt:Atq; ex mitiſſimis matribus , crudeliſſimȩ Medeȩ & furibundæ Althæe, & impiȩ Heriſtillæ factæ ſunt. ¶ Verum quia Lenonū & Lenarum ſuaſu,conſilio,& opera cōmittunt meretrices & ſcortatores,vt plurimū ſcelera ſua,ipſam lenociniorum artem proſequamur:Nam ſicut Meretricatio ars eſt proſtituende propriȩ pudicitiȩ , ſic Lenocinium ars eſt oppugnandȩ & proſtituendȩ pudicitiȩ alienȩ,quȩ tanto quidem maior eſt meretricia,quanto ſceleratior:tanto potentior,quanto ipſa eſt plurium artium ſatellitio conſtipata : tanto autem pernicioſior , quanto ipſa plures cęterarum artium,ac ſciētiarum diſciplinas amplectitur,quas aranearum inſtar irrepens quicquid in ſingulis artibus, & diſciplinis vſpiam eſt veneni , id totum e ſingulis haurit:Inde ſua tela contexens, nō quidem quales aranearum telæ quȩ, dimiſſis auib⁹ nō niſi muſcas capiunt,nec etiam cuiuſmodi illa venatorum ingentia retia ,quȩ grandiores beluas retinent , puſillas aſtutioreſq; beſtiolas elabi ſinunt,ſed vincula nectit tā fortia, tanq; ſolida vt nulla puella,nulla mulier , tam ſit ſimplex ſiue prudens ,tam conſtans ſiue pertinax, tā verecunda ſeu timidula,tam potens ſiue puſilla,ſi ſemel aures prȩbeat Lenȩ, non illico capiatur & hȩreat: Aſtutia vero ea eſt,quam nulla vicit muliebris prudētia, a quarum tēdiculis nulla puella,nulla matrona,nulla vidua,

Ars lenonica.

nulla veſtalis euadat in demnis: cuiꝰ inermis militia plurium mulierum pudicitiam proſternit: quam vllus vnq̃ quātūcunq; maximus exercitus: Illius technę, fraudes, doli, verſutiæ, aſtus, eiuſmodi, quæ tradere nullus ſtylus ſufficiat, nullum ęquare poſſit ingenium, cunq; hæc ars plurimos vtriuſq; ſexus habeat profeſſores, tamen paucos admodū conſummatos dedit magiſtros, nec mirum: nam licet tos ſint lenociniorum genera, quot artiū & diſciplinarum, iccirco abſq; omnium cognitione perfici non poteſt: Oportet ergo perfectum & conſummatum lenonem lenamue omniſciū eſſe, nec ad vnam ſolē diſciplinam velut ad Arcticam ſtellam tantum reſpicere, ſed omnes amplecti, eam artem profeſſus, cui cęteræ omnes diſciplinę ſeruiunt & famulantur. Eſt enim certa quædam omnium ſcientiarum ſeruitus lenocinio famulantium: Nam huic imprimis Grammatica ſcribendi & loquēdi diſciplina amatorias largitur epiſtolas, illaſq; effictis amatoriis ſalutatiunculis, pręcatiūculis, lamentatiunculis, aliectatiunculis dictare docet, quarū exempla plęraq; ex recentioribus Aeneas Syluius, & Iacobus Cauiceꝰ, & plęriq; alij reliquerūt: Verū eſt alia quædam Grammaticæ ratio de modo occulte ſcribendi ceu Archimenidæ Syracuſano legimus apud Aulum Geliū, de quo artificio ante paucos annos ſcripſit Trithemius abbas Spanheimenſis duo ingenioſa volumina, quorū vnum nuncupauit Polygraphię, alterum Steganographię: In quo poſteriore tam ſecuros ſecretoſq; ad quantamcunq; etiā diſtātiam explicandi anni ritus modoſq; tradidit, quibꝰ nec Iunonis omniſcia zelotypia, nec Danaes arctiſſima cuſtodia queat reſiſtere, nec quæ oīa peruidens centoculi Argi vigilentia queat explorare. Ars profecto nō tam neceſſaria regibus quam Lenonibꝰ & Amantibus omnibus commodiſſima. Succedit huic proxime Poeſis, quę ſuis laſciuis rythmis atq; fabulis, ac amatoriis Bucolicis, epigrammatibꝰ, epiſtolis, & pręceptiūculis, comœdiis, atq; ex penitiſſimis Veneris armariis depromptis laſciuis carminibus, lenocinio functa

Scientiæ Lenocinio famulaŧ.

Grāmatica.

Poeſis.

pudicitiam omnem ſubuertit, ac adoleſcētiæ bonam indolem moresque corrūpit. Vnde Poetæ inter Lenones principatum fere obtinuerunt, e quorum numero apud Priſcos peritiores extitere illi, quos ſuperius in arte meretricia nūcupauimus, Callimachus, Philetes, Anacreōtes, Orpheus, Pindarus, Alceō, Sappho, Tibullus, Catullus, Propertius, Vergilius, Ouidi⁹, Iuuenalis, Martialis. Et hodie ſunt adhuc Poetę q peſtilētiſſima carmina ſcribunt: Poſt iſtos vero non infimū inter Lenones locū ſibi vendicāt Rhetores, fraudulētarū blāditiarum, & perſuaſionum artifices, illaque Lenarum feliciſſima, cui propria eſt dea Suadela. Superiorem tamen iſtis locū poſſidēt Hiſtorici, illi pręcipue qui amatorias illas Hiſtorias contexuerunt, Lancelloti, Triſtamii, Eurealis, Pelegrini, Caliſti, & ſimilium, in quibus fornicationi & adulteriis a teneris annis puellæ inſtituunt & aſſueſcūt, neque vero machina quæuis ad oppugnandum cum matronarum pudicitiam, tum virginum ac viduarū caſtimoniā validior quā lectio laſciuę Hiſtoriæ: nulla tā bonæ indolis fœmina, quę hac ipſa non corrumpatur, mirūque putarim ſi aliqua reperiatur aut mulier, aut puella tam exactæ caſtitatis ſiue pudicitiæ, quæ ex eiuſmodi lectionib⁹ & hiſtoriis peregrina libidine non ſæpe ad furorē vſque accendatur. Atque tamen quę in iis libris plurimum edocta puella eſt, quæque horū iacere ſcit dicteria, & ex horum diſciplina cum procis in multas horas facunde confabulare, hęc demum eſt probe aulica. Permulti autem Hiſtorici, Lenones extitere, quorū nomina obſcura ſūt: multi etiam inter præclaros ſcriptores iſtis operam nauarunt, cuiuſmodi ex recentioribus Aeneas Syluius, Dantes, Petrarcha, Bocatius, Pontanus, Baptiſta de Cāpofregoſo, & alter Baptiſta de Albertis Florentinus: Item Petrus Hedus, & Petrus Bembus, Iacobus Cauiceus, & Iacobus Calendrus Mātuanus, & multi alii inter quos tamen Ioannes Bocatius, ſuperatis omnibus, Lenonū palmā ſibi lucrat⁹ eſt, in iis maxime libris quos centum nouellarum intitulauit: Cuius exempla & tra-

Rhetorica.

Hiſtoria

itiones nihil aliud ſunt, q̄ calidiſſima lenociniorũ ſtra- Dialectica.
gemata. Iam vero, vero quãdo honeſtatis ac religiõis
erecſida timidulaq; fœmina expugnãda eſt, quãtũ tũc
Dialecticæ argutiæ lenocinijs adiumenti pręſtant, ipſa
apud Ouidium Myrrhæ fabula palã facit: Proinde nũc Mathematica.
ex Mathematicis diſciplinis Arithmetici ludi lenocinijs
commodi ſunt: & Muſica ipſa non minima lenociniorũ
clientula eſt, quę vocis gratia & peſtilentibus cantioni- Muſica.
bus inſtrumentorumq; voluptariis modulis, libidinis in-
centiua, in omnem laſciuiam, & corruptionem animũ
emollit, mores ſubuertit, luxuriæ concupiſcentiam affe-
ctuſq; validiſſime incutit: Cui accedit chorearum & ſal Chorea.
tionum commoditas. vbi cum Pathicis libere loqui li-
cet, & palpitare, oſcula, baſia & ſuauia figere, & impudi
cis manibus quam velis cõtrectare, & non raro ad late-
bras confugere: Nec deeſt a lenociniis Geometricus Ar Architectura.
chitectus, qui ſcãſili machinula per impluuiũ, vel fene-
ſtram ſub noctu congrediatur amatæ, quiq; adulteratis
clauibus ſimilibuſq;, ceu, quale Dædalus fabricauit Paſi
phae, ingenijs adulteris obſequatur, Ianq; etiam in pi- Pictura.
cturis legunt quæ literas neſciunt mulieres, pluſq; ex
illis intelligunt quam aliæ ex literis conſpiciunt, dum
intra cubilia nuſquam nonvideant, quod cum ſcelere &
flagitio æmulentur, nec minus per oculos atq; per aures
animus corrumpitur: Tam enim hi ad animum pene-
trant, atq; illæ, nec minus laſiuis imaginibus quam re-
rum pręſentia homines ad libidinem inuitantur: cuius
rei argumẽta ſunt Venus Gnidia Praxetelis opera in tẽ
plo ſtuprata, eiuſdeq; artificis Cupido abs Alchida Rho
dio adoleſcẽte corrupta & quæ refertur ab Aeliano For
tunę ſtatua abs Athenienſi iuuene tam ardenter ada-
mata, vt cum emere prohiberetur, apud eandem expira
rit: Terentius etiam in Eunucho introducit adoleſcentẽ
ad libinẽ incẽſum, cũ vidiſſet tabulam, ĩ qua depictũ fue
rat quomodo Iupiter p aureũ impluuiũ corruperit Da-
naen: ideoq; nõ immerito Ariſtoteles pœnã publicã ſta-
tuit Pictoribus qui talia Proponunt oculis multitudinis

quib⁹ libido inflammetur: neq; vero ſine cauſa dicit Sa- pie ns, picturę & ſtatuariæ artes inuētas eſſe in tentatio nem animę hominum, & indecipulam inſipiētiū, & cor ruptionem vitę. Accurrunt nunc Aſtrologi, Cheiroman tes, Geomantes, Somniatores, Ominatores, Aruſpices, Augures, reliquiſq; diuinatorum populus, qui omnes Lenonum officio fungentes, ſuis fallaciis ac verſipellis aſtutię fraudibus

Sap. 14

Diuinatorię artes.

Spondent illicitos amores conſilientq;.

Non raro ſceleſtiſſimas conglutinant nuptias, min⁹ raro bene pactas dirimunt in adulteria. Ab iis Lenonib⁹ non modo mulieres, ſed, quod pudēdum eſt, viri etiam amorum & cōiugiorum ſuorum auſpicia petunt, & ſpē potiundę Pathicæ puellę capiunt, & pro illorum non tā ſtulto quam impio hortatu ſeſe cōnubiis iungūt vel eximunt. Cęterum etiam ad tam inſanam credulitatē plęriq; inducti ſunt, vt putent Aſtrologicis imaginibus & horarum obſeruationib⁹ amorē cogi poſſe, ſicut de iſtis Theocritus, Vergilius, Catullus, Ouidius, Horatius, Lucanus, & multi alii nugaces Poetę cecinerunt, atq; ipſi Aſtrologi Poetis non minus mendaces, auctores in ſuis Electionum libris, ſtatis canonibus tradiderūt: quo vno profecto Lenociniorū obſequio, Aſtrologi omnes & diuinatores nō minimum faciunt quæſtum, quibus in adiutorium proxime ſeſe offert Magia,

Quæ ſe carminibus promittit ſoluere mentes
Quas velit: aſt aliis duras immittere curas

De qua etiam apud Lucanum:

Carmine Theſſalidum dura in præcordia fluxit
Non ſatis adductus Amor.

Et apud Horatiū Canidia, apud Apuleium Pamphilæ maleficę ſuos amatores aſtringunt, & in Caliſti Tragocomœdia Cœleſtina lena Meliboeam puellā accēdit. Accedūt iis etiam veneficia & philtra amatoria pocula, ſed amodum periculoſa, vt pro amore nonnūq̄ mortē, aut grauem aliquem morbum inducāt. Horum hauſtu mortu⁹ eſt Lucullus & Lucreti⁹, ſed dilucidis interuallis

Amatoria pocula.

ſenſum mentenq́ amiſit. Legimus etiam mulierem quã dam quę amatorio poculo hominem occiderat ab Areo pagitis abſolutam, quia amoris cauſa hoc commiſerat: Sed nulla lenociniis accõmodatior ars quã Medicina, quę cõcupitem Venerem a quauis Pathica puella facile obtinet, dum pollicetur, reſarcinato Hymenęo, amiſſam virginitatem reſtituere, papillas ne excreſcãt, cohibere: vterum prohibere: ſterilitatis venena in longã ſecurãq́ libidinem miniſtrans, aut quaſſata ſpina cõceptũ ſemen eiicere docens, vt canit Lucretius: Medici.

Idq́ ſui cauſa conſuerunt ſcorta moueri,
Ne complerentur crebro, grauidæq́ iacerent,
Et ſimul ipſa viris Venus vt concinnior eſſet.

Quo vno Medicorum beneficio iam multæ matronæ ſimul & puellę aulicæ, etiam dominæ ſecure futuunt. faciunt ad hanc rem etiam vetularum incruſtatiões, & reliqui meretricantium mulierum fuci, qui apud Medicos in libris de decoratione paſſim traduntur docenturq́, quibus noxias meretricum merces vẽdibiliores reddãt, quę iccirco ſacrę literę vocant vnguenta meretricia, & cum iſtis alia permulta pharmaca libidinũ incẽtiua, cuiuſmodi ope gloriatur Ouidius ad nouenarium numerũ ſe inſcẽdiſſe, & Theophraſtus ſcriptam reliquit plãtam quandam ad ſeptuageſimum coitum vires extendentẽ Iamvero nullum lenocinium oportunum tempeſtiuũq́ magis quam quod Medicinæ pretextu peragitur: nullæ ſiquidem dom⁹ tam clauſę, nulla monaſteria tam recluſa, nulli carceres tam cuſtoditi, quę non admittant quæue excludãt lenonem Medicum, e quibus (teſte Plinio) etiam in Principum domibus adulteria perpetrata ſunt vt Eudęmi in Liuia Druſi: & Vectii Valẽtis ĩ Meſſalina Claudii. Et ne quis Philoſophos lenocinio ĩutiles putet, ipſe Cyrenaicorum magiſter probibet Ariſtippus, cui quum eſſent apud Laidem nobile ſcortum frequens cũ aliis riualibus conſuetudo, gloriabatur, quod ipſe haberet Laidem, quum alii a Laide haberentur: quũq́ illi ſua bona perderent, ipſe gratis luxuriaretur. Sic mere- Philoſophi.

M

trix Philoſophũ illũ habuit pro Lenone, cuius exemplo & auctoritate omnem iuuẽtutẽ ad ſe traheret, nec ſatis
Artes Mechanicæ. fuit ariſtippo ſeſe meretrici Lenonẽ exhibere, ſed etiã docere publice libidines cœpit, illaſq; de lupanari i ſcholas tranſtulit. Reliquum nũc & Mechanicę artes perplures lenociniorũ vicem obtinent, inter quas Phrigia artificia, nendi, texendi, ſuendi, cæteraq; muliebria exercitia principatũ tenent, quorum prętextu Lenæ dum linũ, filiũ, vitas, tvaras, corollia, ceſtes, loculos, cheirothecas circunferunt ex iuuẽculis olim meretricibus iam vetulæ mercatrices effectę, Pathicas puellas iis rebus facile allectant, & colloquendi oportunitatem capiũt, quibus tũ adſunt ſubſidio lotrices, quib⁹ permiſſum eſt domos libere ingredi, & filias ancillulaſq;, abſentibus matribus ad linthea abducere: adſunt etiam mendicę quę eleemoſynarũ pietate obſeruant ianuas, ~~deferunt referũtq;~~ plena lenociniorum, & nũcia, & literas,

Iuuena. ſatv.3. Et ferunt ad nuptam dona quæ mittit adulter.

Nobiliũ exercitia. Proinde etiam & virilia nobilium exercitia lenociniſs accommoda ſunt, ~~vt equitia, quę~~ torneamẽta vulgo vocant, ludiq; militares, quorum aſtu Romul⁹ olim rapuit
Venatio Sabinas. Iamq; etiam Venatio o quoties in ſyluarũ latebris nobilium potentumq; adulteria cõſiliauit. Luſit hoc perpulchre Vergilius i Aenea & Didone a venãdi oportunitate, delapſu comitum occaſione capta: Ipſe etiam
Nautæ. Iupiter vſus eſt Lenonibus paſtorib⁹. Proĩde, & Nautę quid conferãt lenociniis, ipſæ Venetię teſtabunt: Quin
Epulæ. atiam lautę coquinarum Epulę, opiparaq; conuiuia lenociniorum vicem tenent, vt eleganter in ſuis Aeneadibus expreſſit Vergilius:

Poſtquam prima quies epulis menſęq; remotæ,
Crateras magnos ſtatuunt & vina coronant:
Hic regina grauem gemmis auroq; popoſcit
Impleuitq; mero pateram, celebrare fauentes
Dixit & immanſum laticum libauit humorem
Primaq; libato ſummo tenus attigit ore,
Tum Bitiæ dedit increpitans, ille implger hauſit

Spumantē pateram, & pleno ſe proluit auro
Poſt alij proceres Tirij, Troeſq; ſequuntur,
Nec non & vano noctem ſermone trahebat
Infelix Dido, longunq; bibebat amorem.

Sunt adhuc quæ prętereo ꝑmulta Lenociniorū artificia, ſed hęc omnia vicit aurum, quo ſi Alchymiſtę nobis, vt pollicētur, ſatiſfacere poſſēt, ipſi profecto Lenonum futuri ſunt omnium inuictiſſimi: potentiſſimum enim lenocinium in auro atq; pecunia eſt, Aurum caput lenociniorum.

Scilicet vxorem cum dote fidenq; & amicos Orati[9].
Et genus & formam Regina pecunia donat.

Auro placatur zelotypus maritus, auro mollitur inexorabilis riualis, auro accuratiſſimi vincūtur cuſtodes, auro queq; ianua pāditur, auro omnis thalamus conſcenditur, auro vectes & ſaxa, & īſolubilia matrimonij vincula franguntur. Quid mirū quod auro virgines, puellæ, matronæ, viduæ, veſtales veneunt, ſi auro Chriſtus ipſe venditur? Deniq; hac lenociniorum duce, plurimi ab infima ſorte ad ſummum prope nobilitatis gradū conſcenderunt: proſtituit hic vxorem, factus eſt Senator: proſtituit ille filiam, creatus eſt Comes: hic aliam quamuis matronā in adulteri Principis ſollicitauit amplexū, mox amplo ſtipendio dignus fit regius cubicularius: alij ob deſponſata Regia Scorta ſpectabiles facti ſunt, publiciſq; muneribus præfecti, eiſdem artib[9] abs Cardinalibus & Pontificibus multi multa perpinguia venātur beneficia, nec eſt via vlla compendioſior. Quā iam autē lenocinijs ipſis cōducat religio, ipſa paulinę caſtiſſimæ inflexibiliſq; matronę hiſtoria ab Aegiſippo deſcripta teſtatur, quam Iſidis Sacerdotes cuidā Equeſtris ordinis adoleſcenti pro Anube deo proſtituerunt. Lenonica arte multi euecti.

Quid etiam in iſtis poſſet auricularis noſtra confeſſio, ipſa tripartita indicat Hiſtoria: Nec deſunt mihi, ſi referre velim, cognita recentia exempla: Habent enim ſacerdotes, monachi, fraterculi, moniales, & quas vocāt ſorores, ſpecialē lenociniorū prerogatiuam, quum Confeſſio auricularis.

illis religionis prætextu liberũ ſit quocunq; peruolare,
& quibuſcunq;, quantum & quoties libet ſub ſpecie vi-
ſitationis & cõſolationis, aut cõfeſſionis ſecreto ſine te-
ſtibus loqui, tam pie perſonata ſunt illorũ lenocinia, &
ſunt ex illis quibus pecuniam tetigiſſe piaculum eſt, &
1.Co.7. nihil illos mouent verba pauli dicentis: Bonũ eſt mu-
lierẽ nõ tãgere, quas illi nõ raro impudicio cõtrectan
manib⁹, & clanculũ cõfluunt ad lupanaria, ſtuprant ſa-
cras virgines, viciant viduas, & hoſpitum ſuorũ adulte
rantes vxores, nonunquam etiam, quod ego ſcio & vi-
di, Iliaci prædonis inſtar, abducunt, & platonica lege
cum popularibus ſuis cõmunes proſtituunt, & quari
animas lucrari debent Deo, illarum corpora ſacrificã
diabolo: aliaq; his multo ſceleſtiora & quæ nefas eſt e
loqui inſana libidine perpetrant: interim caſtitatis vo
to abũde ſatiſfacietes, ſi libidinem, ſi luxuriam, ſi forni
cationẽ, ſi adulteria, ſi inceſtũ verbis acerrime inceſſẽ
Iuuena. ſatv.2. deteſtẽturq;, & de virtute loquuti, Clunes agitent, Se
& flagitioſiſſimi lenones, ſceleſtiſſimeq; Lenæ ſepe ſu
illis religionũ pellibus deliteſcunt. Tales habent aul
cę dominæ plærũq; ſacrorũ ſuorũ myſtas, & aulicarum
nuptiarum ſcortationunq; Cõſultores. Iam vero etiam
Leges. lenociniis militant Leges atq; Canones, cum in potẽt
fauorem pro iniquis nuptiis pugnãt, & iuſta matrimo
nia dirimũt, ſacerdoteſq;, ſublatis honeſtis nuptiis, tu
piter ſcortari compellunt, maluerunt q; illi legiſlatore
ſacerdotes ſuos cũ infamia habere cõcubinas, quã c
honeſta fama vxores, forte quia ex cõcubinis prouen
tus illis eſt amplior: de quo legim⁹ gloriatum in conu
uio quẽdam Epiſcopũ, habere ſe vndecim milia ſace-
Lex fu- tuaria. dotum cõcubinariorũ, qui in ſingulos annos i'ii aure
Cri. de honeſta diſcipli, lib.xi. cap.x. pẽdant. Extabat olim Romę in tẽplo Veneris dnab
tabulis exculptũ Senatuſcõſultũ, & lex futuaria ſco
tatoribus & Lenonib⁹ admodũ fauorabilis, quã apu
petrum crinitum in hęc verba latã legimus. In prim
tabula cõtinebãtur iura Viſundi, Cõſectandi, ſuſurra
di, Geſtiundi, ſubtrudendi, ſalutandi, Confabuland

Precãdi,perpetuo. Interdiu, Futuarijs per miſſa ex me ſunto. Ex æde,foramine,horto,poſtico, impluuio cunćta hęc cõmoda nemo homini prohibento:fidem,cõſilia ferunto:ſeruãto auxilium operamue danto:In altera tabula erat:Sub noctu vota tractanto:percuſſa,iuramenta,lamenta admiſcento : ſollicitanto verecũdiam, timorem amouento,triſtitiam ſupprimũto, tempori loqoue obſecũdãto,occaſioni ne vnquã cedũto,internuntias Epiſtolas ſeccudnnto .ijs ſpem,voluntatẽ,expectationem,neceſſitatem,miſericordiam adlectanto , inſerunto:fraude,vi,dolo,oſtẽtatione attemperate vtũtor: prudẽtiã,tacuitatem habento,tenẽto,geſtãto:ex pathica quicquã ſempiternæ quaſi ſtipem & pign⁹ capiũto: eius permiſſu aduehunto,nouam querũnto, aſtuue põpaue grãdianimem nobilem inſectãtor,notas cõiecturas rectius nouãto. Erat etiã Lycurgo lata Lex : Si quis ætate prouectior,ac nuptijs intempeſtiuior puellulam primæ pubis duxiſſe,huic integrum eſſet ex adoleſcentibus aliquem deligere,qui venere potẽtior prǫcurrẽs, feracem vterum generoſo ſeminę impleret, modo ipſũ quod natum eſſet mariti aſſereretur. Erat & ſolonis lex quæ ſimiliter permittebat vxorib⁹,ſi mariti in rem Veneream ignauiores eſſent,ex neceſſarijs vnũ aliquẽ ſibi diſpicere,qui cum colluctarẽtur nec icc irco alienum dici quod naſceretur: Nitto quot ſunt & cognoſcũt mulieres in hũc diẽ etiam ex nobilioribus, quæ quotannis externo ſemine grauidę natos filios maritis ſupponũt, rurſuſq; poſt partum redeunt ad alternam adulterorũ ſatietatem,nequiores M. Agrippæ Iulia,quę niſi plena naui vectorem nõ recipiebat:atq; ſurrexit his temporibus ex Theologorum ſchola inuictus Hęreticus , qui has Lycurgi & ſolonis Leges aſſereret,licere etiã in ecclesia,Martinus Lutherus:quod vos ideo ſcire volo ne putetis nõ etiã theologos eſſe Lenones. Ipſa ſiquidẽ ſacra bibliorũ eloquia(ſi fas eſt dicere)lenociniorũ ſtratagemata habẽt,vt ĩ ſocru ruth, & in Ionadab quẽ vocat ſcriptura virum prudentem, atquæ in Architophel

Lycurgi lex.

Solonis lex.

Iulia Aprippę

Ruth. 3.

2. Re, 13.

Geñ.12. potenti conſiliario manifeſtum eſt. Quin & abraam, cũ eſſet illi vxor Sara pulchra & iuuenis, & peregrinarẽtur apud Aegvptios, ait illi: Noui quod pulchra ſis mulier, & cum viderint te ægyptij, dicent, vxor illius eſt, & interficient me, & te reſeruabunt: dic ergo obſecro, quod ſoror mea ſis, vt bene ſit mihi propter te, & viuet anima mea ob gratiam tui, & ita tandem ſublata eſt Sara in domũ Pharaonis, & abraam bene viſi ſunt

Geñ.20 ꝓpter illã: Eodem ſtratagemate apud Regẽ Palæſtinorum Abimelechuſus eſt vtriſqꝫ Regibus, ſed diuerſis tẽporib⁹ coniugem ſuam ad cõcubitum vſqꝫ permit

Geñ.26 tens: fecit idem abrae fili⁹ Iſaac: atqꝫ ita etiam ſanctorum exemplis ars lenociniorũ illuſtrata eſt: proinde a

Dii lenones & heroes, ac legiſlatores. Diſs, abs Heroibus, a Legiſlatoribus, a philoſophis, a Sapiẽtiſſim⁹ viris & theologis, a Prĩcipibus, ipſiſqꝫ religionis capitibus culta & cohoneſtata: Lenones fuerũt Pan deus, atqꝫ Mercuri⁹, ipſeqꝫ puer Cupido: Leno fuit heros ille Vlyſſes: Leno fuit Legiſlator lycurgus, & ſapiens ille Solon, qui primus lupanaria ædificauit, & meretriculas iuẽtuti ꝓſtituit. Sed & recentiorib⁹ tem

Sixtus papa. poribus Sixtus põtifex maximus, Romæ nobile admo

Heliogabalus leno. dum lupanar extruxit: leno fuit imperator ille Heliogabalus, qui domi ſuę meretricum cohortes aluit, amiciſqꝫ & ſeruis exihuit: Iam vero etiam Reginarum cæterarunque Principũ & Dominarum nonunquã id curę eſt, atque Regũ matres nõnũquam filiorum ſuorum

Magiſtratus. lenę fũt: neqꝫ pręterea optimates magiſtratuſque id officij abhorrẽt, quippe lenones olim fuerunt Corinthii, Epheſii, abvdeni, Cvprii, Babvlonii: & multi alii magiſtratus, qui ĩ ciuitatib⁹ ſuis lupanaria cõſtruũt, fouẽtqꝫ, nõnihil ex meretricio quæſtu etiã ęrario ſuo accumulantes emolumenti, quod quidẽ in Italia non rarũ eſt,

Romana ſcorta pẽdẽt Põtifici vbi etiam Romana ſcorta ĩ ſingulas hebdomadas iuliũ pendent Pontifici, qui cenſus annus nonunquã viginti milia ducatos excedit, adeoque eccleſie ꝓcerũ id munus eſt, vt vna cũ eccleſiarũ prouentib⁹ etiã lenociniorum numerẽt mercedẽ. Sic enim ego illos ſupputantes

aliquãdo audiui, habet, inquientes, ille duo bñficia, vnũ curatũ, aureorũ.xx. alterum prioratum, ducatorum.xl. & tres Putanas in Burdello, quę reddũt ſingulis hebdomadibus Iulios.xx. Iam vero nihilomin⁹ Lenones ſunt Epiſcopi illi & officiales, qui cenſum pro concubinatu a Sacerdotibus quotannis extorquent, idq; tam palam, vt apud plebem ipſam in Prouerbium abierit illa eorũ cõcubinaria exactio, ſiue lenocinium, quo dicunt, habeat vel non habeat, auram ſoluet pro concubina, & habeat ſi velit. Sed in regno auaritiæ nihil turpitudini adſcribitur, quod lucrum pariat. Mitto tollerantię commentum, quo certa pecunia Epiſcopis ſoluta, abſentis mariti vxor præter adulterij, vt dicunt, offenſam, alteri cohabitare permittit, quæ om̃ia tam manifeſta ſunt atq; frequentia, vt neſcire cogamur, Epiſcoporum ne impudẽtia, an plebis patientia hacten⁹ fuerit ineptior, vt tandẽ opus fuerit Germaniæ Principibus inter cætera nationis illi⁹ grauamina hæc quoq; deferre, ex quib⁹ quæ hic ſilẽtio premuntur, elicere poteritis. Eiuſmodi itaque patronos habet ars lenonia, quiq; tueantur artem meretriciam, cui in hunc vſq; diem, pro dolor in Chriſtiana Repub. locus eſt, & in ciuitatib⁹ publica Theatra, immunitates, & ſtipẽdio cõceſſa ſunt, vnica illa contra diuinas leges atq; ipſum Dei verbum humana ratiũcula, ſiue potius lenonio commento militante, qua inquiunt, vt iuuẽtus egeſto illic libidinis impetu, peiora conari deſiſtat. Tolle aiũt e Repub, meretrices, cuncta ſtupris, inceſtis adulterijs permiſcentur, nulla matrona integra remanebit, nulla vidua pudicitia icolumis perſiſtet, vix virgines ac veſtales inuiolatę ſeruabuntur. hinc tandem impoſſibile eſſe concludunt, Reipubli. tranquilitatem ſine meretricibus poſſe conſiſtere, ſine quibus tamen populus Iſrael olim per tot ſęcula continentiſſime durauit, ſicut pręcipit illis Deus: Non erit meretrix, neq; ſcortator in filijs Iſrael: atque pręter ea hæc ſpurcities olim etiam ſub religionis ſpecie Eccleſiam inſilijt, ac Nicolaitarũ hęreſim propagauit, qui ob vitandã zelotypiã,

Epiſcopi & officiales lenones.

Deu. 23

vxores proſtituebant, ac veluti Platonica lege cõmunes habendas docebant. Quicunq; autem Principes, Iudices, & Magiſtratus lupanaria fouent, ſiue quouis modo permittunt, etiam licet ipſi non ſcortentur, dicetur eis a Domino quod ait Pſalmiſta: Si videbas furem, currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas, hæc feciſti & tacui: exiſtimaſti inique quod ero tui ſimilis: ſed arguam te & ſtatuam contra faciem tuã.

pſal. 46

Mẽdicitas.

¶ Pertinet ad Rempub. ſimulatq; ad religionem, etiam pauperum & ęgrotantium rationem habere, ne quis delinquat propter paupertatem, & furetur, aut mendicando circumiens, contagioſæ peſtis calamitate ciues inficiat, aut fame pereat in opprobrium humunitatis, quapropter pauperum xenodochia publico ære, inſigni pietate pluribus in locis inſtituta ſunt, & priuatis diuitum eleemoſynis indies locupletata. Puplice enim mendicare & circumire ciuitates ab initio ſemper vbiq; gentium omnium legib⁹ prohibitum fuit: Nam in vetere Lege Iudæis a Moſe pręceptum eſt, omninò egenus & mendicus non ſit inter vos. In lege etiam Romana de validis mendicantibus, arcte ſtatuit Iuſtinianus Imperator, vt ſi quis laborare potẽs eleemoſynis ſe ĩmiſceat, captiuandus ſit, & in ſeruitutem redigẽdus. In lege autem Euangelica præcepit Chriſtus, quod ſupereſt dandum pauperibus, vt null⁹ mendicus, neq; egenus in plebe remaneat, ſed fiat ęqualitas, ſicut ſcribit Paul⁹ Corinthiis inquiẽs: Veſtra abundantia illorum inopiam ſuppleat, & vt illorum abundantia veſtræ inopiæ ſit ſupplementum, & fiat ęqualitas, ſicut ſcriptum eſt: Qui multũ habuit non abũdauit, & qui modicum, non minorauit, & ad Epheſios ſcribens ait: Qui furabatur, nam non furetur: magie autem laboret operãdo manibus quod bonum eſt, vt habeat vnde tribuat neceſſitatem patienti. Idẽ & Teſſalionicẽſibus iubet laborare manib⁹, & operam dare, vt obundent: tanquam decretum illis ſtatuẽs, vt qui nolit operari non manducet, ſecus autẽ agẽtibus communionem fidelium præcipiens ſubtrahendã, atq;

Deu. 15.

Mat. 19

2. Cor. 8

Ephe. 4

1. Teſ. 3.

in Epiſtola ad Timotheum cōdemnat eos qui mēdicitatis quæſtum, arbitrantur pietatem. Ipſa etiam canonica Pontificum decreta, ſolis illis pauperibus erogādas eleemoſynas decernunt, qui laborare nō poſſunt, quoſcūq; alios illas accipientes, inter prædones, fures, latrones, & ſacrilegos cōmunerant, iſs itaq; auctorib9 docemur, nō tam paupertati cōdolendū, quā mendicitatem ipſam deteſtandam. Artes vero quas pro explendo mendicitatis quæſtu excogitarunt, ab omnibus execrande ſunt, dum malunt ante templorum fores in humane naturæ iniuriam, & contra diuinam legem lethale frig9, dentiū ſtridores, vrētes æſtus, ingenteſq; cruciatus, vt vix mortem ipſam excludāt, ſpontanee perpeti, quā in xenodochijs pauperū ſtipe contenti degere, & malis ſuis mederi: Quodq; magis exegrandum eſt, inter hęc malorum tormenta inſuper blaſphemi, maledici, contumelioſi, temulenti, deierantes, nunquā aut ſimulate orantes, ſacra omnia, aut negligentes, aut contemnentes, ne Chriſtum quidem vlla veneratione colentes, vt ſpectantibus non Chriſti martyrum præ ſe ferant imaginem, ſed infernalium manium damnatorunq; repræſentē cruciatus. Eſt aliud mendicantium ſceleſtiſſimum genus minime miſerandum eorum videlicet, qui viſco, farina, cruore, tabe, ſuper incruſtatis vulnerib9 & ſuperinductis ſtigmatib9 ſeſe totos vlceroſos conceroſoſq; pingunt. Alij alijs confictis morbis, varijs pręſtigijs, ſpectātib9 ſe miſerabiles mentiuntur. Sunt alij qui votorum & peregrinationum prætextu prouincias obambulant, laborem ex induſtria fugientes,ocioſa paupertate hoſtiatim mendicātes, atq; ij interim nec cum Regibus quidam vitam ſuam cōmutare velint, modo illis liberum eſt quo libet & velint vagari, quodcūq; collibitum eſt facere, bello & pace vbiq; tuti, ab exactiōibus, a publicis oneribus, a ſeruitutib9, a cēſuris ciuilibus vndiq; & vbiq; liberi, nec ꝑ fraudib9 dolis, īpoſturis, furtis, iniuriſs, in ius vocati, & velut diſs ſacri, ab omnibus inoffenſi, atq; tamen ex illorum ordine non minima naſcitur pernicies, ingentiaque prodeunt

Ti. 3. (margin)

Artes mendicitatis deteſtādę. (margin)

Mēdicātiū gen9 fucatū. (margin)

facinora: dum prętextu mendicitatis, ciuitatum & prouinciarũ explorant ſecreta, dum fraudibus & dolis exercitati, hoſtiles deferũt referuntq́ tabellas ad omniũ proditionũ genera inſtructi. Ab iJs nonnũq̃ incẽſæ Vrbes, quod ꝓximis annis ipſa Gallia, Atq́ Vrbs Trirenſis experta eſt, nonnũquam ab iJs corruptæ aquę, infectę fruges, venenata pabula, & ſeminata peſte, ingens hominũ ſtrages facta eſt: His adnumerandę ſunt gẽtes illę quas Cynganos vocant.

Cyngani.

Quas aliena iuuant, proprijs habitare moleſtum:
Faſtidit patrium non niſi noſſe ſolum.

¶ Ii enim ex regione inter Aegyptũ & Hethiopiã oriũdi, de genere Cus filij Cam, filij Noe adhuc vſq́ ꝓgenitoris maledictionem luunt per vniuerſum orbem vagãtes extra ciuitates in agris, in triuijs tentoria erigentes, latrociniJs, & furtis, deceptionib⁹, & permutationibus, atq́ ex cheiromantica diuinatiõe oblectãtes homines, iJs fraudibus victũ mendicãt: Volaterranus hos Vxios eſſe putat Perſidis populos. ſequutus Scilarem, qui Cõſtãtinopolitanam ſcripſit hiſtoriam. Hic enim dicit Michaelem Traulum Imperatorem ex vaticinio Vxiorũ, adeptum fuiſſe imperiũ, quę ſecta per Meſſeniã atq́ Europam ſparſa, paſſim omnibus futura prędicebat: Polydorus Aſſyrios atq́ Cilices affirmat. Iam vero hæc validæ mendicitatis lues, non inter prophanos modo & extremę fecis viliſſimos nebulones hoſpitatur, ſed etiã in religionũ, in Monachorum & ſacerdotum vſque ordinem conſcendit: Hinc illę Fratrũ, Monachorum, cæterorũq́ quęſtuariorum ſectę natæ ſunt, e quorum numero ſunt qui maleſica religionis ſpecie Diuorũ (vt aiunt) reliquias circũferentes, aut inſidioſa ſanctitate pietatẽ ꝑſe ferentes cum multis confictorum miraculorum appẽdicibus, Diuorũ iras comminantes, indulgentias & diſputationes pollicentes, eleemoſynarum prętextu venãtur diuitias, atq́ prouĩcias peragrãtes, ab incautis ruſticis ac credulis mulierculis ſuperſtitioſe attonitis, ouem, agnum, hœdum, vitulum, porcum, pernas, vinum, oleũ

Vxij.

Mendicitas monachorũ

butyrum,triticum,legumina, lac,caſeos,oua, gallinas, lanam,linum,etiam pecunias corradentes, vniuerſam regionem deprædantur ac onuſti opimis ſpolijs domum redeunt,vbi a ſuis magno omnium applauſu accipiuntur collaudanturq́;,quod ſimplici plebi pijſq́; mulierculis tam religioſe impoſuerunt , putantque per huiuſmodi mendicitatis artes inſigneſque fraudum verſutias ſeſe Deo, atque ſanctis gratiſſima offerre ſacrificia , quoties ad iſtum modum onuſti præda magno populi diſpendio,ac Reipub. detrimento , ſui famulitij ſatellites ſagmen t ocioſos , ipſa miſericodię opera , quorum prætextu tanta donaria illis conferuntur , penitus poſthabentes , negligentes & contemnentes. Luſit olim iſtorũ fabulam Apuleius in ſuo Aſino de Sacerdotibus Deæ Syriæ: Accedunt iſtis multę admodum ex fratrum mendicantium atq́; Beguardorum(vt vocant) numero,qui, poſtergata profeſſionum ſuarum ſanctimonia,quæſtũ cum pietate commutarũt,ac ſi non in aliud religionem profeſſi ſint,quam vt ſub paupertatis titulo liceat illis impudenti mendicitate quocunque peruolare, & perfricata fronte , importuna hypocriſi, vndique pecunias corradere,nullius quęſtus pudere , ac inſigni ſycophantia in choro , in foro,in templis , in ſcholis, in aulis , in palacijs , in publicis & priuatis colloquijs, in confeſſionibus , in diſputationibus , in concionibus, e ſubſellijs , e cathedris , e pulpitis , e ſuggeſtis impudentiæ ſuæ arcibus , ſpargere in vulgus, indulgentiarum merces vendere,ſua benefacta emetiri,ceremonias, & a mercatoribus,vſurarijs,& a nobilibus,prædonibus male partorum prędam extorquere , & a craſſis ciuibus ac indocta plebecula,ſupſtitioſiſq́; aniculis emũgere nummos,ac, ſerpentis exẽplo, ſtultas mulierculas primum allicere, & per illas ſibi aditum parare ad fallẽdos viros,qui cum affectata veſtium vilitate oſtẽtãt paupertatem, & vociferando prædicãt ſpernandã pecuniã fugiendam ambitionem,ipſi nil magis curant q̃ vt plurimum pecuniæ poſſideãt,atq́; ob id cauſæ mare & aridã

circumeunt, omnium domus & tabernas penetrāt, nec ſacra niſi pro mercede miniſtrant, eleemoſynas q̃ Tyrānice, tanquam tributum poſtulant, omnium negotijs ſe miſcent, compingunt matrimonia male cohorentia, interuertunt teſtamenta, componunt lites, reformant ſacras virgines. Sed omnia hęc non niſi ſuo compēdio: hę ſunt artes fratricæ, quibus plæriq; illorum in tantam excreuerunt auctoritatem, vt timori ſint ipſis Pontificibus & Monarchis, diuitiaſq; pluſquam mercatorū opes, ac Principum theſauros cōgeſſerint, & multis aureorū milibus mitras & capella mercati ſunt, ſummunq; Pōtificatum ingentibus pecunijs ambierint: Tanta pōt religioſa illa mendicitas: Cunque ingētes poſſideāt pecunias, plæriq; interim ſe veram paupertatem, & pluſquā Euangelicam profectionem præſtare oſtentant, ſi hanc nudis digitis non contrectant, ſed habeāt ſuum Iudam, qui illorum gerat loculos & rationes reddat: Interea dicere auſi, ſicut Petrus & Ioannes, argentum & aurū nō

Act.3. eſt mecum. Quod ſi hic non mentirētur, & fidelis ſit ſermo illorum, haberent etiam ius dicendi, ſurge & ambula, & cum beato patre Franciſco a pecunijs pariter & vitijs nudato, imperarent creaturis & obedirent, aquā in vinum conuerterent, flumina ſiccis pedibus tranſirent, rabidos lupos manſuetos redderent, hyrundinū garritum ſolo iuſſu compeſcerēt, falconem veluti gallum excitatorem redderent, igni præciperent, & multa eius generis, quę ſanctus ille vir miracula fecit, peragerēt: ſed non faciunt hæc omnes qui dicunt, domine, domine, & velut Stoicæ ſimiæ exterius dūtaxat Chriſti & Frāciſci inſignia & veſtes gerunt, volūtatem autem & teſtamētū illorum non obſeruant. Scripſerunt contra iſtos quōdam Richardus Epiſcopus Armachan⁹, & Malleolus prępoſitus Tigurinus, & Ioannes Epiſcop⁹ Canotēſis, & plæriq; alij commeminerunt: Quorum ſcripta tollerabiliora forent, ſi non adeo religioſam hanc mendicitatem, ſed illius abuſum dūtaxat damnaſſent, verū de his modo ſatis ſit, vt ad vlteriora progrediamur.

¶ Sub Reipub. adminiſtratione continetur etiã OECONOMIA, quę eſt domeſtica quædã Reipub. & non niſi Monarchia quędã priuata: Sed eius ſpecies plures ſunt: Nã quędã regia ſiue aulica, alia Sacrapica ſiue caſtrẽſis rurſus alia publica ſeu cõmunitatis, ſiue cõuẽtualis, ſiue ſocalitia, alia deniq; priuata ſeu Monaſtica: Hęc itaq; docet quomodo vxor, filij, affines, familia, ſerui regendi ſũt, quomodo tuẽda ampliãdaq; domus ac poſſeſſio, vnde ſumptus corradendi: Præterea, quicquid eſt aſtutiæ de prouentibus, moneta, portoriis, vectigalib⁹, decimis, vſuris fœnoribus, monopoliis, & quicquid eſt cõparandi lucri, & vectigalis nouarum artium & inuentionum. Inſuper quoq; de ſodaliciis, fœderibus, litibus, & bello, quæ omnia, cum nec modum habeãt, nec regulam, iccirco Anomala dicuntur. Quocirca Oeconomia nec vere ars, neq; ſcientia dici poteſt, ſed quædam ex hominum opinione, vſu. conſuetudine, prudẽtia, ſeu etiam aſtutia, conſtans domeſtica diſciplina, ad quã ſellularia opificia & artes Mechanicæ omnes referũtur, quę in lino, lana, ligno, ferro, ære metaliſque variis cõſiſtũt, ſeruiles quoq; obſecundationes, tonſorum, balneatoru m, cauponũ, & multiplices victus acquirandi, & ram priuatam amplificãdi formæ, quę nec ad preſidendi pertinẽt auctoritatem, nec Reipub. regimini vſquequaq; conducunt, nihil diuinum, nihil liberale, nihil heroicũ ſpeculantes, quorum tantæ ſunt vt numerari nequeãt, & hęc omnes quidem ſeruiles ſũt, plęręq; etiam ſunt cognatis quibuſdã vitiis infames, ſicut aurigæ, nautæ, caupones loquacitatis vitio infames habenť, quia fabulis gaudent, & rumores ſpargũt, ſimiliter & tõſores, & balneatores, & paſtores: nam hos Midę fabula, & Syllę Athenas obſidẽtis hiſtoria, illos vero Batti fabella infames fecerũt: Sic etiam cantores & tibicines & cytharœdi homĩes mercenarij qui in cõuiuijs in aliorum oblectamẽtum muſica inſtrumenta ſonãt, infames ſunt: ſed nautarum vita omnium cum infeliciſſima, tum peſſima, quarum habitatio inſtar carceris eſt, victus aſperrimus idem & immundiſſi

Oeconomia Species Oeconomiæ.

mus, indumenta ſpurca, & rerum omniũ incõmoditas, perpetuum exilium, ſemper vagi, profugi, neſcij quietis, ſemper ventorũ rabie, incertis vndis iactati, æſt⁹, frigoris, imbriũ, fulgurũ, famis ſitis ſqualoris ſemp obnoxii: accedũt ad hęc ſcyllæ, charybdes, ſyrtes, ſymplagades, tot infeſta maris pericula: prẹterea tẽpeſtates quib⁹ nihil eſt triſtius & horribilius, & cũ his om̃ibus pluribuſq; aliis malis cõtinuũ vitæ diſcrimen, cunq; Nautę hominum omniũ ſint infeliciſſimi, ſunt ſimul omnium mortalium ſceleſtiſſimi. Sed inter tam multas Mechanicas artes, Mercatura, Agricultura, Militia, Medicina, Cauſidica, potiores partes tenẽt, de quibus inferius per ordinẽ dicemus: Sed prius generalia Oeconomię fundamenta diſcutiam⁹. ❡ Priuatæ OECONOMIAE vis tota ĩ cõiugio eſt, vnde Metellus Numidicus Cẽſor cũ populũ Romanũ ad matrimonia capeſſenda adhortaretur, Si ſine vxore poſſemus Quirites eſſe inquit, oẽs ea moleſtia carerem⁹: ſed quoniã ita natura tradidit, vt nec cũ illis ſatis cõmode, nec ſine illis vllo modo viui poſſit, ſaluti perpetuæ potius, q̃ breui voluptati cõſulendũ eſt: hęc ita narrat Aulus Gellius: neque enim ſine vxore vlla domus aut res domeſtica ſtare et durare poteſt: nã ſine vxore nec extẽdi progenies, nec vocari heres, nec appellari hęreditas, nec eſſe propĩqui, nec familia, nec pater familias dici poteſt: Qui vxorẽ nõ habet, domũ nõ habet, quia domũ nõ figit, & ſi habet, moratur ĩ ea vt peregrinus in diuerſorio: qui vxorẽ non habet, etiã ſi locupletiſſimus ſit, nihil fere habet quod ſuũ ſit, quia non habet, cui poſſit relinquere, nec cui confidere, oĩa ſua patẽt inſidiis, furantur illum ſerui, defraudant ſocii cõtẽnunt vicini, neegligunt amici, inſidiantur propinqui, filii ſi quos habet extra cõiugium, ſunt ſibi ignominiæ, neque nomẽ familię, neq; auorũ imagines, neque opes ſuas, vetãtib⁹ legib⁹, illis relinquere poteſt, ipſeq; ſimul ab oĩbus publicis muneribus & honoribus legiſlatorũm omnium conſenſu ꝓpulſus eſt: neque enim dignus eſt regere ciuitatẽ, qui domum regere nõ didicit.

Priuata œconomia.

Sine vxore domus deſerta eſt

nec gubernare Rempub. qui rem priuatam & familiarem nunquam cognouit, quæ eſt illius veriſſimum exemplar & imago. Nouerant hoc Greci, qui cum Philippus Macedo diſſidentes eos pacare ſtuderet, & Leontinus Gorgias de Grecorum concordia librum recitaſſet in olimpia, vtrunq; reſpuentes irriſerunt: quod alios cōcordare ſtuderent, qui domi ſuę nullam cōcordiam ſtabilire poſſent. Erant enim Philippo domi diſſidentes filius & vxor, Gorgiæ autem vxor & ancilla, quorum ergo præſumpta prudētia & auctoritas domeſticas rixas ſedare non poterat, nec illos exteriores diſcordias ſapiēter poſſe componere putabant. Qui igitur ciuitati & Reipub. præficitur, niſi ſeipſum, & domum ſuam, remq; priuatam regere ſciat, is plane inauſpicato præficitur. Deniq; hic vnicus vitę ſtatus eſt in quo homo in diligenda vxore, educandis liberis, & regenda familia, tuēdis rebus, gubernando domicilio, propaganda progenie vitam omnium ducere poteſt feliciſſimam: in qua ſi quid cadat oneris & laboris (cadūt autem permulta, neq; vero vita vlla ſua cruce caret) certe hoc vnicū illud onus leue & ſuaue iugum eſt, quod ī coniugio eſt, ſi modo tales ſint coniuges, quos non auaritia, non faſtus, nō dolus, non fraus, non inſana libido, ſed Deus ipſe cōiunxerit, vt relinquat homo patrē & matrē & filios & fratres & affines, & adhereat vxori ſuę, cui9 amor omniū aliorum dilectionem ſuperare debet. Sic Hector vidēs exindendum Ilium, non parentum, non fratrum, non ſuiipſius ſolicitudine tm̄ angitur, quātū charæ coniugis. Sic enim ait apud Homerum:

Haud equidem dubito quin concidet Ilium ingens,
Et Priamus, Priamiq; ruet plebs armipotentis,
Sed mihi nec populi, nec charę cura parentis,
Nec Priami regis tantum pręcordia rodit,
Nec Germanorum, quamuis multiq; probiq;
Enſe ſub hoſtili vitas in puluere ponent,
Quam me cura tui coniunx chariſſima vexat.

¶ Fateor puerſas nuptias multas comitari anguſtias &

mala multa: cuiuſmodi quondam recēſuit Socrates perpetuam ſolicitudimem, excruciantem zelotypiam contextū & querelarum, exprobrationē dotis, graue affiniū ſupercilium, alieni matrimonii ſubcenſuras, varios ſumptus incertos liberorum euentus, nōnunq̄ orbitates, interitum generis, heres alien[9], & dolores innumeri, ade nullam vxoris electionem, ſed qualiſcūq; euenerit habēda, ſi iucūda, ſi ſtulta, ſi peruerſis moribus, ſi ſuperba, ſi ſordida, ſi deformis, ſi impudica, quodcūq; vitij eſt, poſt nuptias diſcitur, vix aut nunq̄ emendatur. Sunt peruerſarum nuptiarum non moduca exempla: Marcus Cato Cenſorius ætate ſua Romanæ Reipub, facile Princeps, & qui bello & pace parem vix habebat, cū iam ſenex Salomi cuiuſdam viri inopis & obſcuri filiam aduleſcentulam duxiſſet vxorē, illa ſeſe contumaciter gerente domi ſuę omni auctoritate carebat. Tiberius cum Iuliam Auguſti filiā manifeſtis adulterijs infamē haberet vxorem, eāq; nec caſtigare, nec deferre, nec repudiare, nec retinere auderet, Rhodum ſecedere non ſine famæ ignominia vitæq; periculo coact[9]eſt. M. Antoninus Philoſophus, Antonini Pij filia Fauſtina in vxorē accepta, adulteram illam, ne de dote & imperio in certamē veniret, retinere coactus eſt. Verum omnia hæc in cōmoda non tam vxorum quam maritorum culpa proueniunt: nullis enim niſi malis maritis vxor cōtingere ſolet improba. De iis ita philoſophatus eſt Varro apud Gelliū inquiens: Vxoris vitium aut tollendum aut ferendū eſt: qui enim tollit, hanc ſibi commodiorem pręſtat: q fert ipſe ſeſe meliorem reddit. De iis in declamatiōe noſtra de ſacramento matrimonii lati[9] loquuti ſumus. Iam vero & filiorum educatio nō omnibus recte cedit: quorum plurimi male audientes vel rebelles parētibus, alii eiſdē etiam infeſti, aliis inſani & vecordes cōtingunt. aliis hebetes & craſſi, alii per vitiorum omnium præcipitia vitam agunt, & patrimonia luxu, libidine, & alea euertūt: alii parricidę, quales Alcmeon & Oreſtes, & P. Malleolus, qui matrem occiderunt. Ipſe etiam Artaxerxes

Nuptias puerſas comitantur multa mala.

Peruerſarū nuptiarum exēpla.

Mala filiorum educatio.

Mnemon, ſuſceptis cētum & quindecim liberis, magnā eorum partem illi inſidias parātem de medio ſubſtulit. Quocirca nō inſcite Euripides ait: & noſter Bernard⁹ aſſumpſit bonum eſſe incognitum carere liberis. Ipſe etiam Auguſtus feliciſſimus Imperator propter filiam & neptem ſępe Homericum illum verſiculum exclamare coactus eſt:

Coniuge non ducta natis vtinam caruiſſem.

De ſeruis etiam ait Euripides: domi nullis maior inimicus: neq; peior, neq; inutilior ſeruo. Et democritus inquit: Seruus neceſſaria poſſeſſio, non autē dulcis. Et Petrarcha alicubi ſcripſit: Sciebam me cum canibus viuere, verum venatorem eſſe niſi admonitus neſciebā: Serui vocantur canes. ſunt mordaces, ſunt guloſi, ſunt latratores. Plaut⁹ in Pſeudolo naturas eorū iſs verbis exprimit: Plagigera hominū genera: quorū haud quicquā in mentē venit, vt recte facient: at cū eſt occaſio data, tene, clupe, rape, hoc eſt eorū opus vt mauelis lupos apud oues relinqre, quā hos domi cuſtodes. Et Lucian⁹ in Paliinuro ait: ſeruorum in Dominos ſemper prompta maledicta, furta, impoſitiones, fuga, arrogantia, negligentia, temulentia, edacitas, ſomnolētia, tarditas, ignauia. Hinc iactatum illud Prouerbium: Totidem domi hoſtes habemus, quot ſeruos. Sed nos illos ſæpe nō tam habemus hoſtes quam facimus: cum in illos ſuperbi, auari, contumelioſi, & crudeles ſumus, & domi induimus animos Tyrānorum, & non quantum decet, ſed quantū lubet, exercere volumus in ſeruos, de iſs ita loquitur Strophilus ſeruus apud Plautum in Aulularia:

Serui.

Petrarcha.

plautus

Prouerbium.

Inique domini ſeruis vtuntur ſuis,
Et ſeruis inique dominis nunc parent ſuis,
Sic fit neutrobi, quod fieri iuſtum foret,
Pœnum, popinas, cellas promptuarias
Occludunt mile clauibus parci ſenes,
Quæ vix legitimis concedi natis volunt,
Serui furaces, verſipelles, calidi,
Occluſa ſibi mille clauibus reſerant,

Furtinq; raptant, coſumunt, liguriunt,
Centena nunquam furta dicturi cruce:
Sic ſeruitutem vlciſcuntur ſerui mali,
Riſu, iocisq;: ſic ergo concludo, quod
Seruos fideles liberalitas facit.

Seditiones a ſeruis in Repub.

Multæ Reſpub. olim a ſeruis ingentia mala perpeſſæ ſunt, teſtantur id ſeruilia bella a multis Hiſtoricis deſcripta, ſed Volſinenſium Vrbs opulēta diuitiis, ornata moribus & legibus olim ſeruorum inſolētię miſerabile ſpectaculum prębuit, quę vbi cum ſeruis laxis frenis familiarius egiſſet, nonnunquam etiam cōſiliis admiſiſſent, tandem Senatorum admodum pauci ordinem intrare auſi, mox vniuerſam Rempub. occupauerunt, teſtamenta ad arbitrium ſuum ſcribi iuſſerunt, conuiuia cœtusq; ingenuorum fieri vetabant, ducebāt filias Dominorum. poſtremo lege ſanxerunt, vt ſtupra ſua in viduis pariter atq; innuptis impunita eſſent, ac ne qua virgo ingenuo nuberet, cui⁹ caſtitatē nō ante aliquis de numero ipſorum delibaſſet. Sic opulētiſſima Vrbs, & quæ caput Cariæ habebatur, ob nimiam in ſeruos indulgentiam, clementianq; in profundum iniuriarum & turpitudinis decidit: Sublata enim ſeruorum diſciplina, vt inquit Ariſtoteles in Politicis orationibus, Domini in inſidias veniūt, ſicut Hilotæ in Lacedæmonios, & Preneſtę ī Theſſalos fecerūt. ¶ Supereſt vt REGIAM OECONOMIAM, hoc eſt, aulicā breuiter explicem⁹: Eſt igitur reuera Aula nil aliud quam collegium Gigantū, hoc eſt, nobilium famoſorumq; nebulonū cōuētus, theatrumq; peſſimorum ſatellitum, morumq; corruptiſſimorum ſchola, & execrabilium ſcelerum aſylum, vbi ſuperbia, faſt⁹, tumor, rapacitas, libido, luxus, liuo, ira, crapula, violentia, impietas, malitia, perfidia, dolus, malignitas, crudelitas, & quæcunq; vſpiam ſunt vitia, moreſq; corruptiſſimi, habitant, imperant, atq; rognant, vbi ſtupra, raptus, adulteria, fornicatiōes Principū & Nobiliū ludiſ ſunt, ibi etiam Principum, Regūq; matres nonnunquā filiorum Lenæ ſunt, ibi ſcelerum omniū procellæ,

Regia Oeconomia,

virtutumq; omniũ inenarrabile naufragiũ. Prob⁹ quiſq; illic opprimitur, peſſimus quiſq; prouehitur: ſimplices irridentur, iuſti perſequutionem patiuntur, audaces & imprudentes eriguntur: ſoli illic ſperantur adulatores, ſuſurrones, detractores, renunciatores, calũniatores, ſycophantæ, pſeudoli, famicidę, ſupplantatores, inuentores malorum, cæteriq; tempeſtatum populi, quibus peruerſiſſima quęq; facinora in profeſſo ſunt: Quorum vita omnis turpiſſima, quicquid vſpiam eſt teterrimarum beluarũ peruerſitatis, tota hæc & omnis in aulicum gregem, quaſi in vnum corpus confluxiſſe videtur: Illic ferocitas Leonis, ſæuitia Tygridis, truculentia Vrſi, temeritas Apri, ſuperbia Equi, rapacitas Lupi, obſtinatio Vituli, fraudulentia Vulpis, verſutia Cameleontis, varietas Pardi, mordacitas Canis, deſperatio Elephantis, vindicta Cameli, timiditas Leporis, petulãtia Hirci, immunditia Suis, fatuitas pecudis, ſtoliditas Aſini, ſcurrilitas Simimię. Ibi furẽtes Cẽtauri, ibi perniciosę Chimerę, ibi inſaniẽtes Satyri, ibi fœdę harpyię, ibi ĩprobæ ſyrenes, Scyllęque biformes: ibi horrẽdi ſtrutiões, ibi voraces Gryphi, auidiq; dracones, & quicquid fataliũ monſtrorũ infeliciſq; portẽti vſpiã ſtupet coacta natura, illic habitat atq; viſitur, ibi omne virtutum gen⁹ ſuos patitur Carnifices atq; tyrãnos: In ſumma, aut nequitiæ, malitię, impietati inſiſtendum, aut aula cedẽdũ: Nõ ĩpune licet, niſi cũ fatis exeat aula, qui vult eſſe pius. Nullum ciuitatibus exitialius malum contingere poteſt quam potentis Principis aula: hęc vbi mouetur tanquam cometes malorum omnium pręnuncia, ac veluti contagioſiſſima peſtis, quocunq; applicat, pernicioſiſſimam cladem ſecum fert, vndecunq; migrat, inſanabilia, veluti eorum quos rabidus canis momorderit, relinquit veneni ſui veſtigia: Comitatur illam perpepetua rerũ caritas, dũ quiſque ex ea lucrũ captare nititur, exaucto rerũ precio, quod nunquã poſtea remiti poteſt magno detrimento: comitatur & luxus cibariorum, quo introductis peregrinis epulis, popul⁹ ipſe patrios cibos

Aula ciuitati b⁹ exitialis

N ij

faſtidire incipit, paſſimq; popinę & gulę indulgens, res ſuas turpiter abſumit: Comitatur & faſtus, quem dum ciues mulieresq; imitari conãt, & ſingulæ domus diſpoſitionis ſuę formulã habitumq; inde mutuantur: Omnia ſua in veſtes & pompam profundũt, ſequitur corruptio morum, introductis peſſimis vitijs, pernicioſiſſimũ malum. Iam vero recedens e ciuitate aula, heu quã fœdam caudam poſt ſe relinquit: hi adulteratas cõperiũt vxores: illi ſtupratas & vel abductas in ſcorta filias, alijſupplantatos filios, alij corruptos ſeruos & ancillas, quid multa? fit luctus ingens, totaq; ciuitatis facies immutata facta eſt, ſicut facies meretricis. Scio ego famoſam galliarum Vrbẽ ea cauſa ſic peruerſam, vt vix aliqua ibi Matrona pudica ſit, vix filię nubãt virgines: quin & palatinũ ſcortũ fuiſſe ſummi honoris eſt, & ſeniores Matronæ iuniorũ Lenæ ſunt, eaq; turpitudo ſic inualuit, vt nullus verecundię locus ſit, vix maritis ipſis vxorũ meretricatus curæ eſt, modo, vt ait abraam ad Sarã, bene ſit illis propter illas, viuantq; laute ob gratiam illarum.

Geñ. 12.

Aulici nobiles.

¶ AVLICVS populus duplex eſt: Priores partes tenent Satrapæ, nobiles inquam illi Traſones, qui faſtu, luxu, & pompa inſaniunt, Induti purpura, & byſſo, & opere plumario, veſtibus deauratis, & circundatis varietate, quibus

Scorta placent, fracti curuiq; e corpore greſſus:
Et laxi crines, & tot noua nomina veſtis.

Hi vires omnes in Venerem frangunt, tum illorum ingenioſa gula eſt & guſt⁹, per omnia cultum quæ ſunt, epulantur ſplendide, dant & accipiũt cõuiuia: inter hos laudi plærũq; ducitur, ſi illuſtri conuiuio ſic ſua prodigant ſemel, vt trimeſtri toto impudenter menſas circumeant alienas: Ad iſtos vndiq; confluunt Cytharœdi, Tibicines, & omne gen⁹ Muſicorũ, Mimi, hiſtriones, paraſitæ, Meretrices, Lenones, Saltatores, Venatores, & huiuſmodi prodigia hominum, alũturque canes, equi, lupi, ceruarij, accipitres, cæteręq; armatæ aues, ſimiæ & pſittaci, & ſi qua mõſtra ſunt ac naturæ probra:

Vrſi,Leones,Leopardi,Tygrides. Colloquia eorũ meræ nugę,& ocioſæ fabulæ: obtrectant, deferunt, effutiunt,mentiuntur,aut veris falſa commiſcent:hi de canibus,de venatibus,de ſyluæ ambitu,de ambage luſtrorũ,de venationũ euẽtib⁹,multa fabulãtũr:Illi de equis, de militia,& fortiter a ſe factis multa mentiuntur. Si adeſt qui inuideat ęmulus,aliorum ſermones obſtrepẽdo diſcutiet,alias inferẽdo nugas,& quæ ſibi putet laudem gignere,ſua inſolenter narrabit facinora.hũc ali⁹ ſępe de mendacio conuincit,& varijs ſcommatibus explodit:vnde totum tunc conuiuij colloquium frequẽter in iram & contumeliam deſinit,&,veluti in Centaurorum conuiuijs,Bacchi munera nõ ceſſant,donec eliciãt ſanguinem: Ita & in iſtorum aulicorum conuiuijs ſępe hoſpites redeunt cum cicatricibus,ac ſi hoc edicto inuitati videantur. Aulicorũ colloquia.

Quod ſupereſt læti bene geſtis corpora rebus,
Procurate viri,& pugnam ſperate parati.

Proinde vero ſumma iſtorũ diſciplina eſt,obſeruare tẽpora principum,ne quid intẽpeſtiue illis ingerant,eaq; nõ ab aſtris,a Cœlis,ab Ephemeridibus captant,ſed a vino,a prãdio,a cõuiuio,a venatione,ab accubitu,dum exhilaratus eſt Princeps,& voluptatis alicuius cõpos, & quos alios molles aditus,& tẽpora norũt,tũc nouitatũ rumuſculos primũ aſpergunt,quib⁹ principis aures titillãt,deinde paulatim ad ea quæ cupiũt procedũt,inſcriptũ a Natura ſua habẽtes ariſtotelis ad Calliſthenẽ diſcipulũ cõſiliũ hortantis,vt cum Rege,aut nunquam, aut iucundiſſime loqueret,quo ſcilicet apud regias aures,vel ſilẽtio tutior,vel ſermone eſſet acceptior: Quod ſi tũc cuiuis illorũ princeps aut Rex arriſerit, & ad id quod loquitur annuat,ſi gratũ quid quod dixerit,aut fecerit,ſi illi quid crediderit,ſi illum cõfabulatorem ſecũ ſecreto abduxerit:Atq; aliis non ita profecto magnus tũc erit ille ĩ oculis hominũ,iãque omnia audebit,mordebit omnes,ridebit omnes,floccipẽdet omnes, detrahet clanculũ,reprehẽdet palam,loquetur grãdia, nihil Aulicorũ diſciplina. Ariſtotelis cõſiliũ aulicum.

non audebit, quo metuant eum omnes, cõculcabit infe-riores, cõtemnet pares, ſuperiores dedignabitur: honorem & adorationem exiget etiam per contumeliam, totus tumet, & effertur, & potentiam adfectat:

Libertas ſcelerum eſt virtus & ſumma poteſtas.

quiſq; illi nõ arridet, non applaudit etiam cum male fecerit, ilico reus eſt: nam aut fortunę ei⁹ inuidere, aut officio eius nõ deferre iudicabitur: neq; iſs tunc ſolum paribus inferioribuſque infeſti ſũt, ſed & principibus ipſis ſuis ſępe pernicioſiſſimi, quib⁹ ſeueritatis, prudentiæ, correptionis, & cõſiliorum imagine perditiſſime adulãtur, & in nefanda ſcelera ſæpiſſime impellũt, quẽadmodum apud Lucanum Curio inſtigat Cæſarem.

Adulatio honeſtate aliqua

Quid tam lenta tuas tenuit potentia vires?
Conquerimur, deerat ne tibi fiducia noſtri?
Dum manet hic calidus ſpirantia corpora ſanguis
Et dum pila valent fortes torquere lacerti:
Degenerem patiere togam regnumque ſenatus?

Similes Alexander Magnus habuit inſtigatores, qui illum ſuapte natura inſaniẽtem magis magiſq; in bella & cædes incenderent. Tales habuit & Roboã Solomonis filius conſultores: tales habent & noſtri ſæculi principes, qui morẽ gerentes illorum cupiditatibus, illis ad omne ſcelus parent hortanturq;, aut ſic diſſuadent, vt fortius impellant, dum rationes ſuas tam futiles & infirmas opponũt, vt ſic ſe conuictos faſſi, credulorũ principũ cõfirmẽt errorẽ, vtrobiq; ſic decipientes, vt nõ poſſint argui, ſed de proditionis perfidia inſuper gratiam mereantur, tales hodie habet Gallorum Rex Frãciſcus ad mala conſilia nimium promptos, qui illũ contra Cęſarem in omnem perfidiam ac Tyrannidem libenter impellerent, atq; iſ interim optimi habẽtur atq; fideles. Hęc de nobilibus aulicis hactenus, quorum qui vnũ offenderit, omnium cęterorum reus eſt. Sunt adhuc quidam PLEBEI AVLICI, homines improbi animi, qui nulli in vita pręeſſe ſciunt, ſed ipſi ſubiectione continua gaudent, iſ circumeunt nobiliũ domos

fucata.

Aulici plebei.

illiſq; paraſitantur, menſis viuentes alienis, Iuuena. Saty.5.
Et ſumma bona putant aliena viuere quadra,
omnibus iccirco obſequuntur, omnibus adulantur, omnibus paraſitantnr, & omnibus omnia fieri ſtudēt, plures quã Protheus ſpecies mentientes, atq; in plures formas ſeſe vertentes, quo potentiorum fauorem ſibi conciliēt, cõuiuarum ſermones explorare ſtudēt, vt habeāt quod renuncient: diſſidentium autem ſecretis rumuſculis vulpina aſtutia inquirūt, eoſdemq; nunc ad amicos, nūc ad inimicos perferunt, vtriſq; ſe gratos præbentes, dū ſunt vtriſque perfidi, eoque magis ꝓditionib⁹ idonei, quo ob imaginē ſimplicitatis minus habeātur ſuſpecti, quūque nullū facinus ſceleratius habeatur quā proditio: nullum tamē ad diuitias & dignitates in aula comparādas vtili⁹ aç compendioſius, ipſiſq; aulicis, etiā Regibus acceptū gratunque magis, adherēt itaque nobilium liminib⁹, &c.
Scire volunt ſecreta domus atque inde timeri. Iuuena. Saty.3

Quod ſi ſemel fuerint turpitudinis, aut proditionis alicuius conſcij, iam euaſerūt, iam caput extulerunt: nam
Charus erit Verri qui Verrem tempore quo vult Saty. eadem.
Accuſare poteſt.

Iam familiaritas, immo neceſſitudo quædam nobiliorum contracta eſt, qua freti, ad ea que deſyderant facile accedunt. primum itaque quęrunt, vt in matricula Aulicorum in ſcribant, idque illis vel ſine ſtipendio ſatis eſt, ſiquidem ſola inſcriptio etiā abſque ſalario quæſtuoſa eſt, & ſuam prędam habēt: deinde potentes quoſcūque captare non diffidunt, quos tunc ſollicitant blanditijs, inſtant obſequijs, & ſe muneribus ingerunt ratione conſortij, aut alia quauis arte, & q̄cūque ab alijs aut periculorum metu, aut laborum intollerātia, aut lucri penuria relinquuntur: iſti audiſſime quærnnt, vigilant dies & noctes, peregrinantur, & ſuſceptas ferunt referuntque legationes & literas, labores immenſos adgrediuntur & perferunt, &
Audent quid breuibus Gyaris & carcere dignum: Iuuena. Saty.1.
donec iſs meritis aut ſcrinijs præficiātur, aut cõſignādi

Aulici ad honores euecti mores.

ſuſcipiant officium, aut ærarij cuſtodiam obtineant, aut cenſus varia ratiocinia illis committãtur. Ianq; egreſſi laborum anguſtias, nullum obſequiũ eorũ amplius gratuitũ eſt, ſed omĩa deinceps ad precium venalia habẽt, & cum nouo honore mutatis moribus omniũ quæ retro ſunt obliti, in anteriora pẽdentes, priora ſua cõtemnũt, vlteriora concupiſcunt, auaritiaq; contracti ad prædam ſtrepitunq; lucri omnia vertunt, fide parci, verborũ prodigi, blandi pariter & inſidioſi, ſermone obſcuri, & oraculorum inſtar ambigui: quicquid vident, quicquid audiunt, quicquid dicitur, quicquid agitur, coniectãt omĩa in peiorem partem, ſibi ſolidi fidunt, ſe ſolos amant, ſibi ſolis ſapiũt, nulllus fidei aut amicitię credũt, ſodalitatẽ nullam niſi lucri cauſa colũt, commodum propriũ omnibus præferunt, amicos, ꝓpinquos, hoſpites, ſocios, quicunq; lucrum non adferunt tãquam ſteriles arbores deſpiciunt, priſtinos ſodales ſi quis eorum occurrat, prætereũt, quaſi ne norint quidem, ſi quis illorum implorat opem, hunc verbis & promiſſis abũde paſcũt, pluſq; ꝓmittunt quam præſtant, ſi nihil attulerit, auxilio deſtituunt, & vel cauſa ſpoliant, gratiam omnẽ venalem habent, virtutem omnem contemnunt, aliorunq; laudes diuerſis ſententijs frangunt, & poſt terga artificioſe cuilibet detrahunt, ipſi neminẽ ſine exceptione laudant, quẽ admodum Orator ille Iulium fortunatũ (aiebat) fateor virum fortem & quem conſtat ſtrẽnue egiſſe quam plurima, quo tamen pacto iudicium repetundarũ apud iudices iuſtos euaſerit, miraret quidem, ſi vis eloquij eius mihi eſſet incognita. Et alius:

Felix & nato, felix & coniuge Protheus;
Et cui ſi demas iugulati crimina Phoci
Omnia contigerant.

Pręterea, aulicis muneribus, vulturum inſtar, ſemper inhiãt, vndecunq; venanť prædã, eãq; quib⁹ poſſunt, veluti Phyneo obſoniũ vel ipſis e faucib⁹, Harpyiarũ inſtar, ꝑripiunt, Aemulorũ calamitatibus gaudent, nullius malo compatiũtur, nulli promiſſa ſe debere putãt, niſi pro ſua

libidine, nulli gratiam referunt, ſed om̃es pariter aut beneficio indignos iudicant, aut negligentia prętereunt: nonnullos odio compenſant, ſed in odio gratiam fingũt, & diſſimulant iram, præter principem aut Regem nullum alium obſeruant, aut verentur, ſed ne hos quidem, niſi aut metu, aut pro compendio. Cunq; iam ad canos vſq; in proditionibus, in fraudibus, in ęrumnis & laboribus verſati, anxijs his ſordibus ingẽtes opes, ſublimeſq; honores corripuerunt, tunc faſq; nefaſq; confundũt, vt filios nõ tam honoris quam rapinę ſimul & iniquitatis relinquunt hæredes.

Sic ſerpente Ciconia pullos Iu. ſaty. 14.
Nutrit, inuenta per deuia rura lacerta,
Illi eadem ſumptis quęrunt animalia pennis,
Sic Leporem aut Capream famulæ Iouis & generoſæ
In ſaltu venantur aues, tunc præda cubili
Ponitur, inde autem cum ſe matura leuabit
Progenies, ſtimulante fame, feſtinat ad illam
Quam primum rupto prędam guſtauerit ouo.

¶Atq; hæ ſunt plebeiorum aulicorum artes, quib⁹ multi ex infima hominum fece ad ampliſſima munera, quæſturas dignitateſq; conſcendunt, proximanq; apud Principes & reges ſuos auctoritatem adepti, diuitias Principibus pares conflant, regiaq; extruũt palatia, dũ interim nobiliores illi Aulici ſua omnia in ſcorta, in aleas, in venatiões, in equitia, in conuiuia, in pompas, in veſtes, in faſtum profundunt, terras, caſtra, poſſeſſiones, patrimonia decoquentes: Quæ tunc plebei iſti emunt, in nobilium locum his ſuis ſceleſtiſſimis artibus ſuccedentes.

¶Habent & Aulicæ mulieres ſua vitia: omnino enim non paucas videmus corporis dotibus & formę elegantia ſpectandas, ſcitulas & nitidas & venuſtas: Inſuper veſtimentis purpureis & aureis, & gemmeis monilibus exornatas. Sed non omnibus eſt cernere, quam turpiſſima monſtra ſub formoſis illis pellibus ſæpe latitent: Hinc aptiſſime Lucianus illas Aegyptijs templis comparat. Illic enim ipſum delubrũ forinſecus pulcher Aulicæ mulieres.

rimum eſt, ſimul atque maximam, ſumptuoſis lapidibus extructũ atque compoſitum. Cæterum ſi intus Deum requiſieris, aut Simiam inuenies, aut Ciconiã, aut Hircũ, aut Felem: Ita eſt de illis aulicis puellis atq; dominabus quæ a prima ętate, a teneris annis in moli ocio, ſaltationibus & omni luxu enutritæ, peſſimiſque diſciplinis ex aulicis illis amorũ libris prauiſſimiſque, lux⁹, libidinũ, adulteriorum, fornicationum, lenociniorum Hiſtorijs, Comœdijs, nouellis facetijs, cãtilenis imbutæ, veluti ex nutrice pernicioſiſſimos mores ſuxerunt, leuitatẽ, inſolentiam, arrogantiam, moroſitatem, impudẽtiã, obſcœnitatem, contentionem, cõtradictionem, pertinaciam, vltionem, aſtum, vafriciem, petulãtiam, loquacitatem, procacitatem, & turpem concupiſcentiam: habent linguas quibus ſilentium pœna eſt, habent labia ad omne loquacitatem armata, quibus ſermones producunt ocioſiſſimos ineptiſſimoſq;, & nõ raro is qui audire coguntur moleſtos: quid enim illas in tam multas horas inter ſe loqui putabimus, niſi ſtulta & ocioſa ſputa quomodo componenda coma, quomodo pectẽda, quomodo tingendi capilli, quomodo fricanda facies, qualiter complicanda veſtis, qua pompa incedendum, aſſurgendum, decumbendum, quibus quo veſtitu fas ſit incedere, quę quibus loco cedere debeant, quot inclinationibus ſalutare, quę ad quorũ oſcula venire fas aut nefas ſit, quę aſino, quę equo, quæ ſella, quæ curru, quę lectica vehi debeãt, quę aurum, quæ gemmas, quę corralia, quę torques, quę in aures, quæ armilas, quæ annulos, quæ monila ferre poſſint, cęteraque Semiramidarum legum nugamenta: nec deſunt ſeniores matronæ quę narrẽt a quot procis olim adamatæ, quibus muneribus dignatę, quibus blanditijs ambitæ: Hæc de eo loquitur quẽ amat, altera ægre fillo de illo quem odit, & quæuis putat ſecum aliarum admirratione dicere, nonnũquam intempeſtiuis dicterijs ac impudentiſſimis mendatijs ſermonem infulciunt: Nec

Matronarũ cõtrouerſiæ.

deſunt inter illas intẽciſſimas odia & acerrima iurgia, calumniæ, detractiones, ſycophantiæ, & quæcũque ſunt

malę linguæ vitia: Habent ocellos, habent vultus, habent riſus plenos illecebris, habēt nutus, habēt geſt⁹ plenos laſciuia, habent aſtus, habent verba quib⁹ decipiēdos procos ſollicitant, & munuſcula extorquent, ſi illis annul⁹ eſt, ſi gemma, ſi monile, ſi catenula, quicquid id eſt, ſubtrahunt blanditijs, aut extorquent præcibus, reddūtq; pro illis baſia, ſuauia, oſcula, amplex⁹, cōtract⁹, cōfabulationes quę illis publica merx & Aulici amoris alimenta ſunt. Pudet referre, quæ ſecreta intra cubile probra ſępe gerantur, conſecrato Hymenæo naturæ contumelia, quę cum veſtem induerunt, omnia contexiſſe & occluſiſſe exiſtimant, tales itaq;, qua fide & integritate poſtea erga maritos putabimus futuras vxores? O quāto dolore afficiunt bonos coniuges, dum genus, dum dotem, dum formam, dum aliena matrimonia illis continuo obijciunt, & iurgijs ac contumelijs obtunduntviros conquerūtur ſemper, dum domeſticam & frugalem mēſam ſpernunt, & aulicum luxum viris exprobrant, ac delitijs & pompa aſſuetę, ornamentorū ambitione exhauriunt illorum opes, labefactant domos, nōnunq̄ ad turpes & malos quæſtus miſeros maritos impellūt, quibus dies nocteſq; inſidiantur mille fraudibus, ſimulatione, proditione, hypocryſi. Taceo externos amores, occulta adulteria, ſuppoſititios partus, & alieno ſemine conceptas ples: Quod ſi ſemel ad odiū vertātur, zelotipiā parabunt, aut venena. Familiares enim (vt ait Hieronymus cōtra Iouinianum) malarum fœminarū artes ſunt, doli fraudes, veneficia, mala medicamenta, magicæ vanitates. Sic Liuia virum ſuum interfecit, quem nimis odit: Lucillia ſuum peremit zelotipia: illa ſponte miſcuit aconitum: hęc improba furorem pro amoris poculo propinauit. Adeo tutius eſt, quod ait Eccleſiaſtic⁹, cōmorari Leoni & Draconi, q̄ cum muliere nequā: Quiſquis morigeram cupit habere vxorem, ne ducat talē aulicam. Quęcunq; mulier velit probum habere maritū ne nubat Aulico, Sed iam nimium progreſſus eſt cū lingua ſermo, dixi tamen & iam non dixiſſe non poſſum,

Aſt⁹ ad munera extorquēda.

Supbæ patronarum iactatiōes in maritos ſuos

Fœminarum malarū artes.

Eccl. 25

Cæterum autem ponam manum meam ſuper os meum: & iis alia nõ addam: quin de Aula modo egredientes reliquas Oecono miæ ptes & quas diximus mechanicarũ potiores diſciplinas: Mercaturam, Agriculturam, Militiam & reliquias examinam⁹. ¶ MERCATVRA ipſa quidem latẽtium lucrorum aſtutiſſima indagatrix: manifeſtæ præde auidiſſima vorago, nunq̃ habendi fructu felix, ſemper autem quærẽdi cupiditate miſerrima: hanc tamen nõ modico Reipub. auxilio eſſe, & ad exterorum Regũ, populorunq́ amicitias contrahendas accõmodam, atq́ etiam priuatæ hominum vitæ perutilẽ, ac quodammodo neceſſariã plæriq́ arbitrati ſunt: quin & Plinius illam victus cauſa inuentam putat: quocirca etiam multi illuſtres ſimul ac ſapientes viri hãc exercere nõ ſũt aſpernati, cuiuſmodi (teſte Plutharcho) fuere Thales, Solon, Hippocrates, verũ ſicuti quaſcũq́ ſciẽtias, & artes alias propter voluptatem admittimus, alias propter laborem eſtimamus, alias propter virtutem honeſtatenq́ ſectamur, alias propter veritatem iuſtitianq; veneramur: non tamen omnes illæ q̃uis neceſſariæ, lucroſę, iucundę, laborioſæ. iccirco ſtatim honeſtę laudabileſq́ ac iuſtę ſunt. Sic & Mercatorum, Inſtitorũ, Fœneratorum, Trapezitarum, Collibiſtarum exercitia neceſſaria, vtilia, & laborioſa ſunt, tamen illiberales: ſordidi & improbi quæſtus vocantur, quia illorum operoſæ fraudes, nõ artes vendũtur emũtur q́: quod quidẽ (vt ait Cicero) nõ apti, nõ ſimplicis, nõ ingenui, nõ iuſti, nõ boni viri, ſed verſuti, obſcuri, aſtuti, fallacis, & callidi officiũ eſt. Mercatores enim omnes & inſtitores hic emũt, vt alibi carius, & ſupra ſortem vendant, atq́ ille melior q lucratur magis: quib⁹ paſſim peculiare eſt mẽtiri, peierere fraudare, & imponere, nec vlla illis lucrandi ratio turpis: quin & legibus id ſibi licere dicunt, decipere ſecum contrahentes ad dimidium iuſti pretij, nec dubium eſſe poteſt, cum omnis eorum vita ad quæſtum, ad diuitias adornata ſit, illos earundem occaſione turpia plurima, & dignas ſupplicio fraudes committere, Nulli

[Margin: Mercatura. — Mercatorũ & inſtitorũ mos — Lex Mercatorum.]

nim ſine fraude diteſcunt, &, vt ait Auguſtinus, lucrum abere non poterit, niſi fraudem fecerit, Nullum oīo ſine frande lucrum

:t plenius æquo
audet venales quas vult extrudere merces.

Et alius Poeta canit:

eriurata ſuo poſtponit numina lucro
Mercator, ſtygijs non niſi dignus aquis.

[Hinc emit ille, vendit alter: hic portat, ille aſportat: uc creditor, ille debitor: hic ſoluit, ille recipit, alter ra- iones ſcribit: omnes autem perierant, fraudant, fallũt, ec animæ, nec corporis, nec fortunę vllum periculum xcludunt, modo lucrum ſperent, nec cognationes, nec ffinitates, nec amicitias vlla fide, niſi ſola vtilitate colũt, icq; omnes per omnem ætatem, poſt lucrum, poſt diui- ias accurrunt, ac ſi alibi laborum requies vitęq; ſolatiũ eque at inueniri.

mpiger extremos currit mercator ad Indos Oratius
Per mare pauperiem fugiens per ſaxa per ignes:

¶ At vero cuiuſmodi fraudes commitant Mercato- es, in lana, in lino, in ſerico, in panno, in purpura, in gē nis, in aromatibus, in cera, in oleo, in vino, in frumēto, n equis, in animalibus, deniq; in omnium mercium ge iere, nemo eſt qui neſciat, qui non videat, qui nō palpi- et, niſi qui forte illorum damna non ſenſerit. Atq; hæc ninora mala ſunt, lōge his maiora ſuperſunt: Ipſi ſunt, ui, inuectis damnoſis mercibus, & quę ob raritatē, vel elicias a mulierib⁹ & pueris appetũtur, & quæ ad nul am vitę faciũt neceſſitatem, ſed duntaxat ad luxum, ad ompam, ad fucum, ad ludum, ad mollicię, ad volupta- em ab ipſis vſq; terrę finibus, veluti laqueos, importan es. Prouincias ac Regna quotannis immēſa ſpoliāt pe- unia, corrumpũt bonos mores, introductis peregrinis vitijs, ac, ſublato patrio ritu, ſemper nouis & externis re bus ſtudentes, eam perditiſſimis implicant cōſuetudini bus. Ipſi ſunt qui initis ſodalitiis, contra ius, fas, & leges Monopolia exercēt, omnia tentantes, excogitantes, ex- plorantes, quibus multitudinis opes ad ſe cōtrahāt, dũ, Fraudes mercato rum.

collectis pecuniis, alios vincũt, alios prçueniũt, alios ex aucto rerum pretio deterrent, ac ſoli emunt omnia, quæ deinceps pro ſuo libito ſoli vendunt q̃ maximi: Ipſi non raro ingenti ære alieno conſarcinato, cõſtituto alibi domicilio, inde vero proſtituta fide, verſo ſolo, profugi, & ſero aut nunq̃ redeũtes, creditores fraudãt, & ad deſperationem ac laqueum adigunt: ipſi ſunt qui Cheirographis & obligationibus implicant & expilant ciues, debitorũq; radices adeo profundas, laborioſas, funebres, & ineuitabiles plantantes, vt euelli nequeant, ſed in gyrũ pullulantes, & ex debitis debita germinantes, ciuitates ſuffocant, & euertunt: Ipſi interim fœnori & vſuris inceſſanter dediti, totius plebis ſubſtantiam deuorant, ipſi nõnunq̃ numiſmata prçcidunt, ſemper autem monetæ valorem vtcũq; ſuo lucro conducere viſum eſt, nunc intendunt, nunc remittunt, nõ abſque totius Reipub. detrimento, ipſi explorata Principum ſecreta, ciuitatunq; conſilia, & patrios rumores, hoſtibus renũciant, nõnũq̃ etiam pacta mercede Principum vitç inſidiãtur, ac nihil nõ pecuniç ſtudio attentantes, facientes, patiẽtes & venale habẽtes: omne eorum inſtitutum non niſi mendatia, fuci, ſermonum nebulæ, exploratiões, inſidię, fraudes, deceptioneſq; manifeſtç: hinc Carthaginẽſes mercatorib⁹ diſtincta ſtatuerunt diuerſoria, nec ea illis cũ ciuibus volebant eſſe communia, Cçterum patebat illis in forum via, ad naualia autẽ & ſecretiora Vrbis loca ne aſpectus quidem cõcedebatur: Grçci autem nequaq̃ intra Vrbes recipiebant: ſed, quo ciues a periculi ſuſpitione eſſent immunes, a pomeriis nõ longe forum venalium ſtatuebant: Plerçq; alię Gentes, mercatores ad ſe accedere prohibuerũt, quod mores deprauarent. Epidauri (teſte Plutarcho) cum ciues ſuos Illyricorum cõmerciis improbos fieri animaduerterẽt, veriti a peregrinorum contagione, corruptis ciuium ſuorum moribus res nouas ciuitati ſuæ excitari, vnum imprimis grauem & circũſpectum ex omni ciuium multitudine virum, in ſingulos ãnos eligebant, quid ad Illyricos accederet, &

Carthagine mercatores priuata habebãt loca. Grçci mercatores vrbe excludebant.

ıę quiſq; ſuorum mandaſſet mercaretur atq; cōtrahe-
:t. Vituperat mercatores Plato, quod optimos inqui- Plato contra mercatores.
ēt mores, & apud bene cōſtitutam Rempub. lege cauē
ım cenſet, ne externarum gentium delitiæ in Vrbem
ɔmportentur ac ne quis a ciuibus minor quadraginta
ınis peregre proficiſcatur, exteri autem ad ſuos remit
ıntur, eo quod iſtiuſmodi peregrinorū contagijs, ciues
:terem patrum parcimoniā, Priſcoſq; mores dediſcāt,
:odiſſe incipiāt, ex quo vno Vrbes plærumq; reddun-
ır deterrimę, omniq; fornicationum, adulteriorum, lu-
us, & libidinum genere inquinatiſſimę, cuiuſmodi Lug- Lugdunum
unum & Antuerpia famatiſſima hodie mercatorū em Antuerpia.
oria de ſe exempla prębent. Ipſe etiam Ariſtoteles, iu-
et omnino curam habendam, ne quid ciuitates aduēti- Ariſtoteles contra Mercatores.
orum admixtione vitientur: Mercatores autē & ſi ſunt
eceſſarii, nō tamen in ciuiū numero recipiēdos, quos
leo etiam deteſtatur maxime, quod gaudeant menda-
iis, & in ciuitatibus fora vexant, tumultus exitant, ſe-
untq; diſcordias: Quin apud plæraſq; Reſpub. antiqua Mercatores magiſtratib⁹ phibit i.
ex erat, ne quis Mercator Magiſtratum gereret, nec in
enatum, nec in conſilium admiteretur: Porro Merca-
ura a Theologis ſententiis plane dānata eſt, & a Cano
icis decretis, auctoribus Georgio, Chryſoſtomo, Augu Mercatura a Theologis damnata.
ıno, Caſſiodoro, Leone, omnibus vere Chriſtianis in-
erdicta. Nam, vt ait Chryſoſtomus, Mercator Deo pla
ere non poteſt. Nullus ergo Chriſtianus ſit Mercator,
ut ſi eſſe velit, proiiciatur ab Eccleſia: Auguſtin⁹ quoq;
Mercatores pariter ac milites ait veram pœnitentiā age
e non poſſe. ¶ Mercatoribus non multo meliores ſunt Quæſtura.
QVAESTORES, furax quoddam hominum ge-
ıus, & vt plurimum ſeruile ac mercennarium, aut quod Quæſtores furax hominum genus.
ub ſtipe operam locarit, rude ac ignauum, ſed au-
lax & impudens, nec niſi tenuia quædam artificia, qua
ia par eſt tales homines noſſe, didicit, ſcribendi videli-
cet & ſupputandi, maxime autem furandi formulas,
haud inſcitas, ingenioſioreſq; quam quæ in vulgares cō
petant latrones: Ideoq; omnium qui viuunt hominum

furaciſſimi ſunt,& a ſolis digitis quibus talēta & millio‑
nes ſupputāt opulenti,quos adeos viſcoſos habēt,ac in‑
finitis vncis,hamis ſic imbutos,vt pecunia omnis quā‑
tumcūq; leuis fugax, labilis, anguillarum & ſerpentum
inſtar lubrica,ab his cōtacta ilico hęreat,neq; facile que‑
at auelli,hoc ipſo tamen minus mali ſunt,cū quod non
niſi regum Principumq; ac potentum ærarijs inſidian‑
tur,tū quę inde ſuffurātur,in ſcorta,in aleas , conuiuia,
ædificia,atq; alendis Paraſitis,Hiſtrionibus,equis,cani
bus,non illibenter expendunt:aut ſeniores prudentio‑
reſq; facti,nō raro filios nobis tales relinquunt, qui quæ
iſti multis ex periuriis,rapinis,furtis,flagitiis paulatim
& minutatim corraſerunt,conuiuādo,ſcortando,venā‑
do,aucupādo,veſtiendo,& nihil quicq̄ ad explendas vo
luptates omittendo,rurſus in multa fragmenta diſſecā‑
tes,ſimul omnia infeliciter profundunt. Cæterum vero
& Quęſtores ipſi fœnus accipiunt,& dona extorquent,
procraſtinando debita compilant,cū Capitaneis collu‑
dunt,falſum ſupputant,cheirographa adulterāt,& lite‑
ras effictis ſigillis reſignant:Nomiſmati nonnihil detra
hunt,nōnunq̄ fucato metallo vitiāt, ideoq; Alchimiſtis
plurimum amici ſunt,atriſq; illius vt plurimum ſectato‑
res,aut ſi deſit ingenium,ſaltem fautores ſunt: Verum
cum dicat Cicero mercaturam ipſam ſi magna ſit & co
pioſa,multa vndiq; apportans,& ſine vanitate īportās,
non eſſe admodum vituperandam:Mercatores autē &
Quæſtores tunc poſſe optimo iure laudari,ſi aliquando
ſatieti quęſtu,tandem ad colendos agros poſſeſſioneſq;
ſe contulerint:Ideoq; de Agricultura quid ſentiendum
ſit,hic ſubiungemus. ❡ AGRICVLTVRA
itaq;,cui & paſtio annexa eſt,& piſcatio,atq; venatio,tā
to apud Priſcos in honore fuit,vt ne Romanos quidem
Imperatores,potentiſſimoſq; Reges,& Duces puduerit
agros colere,ſemina tractare,arbores īſerere: Ad hanc
ſe contulit,depoſitio imperio, Diocletiamus,& dimiſſa
Regni adminiſtratione Attalus . Cyrus quoq; magnus
ille Perſarū Rex gloriari plurimū ſolebat, cū veniētib⁹

Margin notes: Quæſtorum artes ad diuitias comparandas. — Ciceronis dictum in Quæſtores. — Agricultura — Diocletianus — Atalus — Cyrus.

ad ſe amicis, hortum oſtenderet ſuis manibus conſertũ, & arbores ſua manu in ordinẽ poſitas. Sed & Seneca plãtauit platanos, ſua manu piſcinas effodit, aquas didu xit, nec alibi lubẽti⁹ errat quã in agris. Hinc illa nobiliſſi marũ familiarũ cognomẽta Fabiorũ, Lentulorũ, Cicero num, Piſonũ a multitudine videlicet horũ leguminum. Seneca.

¶ Simili ratione a pecorũ paſtionib⁹ Iunij, Bubulci, Sta tilij, Tauri, Põponii, Vituli, & Vitellii, Portij Catones, & Annii Caprę orta ſunt: Paſtores fuerũt Romulus & Remus Romanę Vrbis conditores: e paſtoribus ad Im perium aſſumptus fuit Diocletianus: Paſtor fuit ipſe Ro manę potentię tremẽdus Spartacus: Paſtores erãt Pa ris, & pater Aenee Anchiſes, & a Venere dilect⁹ formo ſus Endymion: Polyphemus etiam, & centũ oculorum Argus: Ex ipſis deniq; Dijs Apollo Admeti Theſſaliæ Regis armẽta pauit: & Mercurius fiſtulæ inuentor pa ſtorum Princeps fuit, atq; eius fili⁹ Daphnis: Pan quoq; paſterũ Deus, & Protheus paſtor atq; Deus. Atq;, vt He brȩorum Patriarchas, Iudices ac Reges aliquos recen ſeam, maximi inter eos viri & Deo gratiſſimi paſtores fuerũt, ſicut Abel iuſtus, Abraam pater multarũ gentiũ, & Iacob pater populi electi. Itẽ Moſes legiſlator & Pro pheta Deo familiaris, ac Dauid rex ſecundum cor Do mini electus, Quin etiam apud veteres Grȩcos illuſtriſſi mus quiſq; paſtor erat. Hinc alios Polyarnas, alios poly melas, alios polybutas appellarunt, videlicet a multitu dine agnorum, ouium, & boum nomina illis imponẽtes Sic etiam Italiam a vitulis nuncupatã (quos antiqui Græ ci Italos vocabant) nemo ignorat. Atqui vterq; Boſpho rus, Cimmerius & Thracius, atq; Aegeum mare, & Ar gos, Hippiõ, nonne a bouis trãſitu, a capris, ab equis di cta ſunt? Et numidia Aphricę prouincia a paſcuis hoc nomen habet. Prima poſt Adæ lapſum hominum in ter ris vita, fuit paſtorica, Hȩc nobis prȩter pecudum car nes varias, etiam lac, caſeum, butyrum in cibum, ac pro veſtitu lanam, pelles, & coria, omnia profecto humanę vitæ, cũ neceſſaria, tũ vtiliſſima largitur: quæ omnia, ſed

Paſtura

Qui viri illuſtres paſto res apd̃ latinos.

Viri ſan cti in vete teri teſta mento paſtores

Qui a pud græ cos pa ſtores.

poſt caſum, homini conceſſa ſunt, cũ antea iſs ſolis quæ a terra ſponte prodibant fructibus, Deus illum in Paradiſo veſci iuſſerat. ¶ Accedunt ad hæc PISCATIO atq; venatio. Piſcationis ſtudium apud Romanos tãto in precio & celebritate habitum eſt, vt peregrinos & italis litoribus ignotos piſces e lõginquis prouinciis aduectos nauibus, in mari Italico tãquã in terra fruges ſeminarẽt, arbitrantes nõ modicam in his Reipub. vtilitatẽ verſari: Pręterea piſcinas & viuaria pręcioſiſſimis piſcibus referta magnis ſumptibus inſtruxerunt: E quibus demum plæriq; Romani Principes familiæq; agnomina traxere, vt Liciniſ, Murenæ, Sergii, Oratæ: Hinc & Cicero Lucium Philippũ atq; Horrẽſium piſcinarios appellauit, videlicet a piſcinis. Legimus & diuũ Octauianum Auguſtum hamo piſcari ſolitum, & Neronem ſcribit Suetonius piſcatum rete aurato, e purpura & cocco nexis funibus. Modi autem piſcationũ nõ admodũ multi: Nã retib⁹, hamo, naſſa, iaculis, raſtro, veneno, quotquot ſunt piſces capiuntur: Verum Piſcatio eo min⁹ laudis habet, quo piſces duri alimẽti, ne ſtomacho quidem vtiles, nec Deorũ oblationib⁹ acceptit ſunt: Nemo enim vnquam piſcem in ſacrificiis immolatum eſſe audiait. ¶ Similibus quoq;, quibus piſcatio, ingeniis conſtant VENATIO & Aucupium, additis inſuper viribus corporis & indagine, variiſq; laqueorum, pedicarum, decipularũq; ingeniis: adhibitis etiam viſco, aquilis accipitre, canibus, ac lupo ceruario, & plęriſq; aliis manſuefactis feris, rapinę venationiq; aptis: Ars profecto deteſtabilis, ſtudium vanũ, certamen infelix, tantis laboribus & vigiliis de nocte ad noctẽ pugnare & ſæuire in beſtias: Ars crudelis & tota Tragica, cuius voluptas eſt in morte & ſanguine, quam ipſa refugere deberet humanitas. Hęc ab initio ſeculi ſemper peſſimorum hominum peccatorumq; pręcipuum exercitium fuit: nã Cain, Lamech, Nymbrotum, Iſmaelẽ, Eſaum robuſtos venatores ſacrę literę prodiderunt, nec vllos in vetere lege venaticam exercuiſſe legimus, niſi Iſmaelitas, Idu-

Piſcatio

Noĩa familiarũ a piſcib⁹

Auguſt⁹ piſcator

Modi piſcationũ

Venatio

meos, & gentes quæ nõ cognouerunt Deum. A uenatione Tyrannidi initium fuit, quia commodiorem non reperit auctorem quam eum qui ĩ cæde & carnificio ferarum & voluptabro ſanguinis Deum naturamq; contemnere didiciſſet: hanc tamen Perſarum reges tanquã veriſſimam rerum bellicarum meditationem coluerunt, quia habet in ſe venatica bellicum quiddam & truculẽtum, dum rapacibus canib⁹, obiecta fera, effuſo ſanguine, laniatis viſceribus, voluptatẽ prẹſtat, acerbiſſimãq; mortem tanquam iocum ſumma cum voluptare ſpectat interim, ridetq; crudelis venator, proſtratãq; canũ exercitu aut laqueorum fraude infelicem prædã, trium pbãtis inſtar, magna comitatus caterua, domũ reducit: vbi tũc feralis inſtruitur carnificina, ſolenniq; cheironomia, prẹſcriptiſq; vocabulis (neq; enim aliter fas eſt) bellua laniatur: inſignis profecto venatorum ſtultitia, inſigne bellum, cui dum nimium inſiſtũt, ipſi, abiacta humanitate, ferę efficiũtur, morũq; pdigioſa peruerſitate, tãquã Acteon, mutãtur in naturas belluarũ: In tantam quoq; plurimi illorũ prupere inſaniã, vt hoſtes Naturæ fierẽt, quẽadmodũ de Dardano narrant fabulę. Inuẽtores tã infelicis artificij extitiſſe narrãtnr Thebani, gens fraude, furtis & plurijs inſignis, parricicidijs & inceſtib⁹ deteſtãda: a quib⁹ ei⁹ exercitij pręcepta ad phrygios trãſmiſſa ſunt, gẽtem ęque impudicam, ſed ſtultam atq; leuem, quos iccirco cõtempſerunt athenienſes, & Lacedęmonij populi grauiores, Poſtea vero quã Athenienſes interdictæ venationis legem ſoluiſſent, attenq; cum exercitio publice admittẽtes, in Rempub. ſuam introduxiſſent, tũc primum athe nę captæ ſunt. Hinc miror venationẽ a platone ipſo academiarum principe commẽdatam, niſi forte quod euentus aut propoſiti honeſtas neceſſitaſue hanc commẽdat, nõ voluptas: quemadmodũ aprum calydonię vaſtatorem cõfixerit meleager, nõ voluptati ſuę, ſed vtilitati Reipu, patriã a vaſtatrice bellua liberans. Et Romulus venabatur ceruos, non voluptatis cauſa, ſed neceſſitate alendi ſe & ſocios.

Auenatiõe initium Tyrãnidi. *Venatio culta apud Perſas.* *Inuẽtores venationis.*

Aucupiū Eſt & aliud venandi exercitiū quod AVCVPIVM dicūt, minoris quiddem crudelitatis, ſed nō minoris vanitatis: hinc Aucupes dicti, qui videlicet aut aues venātur, aut per aues ludentes (quemadmodū ait Baruch Propheta) in auibus cœli: Auctorem illius ferūt vlyſſē, quem primum poſt captum Ilium armatas edoctaſque in venationē aues græciam intuliſſe narrant, vt videlicet eſſent nouæ voluptatis ſolatia, his qui amiſſis parētibus troiani belli damna ſentirent, tamen filiū thelemachum ab hac viuere iuſſit expertem. Tandem hæc exercitia, in ſe reuera ſeruilia & mechanica, vſq; euecta ſūt, vt, poſitis quibuſq; liberalibūs ſtudiſ, hodie prima nobilitatis elementa ſint atq; progreſſus, illis ducib⁹ ad ſummum nobilitatis gradum perueniatur, hodieq; ipſa Regum & principum vita, ipſa etiam, pro dolor, Abbatū, Epiſcoporū, cæterorunq; Eccleſie præfectorum religio, tota, inquam, venatio eſt, in qua ſe potiſſimum experiūtur virtutenque ſuam oſtendunt:

Baruch. 3.

Vlyſſes auctor aucupiſ.

Verg. in 4.

Spumantenq; dari pecora inter inertia votis
Optant Aprum, aut fuluum deſcendere monte Leonē.

Et quos decet eſſe exempla patientiæ, quotidie querunt habere quod vincant & venētur: & quæ natura libera ſunt animantia, & deternente iure, occupantiū fiūt, nobilium Tyrannis ſibi temerariſ interdictis vſurparit: a nouallibus ſuis arcentur Agricolæ, ſubtrahuntur prædia Ruſticis, agricolonis præcluduntur ſyluę & prata Paſtoribus, vt augeantur paſcua feris in ſanguinē & delitias Nobilium, quos ſolos has edere licet, de quibus ſi Colonus quiſpiam guſtarit, aut Agricola, is maieſtatis re⁹ fact⁹, ſimul cum beluis illis fit prǽda venatori. Scrutemur ſcripturas, certe in ſacris literis etiam in Gētium Hiſtoriſs, nullum ſanctū, nullū ſapientem, nullum Philoſophum legimus venatorem, paſtores vero plurimos & aliquos piſcatores: & Auguſtinus artem hanc dicit omnium nequiſſimam ſacraq; Elibitanum & Aurelianenſe concilia hanc in clero prohibuerūt, damnarūtq; in ſacriſq; Canonibus non modo prohibetur venatori-

Venatio clero p̄hibita.

bus aſcenſus ad ſacros ordines,ſed etiam ſummi ſacer
dotiſ gradus adimitur iam adeptus. In eiſdem legitur, Geñ. 23.
Eſau venator erat,quoniã peccator erat,neque vero vſ
piã venationis vocabulum ſcriptura ſacra in bonũ aſſu
mit.Quare venationem ipſam reprobã eſſe, iam nemi
ni in ambiguo ſit,quę omniũ ſapiẽtũ atque ſanctorum
turba exploſa eſt atque dãnata,Antiquit⁹ etiã cũ in in- Antiqui-
nocẽtia viuerent homines,nulla illum animantia fugie t⁹ homi-
bant,nulla infeſta erant, nulla noxia , omnia illi ſub- ni cũ fe-
dita obediẽtiam præſtabant;cui⁹ exẽpla etiã poſterio- ris pax.
ribus temporibus in his qui optimam vitam agerent
manifeſta ſunt,quomodo ferarum inſidijs ſuperiores
extiterunt,ſicut Daniel leonibus,& Paulus Apoſtol⁹ vi- Dañ.41
perę,Heliam prophetam,paulum & Antonium here- act.28.
mitas nutriuit coruus,& Egidiũ cerua. Helenus Abbas 3.Re.17
pręcepit Onagro ,& paruit belua,& ſancti viri onera
portauit,pręcepit etiã Crocodylo,& ab eo flumẽ trãſue
ctus eſt.Anachoritę multi habitabant in deſertis,& ſta
bant in ſpeluncis & cauernis ferarũ,non timentes, nec
leones,nec vrſos,nec ſerpentes:cum peccato enim ani
malium noxa ſimul & perſequutio & fuga ſubintrauit,
& artes venationum excogitatę ſunt:Non enim(vt au-
guſtinus ait,tertio ſuper Geneſim)animalia fuere a pri
cipio producta venenoſa,inimica & moleſta humano
generi,ſed poſt peccatum infeſta inimicaque cõſtituta
ſũt quod ex diuina ſentẽtia in pœnam iniuſtæ rebellio-
nis primorũ parentũ factũ eſt,cuiuſmodi ſententia la- Geñ.3.
ta:eſt ad ſerpentem,dum diceret Deus: Ponam inimi-
citias inter te & mulierem,& inter ſemen tuum & ſemẽ
illius:ex hac ſentẽtia venationum orta eſt pugna,homi
num ſcilicet cum cæteris animalibus.¶ Sed modo re- Reſiduũ
uertamur : Scripſerunt de his iam dictis A G R I- de agri-
C V L T V R A E paſtionis,piſcationis,venationis, cultura .
aucupiſ artib⁹,Hiero,philometer,attalus & archelaus
Reges , Xenophon & Mago duces , & Oppianus poe
ta : pręterea , cato , Varro , plinius , columella,Vergi-
lius, Creſcentius, Palladius, & plærique his recẽtiores.

Cicero his nihil melius, nihil vberi⁹, nihil dulcius, nihil libero homine digni⁹ arbitratur. Non pauci ſummũ bonum ſummanq; beatitudinem iſthic collocarunt: Hinc agricolas fortunatos vergilius, Oratius beatos vocant, hinc Delphicum oraculum aglaum quendam feliciſſimum pronunciauit, qui in arcadia paruum prędium colens, nunquam id egreſſ⁹ eſt, ſicq; minima cupidine minimum in vita mali expert⁹ fuerit. Sed miſeri homines ram altum de agricultura ſapientes, ignorant hanc eſſe effectum peccati, ac ſummi dei maledictionem: Eiiciẽs enim hominem de paradiſo voluptatis, in agros miſit. Ad præuaricatorem adam ſic dicens: maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea omnibus diebus vitę tuę, ſpinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terrę, in ſudore vult⁹ tui veſceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua ſumptus es. Sed nulli hoc magis ſentiũt, quam agricolę, & Villici, qui dum arãt, ſeminãt, occãt, putant, paſtinant, meſſant, metũt, vindemiant, paſcunt, tondent, venantur, piſcãtur, poſt multos labores, hic agris a grãdine tẽpeſtateq; vaſtatis, amittit panem, huic oues moriũtur aut boues, aut a militib⁹ abigũtur, ille perdit feram, alter piſcẽ, & domi plorat vxor, illachrymantur filij, & tota eſurit familia, ruruſq; ſpe incerta dubiũ redeunt in laborem: ante hanc maledictionem nulla fuiſſet opus artificioſa telluris cultura, nõ paſſione, nõ piſcatione, nõ venatione, nõ aucupio: Nam ſpõte omnia productura erat terra hybernis æſtiuiſq; frugibus, odoris ſuauitate, pratorũque veſtitu ſẽper floreſcẽs: denique nil noxiũ terra ꝓgerminaſſet, nõ herbam vllam veneno peſtilẽtem, nullã arborem ſterilitatis vitio inutilem, ſequeſtrataque etiã natricum & viperarum cęterarunque reptibiliũ virulentia, auctor nobis Beda. Ipſeque homo animãtiũ omniũ adeptus principatũ, ipſis etiã feris, vt iumẽtis pecudibuſque onera impoſiturus, imperaſſet piſcib⁹ maris taues ad nutũ aduolaſſent, Moxque nat⁹ homo omniũ membrorum vſum, exercitiũque cõſequutus fuiſſet, ac ſine corporis

Agricultura dei maledictio. Gen. 3.

Matrix ſerpens, q Lucano violator aquæ appellat

egumẽtis,ſine tectis,ſine cõditis obſoniis,ſine medicamẽtis feliciſſimam vitam egiſſet cum ſponte ſua illi ſuppeditatura eſſent(vt ait Poeta ille)

Terra cibum pueris,veſtem vapor,herba cubile.

Peccata homini oĩa fecerunt inimica.

Sed peccati noxa,mortiſq; neceſſitas omnia nobis infeſta fecit:Iam non terra quicquã citra labores ſudoreſq; noſtros producit,quin & lethifera & venenoſa,ceu palã nobis quod viuimꝰ exprobrãs,generat.nec reliqua elementa nobiſcum mitius agunt,multos mare ſæuiẽtibus procellis obruit,mõſtroſq; belluæ abſorbẽt, tonitruis, fulgure,tempeſtatibus contra nos pugnat Aer & peſtilẽtiarum lue: Cœlum quoq; in noſtrum interitum conſpirat:Ianq; etiam animãtia ex profeſſo nobis infeſta ſũt: & ipſe etiã homo(vt eſt in Prouerbio)homini lupus eſt, circunſiſtunt nos innumeris ſcelerum illecebris tentãtes immundi Spiritus,quo nos in ſuppliciorum tenebroſa conceptacula protrahant,æternis ignibꝰ,ac diris cruciatibus, perpetuo cruciandos: Atq; hinc patet,non niſi optimarum rerum iacturam,malorum inuẽtionem , ac vitæ incommoda eſſe Agriculturam,cum cæteris illi adherẽtibꝰ,paſcendi,piſcãdi,venendiq; exercitiis, quo telluris infœcũditatem, & victus egeſtatem,ac ex pellium amictu algorem,quibus mortis fata admonita humanitas,ſaltem pro tempore effugeremꝰ,vel potius mitigaremus:Haberet autẽ Agricultura hanc neceſſitatis ceu calamitatis noſtræ laudem nõ modicam,ſi intra hos manſiſſet terminos,nec prętergreſſa doceret tot prodigioſas plantarum fabricas,tot portentoſas arborum inſitiões ac metamorphoſes. Quin & equo aſinis iũgere,& canibus lupos,ſicq; mulas & lyciſcas aliaq; præter naturæ legem monſtroſa animalia procreare:Sed & quibus natura cœlũ,maria,terras,libera aſſignauit,Auiariis, Piſcinis,Viuariis, & carceribus cohercere,etiam exẽptis luminibus ,mutilatiſue mẽbris in ergaſtulo ſaginare: Tũ in lino,lana,pellibus,bombyce,& quæ natura ad hoĩm veſtitũ largiť,tot texturarũ:infectionũ,& ſimilia nõ niſi ad luxũ & faſtum artificia,ſæpiſſime etiam ad hominũ

Prouerbium.

Licíſca canis mõſtroſꝰ,nimirũ ex lupi & canis coitu pgnatus, vnde& nomẽ habet.

pernicie m excogitata. Quod de vno ligno conqueritur Plinius tã paruo ſemine nato, quod nũc planta, mox velum, leuiſſimo ventorum flatu orbem terrarum vltro citroq́ portat, hominesq́ ipſos, ac ſi parum ſit ĩ terra etiã perire cogat in aquis, ac a marinis beluis vorari. Præter eo mille Agricolarum, Paſtorum, Piſcatorũm, Venatorum, Aucupum obſeruantiarum decreta, nõ tã ſtulta & ridicula, quã ſuperſtitioſa & diuinę legi aduerſa: quibus tẽpeſtates auertere, ſementa fœcũdare, noxia quæq́ pellere, lupos & feras abigere, fugacia animalia ſiſtere, piſces aueſq́ manibus prehendere morbos pecudum incarminare ſe poſſe autumãt: de quibus tam magna credulitate & ſerioſe ſcripſerunt ſapientes illi viri quos ſupra nominanimus.

Militia. ¶ Sed iam ab Agricolis ad MILITES tranſeamus, quos ex agris delectos aptiores pugnę ait Vegetius: Ex quibus etiã Cato viros fortiſſimos & Milites ſtrẽnuiſſimos gigni adſerit. Quin, & teſtibus ſacris literis, prim⁹ ille pugnator Caĩ, Agricola fuit atq́ venator: Et Ianus atque Saturn⁹ pugnaciſſimi Diĳ & antiquiſſimi, hanc ſimul cũ Agricultura vitam in terris egerunt: Ars itaque militaris minime contemnenda videt, quę (vt ait Valerius) principatum Italię Romano Imperio peperit, multarum Vrbium magnorumq́ Regum, validiſſimarum gentium Regnum largita eſt, fauces Ponti, Mariſq́ ſinus patefecit: Alpium, Tauriq́ montis conuulſa clauſtra tradidit: Ipſe Africanus Scipio apud Ennium gloriatur, quod per ſangninem hoſtiũ atq́ cædes viam ſibi ad Cœlũ aperuerit: cui & Cicero adſentit, inquiens, & Hęrculem eadem via Cœlos conſcendiſſe: Hanc Lacedæmoniĳs primum tradidiſſe dicũtur: Hinc Hannibal Italiam petiturus, Lacedemonem quæſiuit armorum ducem. Hęc duce conſtituta ſunt regna & imperia, illaq́ neglecta, potentiſſima quæq́ rurſus demolita: In manibus enim temerariorum Ducum ceciderunt bellicoſa Numantia, ornatiſſima Corinthus, ſuperba Thebæ, docta Athenę, ſancta Hieruſalem, ipſaq́ Romani Imperĳ ęmula Carthago; tandem etiam potentiſſima

Geñ. 4.

Inuẽtio artis militaris.

Militię alea.

Militiæ artes diuerſę.

Roma: Hęc ars, plurimo, & pluſquã Draconis leges, humani generis ſãguine ſcripta, docet pugnæ ordinẽ eleganter conſtituere, aciem commode inſtituere, adoriri hoſtem, inſtare, præmere, circumenire, læua dextraq; ferire, ad Ducum ſigna dimicare, proferre gradum, ſuſtinere impetum, reſiſtere vrgentibus, præmere cedẽtes, ictꝰ incutere, incuſſos euitare, aut clypeo excipere, ac cõtemnere, acriuſq; in hoſtem cõſurgere, inuehi equo, vrgere ſtimulis, moderare frenis, & omnem in partẽ circonflectere, ingerere tela, vibrare lãceas, torq̃re haſtas: hoſtium vultus, latera, terga, pro loco & tempore adoriri, nec prius quam deſperata victoria de fuga cogitare: fugiẽtes autem inſequi, mactare, capere, exarmare, diripere, pfligare, ſuos reducere, recolligere, exercitum inſtaurare, & deſperata victoria, ad ſpem vindictę animũ ſuccẽdere, & quæ reliqua ſunt Militũ Ducunque officia: Inſtruit quoq; de ad parandis claſſibus, extruendis arcibus, muniendis caſtris, locãdis pręſidijs, extruendis, vallibus, compingendis aggeribns, euacuãdis foſſis, ſuffodiendis cuniculis, fabricandis machinis, diligẽdis armis, oppugnandis mœnibus, comportandis comeatibꝰ, confingẽdis dolis, locãdis inſidijs, varijſq; ſcire vti ſtratagematibꝰ: Præterea, obſidere ciuitates, iacere tela, fremere tormẽtis, ad mouere machinas, perfodere muros, concutere turres, occupare mœnia, parare incendia, diruere arces, ſpoliare tẽpla, diripere Vrbes, ſubuertere oppida, vaſtare agros, cõculcare leges, adulterari matronas, ſtuprare videas, rapere virgines, ciues alios vulnerare, alios incarcerare, alios deportare, alios trucidare:

Militiæ artis finis & ſcopus.

Tota denique diſciplina hæc non niſi in hominum pernitie occupata, hũc finem quærit, vt famoſos orbis euerſores, ſtrẽnuoſq; homicidas faciat, transformetq; homines ĩ ritus ferarum, moreſq; belluarum: hinc bellum nihil aliud eſt quam commune multorum homicidium ac latrociniũ, nec aliud milites quam ſtipẽdiarij, & in Reipub. exitium armati latrones: Præterea, cum bellorum euentus ſemper ſint incerti, & fortuna, non ars largitur

Bellum quid.

Milites quid.

victoriam,quid proſunt ſtratagemata & inſidię, & reliqua artis militaris pręcepta? nunquid omnis ars inanis eſt, vbi fortuna dominatur? Atq; nihilominus laudauit hanc diuinus ille Plato, & pueros hāc diſcere, adultoſq; ſtatim armatę Militiæ tradi iubet, & Cyrus inclytus ille Rex, illam non ſecus atq; Agriculturam ſumme neceſſariam aiebat: Ipſeq; Auguſtinus atque Bernardus Catholici in Eccleſia Doctores hanc alicubi probauerunt, & Pontificia decreta illam non improbāt, licet Chriſt⁹ & Apoſtoli longe aliter ſentiant: Tandem vel repugnāte Chriſto, nō infimum in Eccleſia gradum obtinuit, obortis tot ſacrorum militum ſectis & ordinibus, quorum om̄is religio in ſanguine, in cædibus, in rapinis, & Piratica ſita eſt, prætextu dufendēdæ & ampliandæ fidei, ac ſi Chriſtus Euangelium ſuum non prædicatione verbi, ſed armis, non confeſſione cordis & martyrio, ſed oſtentatione & comminatione armorum, vi bellorum, & hominum cædibus ac ſtrage voluerit innoteſcere, nec ſatis eſt iſtis Militibus in Turcas, in Sarracęnos, in Paganos arma ferre, niſi etiācontra Chriſtianos pro Chriſtianis claſſes ducant. Deniq; bellum & militia multos gignunt Epiſcopos, & nō raro pro ſummo Pontificatu pugnatū eſt, & vt ait ſanctus ille Camotenſis Epiſcopus, nō ſine fratrum ſanguine ſancta ſanctorum ingreſſus eſt Pōtifex atque hoc tunc vocatur conſtātia martyrij, ſi pro Cathedra magna Chriſtianorum cæde fortiter fuerit dimicatum. Scripſerunt de arte militari Xenophon, zenocrates, Onoxander, Cato Cēſorius, Cornelius Celſus, Iginius, Vegetius, Frontinus, Holianus, Modeſtus, & antiquiores multi: Ex recētioribus, Volturius, Nicolaus Florentinus, Iacobus Comes Purliliarum, & alij pauci: Hi artis doctores, ſed ſpeculatiui non tam periculoſi vt ſūt practici: Tituli vero ac dignitates diſcipulorumq; grad⁹ non ſunt, Bacalaureatus, Magiſtratus, Doctoratus, nec modo etiam ſunt quibus dicuntur Imperatores, Duces, Comites, March iones, Equites, Capitanei, centurio-

Militiæ encomiaſtę.

Chriſt⁹ & ap'li Militiā ꝓhibēt.

Militiū ſacrorū ſectę.

Arma Chriſti

Pugnæ ꝓ Pōtificatu.

Scriptores Militariæ artis.

nes,Decani,ſigniferi,& conſimilia nobilitatis nomina ex ambitiõe aut iniuria nata:ſed latrones, perfoſſores, raptores, ficarij,fures,ſacrilegi,gladiatores, ſtupratores,lenones,ſcortatores,adulteri,proditores,peculatores,abiegei,aleatores,blaſphemi,veneficij, parricidę, incendiarij,p̃dones,piratæ,tyranni,& eiuſmodi. Quos omnes ꝗ vno nomíe velit exprimere,dicat milites, hoc eſt,reuera barbaricas ſceleratorum hominũ feces,quos mala mens,malus animus ad omne facinus extimulat, quos penes dignitatis & libertatis nomen habet licẽtia delinquendi & latrocinandi,vndique quęrentes vt noceant,ipſanq; innocentiã veluti mortis quandam imaginem odientes,omneſq; quaſi vnum corpus ſunt ex patre Diabolo,cuius illi ſunt membra,de quo ait Iob. Corpus illius quaſi ſcuta fuſilia, & compactum ſquamis ſe præmentibns, vna vni coniungitur, & ne ſpiraculum incedit per eas. vna alteri coheret, & tenentes ſe nequaquam ſuperabuntur,aſſiſtunt ſibi, quia conuenerũt in vnum aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius: Inſignia autem Militiæ ſunt non purpura, torques,annuli, tiarę:Sed aduerſo pectore vulnera,& deformata cicatricibus corpora: Exercitium nõ niſi cum plurimorum exitio doloreq; coniunctum, morum, legum, ac pietatis pernities,cum Chriſto, cum beatitudine,cum pace,cum charitate, cũ innocentia, cum patientia,ex diametro pugnans.Pręmia eius ſunt, gloria nobilitatis humani ſanguinis effuſiõe parta,& imperij propagatio libidine dominandi & poſſidendi, cũ multarum animarum perpetua damnatione.Nam cum omnis belli finis ſit victoria,nemo poteſt eſſe victor,niſi homicida,nemo contra vict⁹,niſi male perierit.Mors igitur militum peſſima,malum epithaphium ſibi inducente peccato. Qui autem occidunt, iniqui ſunt, etiam ſi iuſtum ſit bellum:non enim propter hoc,ſed quia lucri & predæ gratia militarunt,impij homicidæ in eos quos male occidunt; Si qui autem iuſte ab illis perimuntur,

Militum noia ex re.

Iob.4.

Militię inſignia

Militiæ exercitium.

Militię præmia.

Militum mors peſſima.

Ipſi qui occiderunt in carnificum ordinem ſeipſos ſtatu entes, nobilitatem hanc commeruerũt, quũq; leges alio, qui in p̄ſones, incendiarios, raptores, homicidas, ſiccarios pœnis ſeuiant, tales nomine Militię habentur nobiles & honneſti. ¶ Ex Militia itaque ortum habet Nobilitas, gentilia videlicet claritas, ex cruore hoſtium & cędibus ſtrennua carnificina acquiſita, & publico præmio comprobata, publiciſque honorum inſignijs cohoneſtata. Hinc apud Rhomanos tot coronarũ genera, ciuiliũ, muralium, obſidionaliũ, naualium, tot militaria dona, armillę, haſtę, phaleræ, torques, ãnuli, ſtatuę, imagines, natæ ſunt, quibus prima nobilitatis initia auſpicabãtur. Apud Carthaginẽſes tot donabãtur annulis, quot inter fuiſſent pręlijs. Iberi tot circa defuncti ſepulchrum erigebant obeliſcos, quot ille intermiſſet ex hoſtibus. Apud ſcytas in celebri conuiuio ijs tantum circumlatam pateram accipere licitũ erat, qui hoſtem occidiſſent. Apud Macedonas lex erat qui nullum hoſtẽ intermiſſent, capiſtro cingi in opprobrium ignobilitatis. Apud Carmaniæ populum neminẽ vxorẽ ducere licebat, qui nõ prius caput hoſtis occiſi ad Regem detuliſſet. Ipſaq; indignatio non dati debiti honoris, ijs qui ſtrenue militarũt, contra patriam multos induxit, vt ſubuerterent ei⁹ libertatem: Exemplo ſunt Coriolanus, Gracchi, ſylla, Marius, ſertorius, Catilena, & Cæſar. ſi itaque nunc nobilitatis primordia requiramus, comperiemus hãc nefaria perfidia & crudelitate partam: ſi ingreſſum ſpectem⁹, reperiem⁹ hãc mercenaria militia & latrocinijs auctã: quod ſi etiam regnorum & imperij originem quæramus, occurrent impia fratrum parentumue parricidia, funeſta coniugia, & pulſi Regno patres a liberis, aut trucidati Principes, in cuius verba iuratum erat. ſed ipſam nobilitatem nunc a primis vnguibus exploremus: Ipſa reuera nihil aliud eſt quã robuſta ĩprobitas, atque dignitas, nõ niſi ſcelere quæſita benedictio & hæreditas peſſimorum quorunque filiorũ, quod ita eſſe primũ nobis ſacræ literæ, deinde etiam antiquę gentium & recentiores

Marginal notes: Nobilitas. — Carthaginẽſes. — Iberi. — ſcythæ — Macedones. — Carmani. — Denegatus honor debit⁹, aduerſus patriam ꝓpriam multos inſtigauit. — Nobilitas qd.

hiſtoriæ notum faciũt: Nã cum ab initio creatiõis Mũ-
di genuiſſet tranſgreſſor Adam primogenitum ſuum Geñ.4.
Cain agricolam, & alterum Abel paſtorẽ ouiũ, in quibꝰ Typus
humana familia bimũ fecit, videlicet in Abel plebis, in nobiliũ
Cain nobilium, qui cũ ſecundũ carnẽ crudelis & ſuper & popu-
bus eſſet, de more perſequens eum qui ſecundũ ſpiritũ lariũ in
humilis erat, interfecit Abel, ſed reparata fuit plebea fa Cain &
milia in zeth tertio filio Adę. Ipſe itaque Cain parrici- Abel.
dio fratris primꝰ militię & nobilitati initiũ dedit, ac cõ-
temptis dei & naturę legibus, confidens autem in pro-
prijs viribus, vſurpans ſibi dominationem primꝰ cõdi-
dit Vrbes, conſtituit imperiũ, ac creatos a Deo liberos
homines & filios generatiõis ſanctę, vi, rapina, ſeruitu
te, & iniquitatis legibꝰ opprimere cœpit, donec illi etiã
contẽpto Dei iudicio, & corrupta om̃i carne promiſcua
libidine inquinati, genuerunt Gigantes, quos interp̃ta- Gigãtes
tur ſcriptura potẽtes a ſeculo viros famoſos, atque hæc & Cain
eſt vera & cõmodiſſima nobiliũ definitio: Opprimebãt collatio
enim iopes, extollẽtes ſe latrocinijs, & ſuperbiẽtes opi- Nobiliũ
bus, celebrãtes nomina ſua, imponẽtes ea regionibꝰ, & cum Gi-
vrbibus, & montibus, & fluminibus, & aquis, & mari, gãtibus.
quorum primus parens Cain natura malignus inteſti-
no odio inuidus, a diuina correptiõe incorrigibilis, diſ-
ſimulata ira proditor, in propriũ ſanguinem patricida,
maledictione vagus & p̃fugus, etiam maledictioni ſu- Geñ.4.
peraddẽs blaſphemiam: atq; hęc ſunt illa antiquiſſima
& primęua nobilitatis munia, hæ virtutes, hęc ingenia,
quibus vſque in hũc diẽ ipſa ornatur nobilitas, cuius ar
chitectus pater ille Gigantum, quos deleuit Dominus in Geñ.6.
diluuio aquarum, vno ſolo reſeruato Noha viro iuſto ĩ
generationibus zeth cum ſua familia, cui cũm tres eſſẽt
filij, Samꝰ, Iapetus, & Chamꝰ, atque illi inſtaurato poſt Geñ.10.
diluuium ſæculo, Priſcorum Gigãtum exemplo, etiam & 11.
Vrbes conderent, & regna cõſtituerẽt, iccirco ſcriptura
a Noha vſque ad Abraamũ nullam facit mentionem iu
ſtorum: omnes ſiquidem ad Abraamũ vſque, nobilitatis
artifices extiterunt, robuſtę videlicet improbitatis, im-

pietatis, confuſionis, potentiæ, militiæ, violentiæ, oppreſſionis, venationis, luxus, pōpæ, & vanitatis, & ſimilium nobilitatis ſtigmatum, quę Nohę, filii huic impreſ-
Gen̄. 9. ſerunt, e quorum numero Chamus, eo quod cęterorum eſſet nequiſſimus, atq; in parentē impius, primam & ſuper omnia regna dominatricem monarchiam promeruit. Ipſe genuit Nymbrothum, quem ſcriptura deſcri-
Gen̄. 10 & 11. bit potentē in terra, & robuſtum venatorem aduerſus Dominum: hic ædificauit Babylonem illam magnam & linguarum confuſioni initium fuit, tradiditq; regnandi diſciplinam, nobilitatumq; gradus, honores, dignitates, officia, imagineſque diſcreuit: Exinde in plebem leges ſancitę, introducta ſeruit[9], & exactiones a populo, conſcripti exercitus, geſtaq; crudelia bella. Ab eodem
Gen̄. 10. Chamo pſceſſerūt Chus, a quo Aethiopes & Mizraim, a quo Aegyptii & Chanaan, a quo Chananæi nobiliſſimę quidem gentes, ſed deterrimę, reprobatæ, & a Deo maledictæ Exacto tandem multo tempore, rurſus elegit Deus hominem iuſtum patriarcham illū Abraamū, ex quo ſuſcitaret ſibi ſemē, ac populum ſanctum, quem circnnciſionis ſignaculo ab aliarum gentium multitudine diſtinxit: hic duos ab initio genuit filios, vnum ex an-
Gen̄. 16 & 21. cilla ſpurium Iſmaelem: Alterum ex vxore legitimum, cui nomen Iſaac: fact[9] eſt autem Iſmael homo ferus & ſagittarius, vir nobilis & potēs princeps, Iſmaelitarum genti nomen ſuum perpetuum relinquēs, benedixitq; illi Deus & cōfirmauit nobilatem eius in rapina & mili-
Gen̄. 16, tia, inquiēs: Manus eius cōtra omnes, & manus omniū contra eum, & e regione fratrum ſuorum figet taberna-
Gen̄. 25 cula. Iſaac autem perſeuerans in iuſtitia patris ſui, illi[9] gregem paſcebat, atq; hic ex Rebecca ſua duos genuit filios Eſau & Iacob: Eſau itaq; odioſus Deo, homo rufus
Gen̄. 27 & hiſpid[9], venator & ſagttari[9], helluo & ventri deditus
Gen̄. 28 adeo vt pro vno pulmēto venderet primogenita, factus
& 29. eſt vir potēs atq; princeps Idumęorum, benedictionem accipieus nobilitatis in pinguedine terrę & rore Cœli, in gladio & excuſſione iugi: Iacob autem iuſtus profu-

gus apud auunculũ ſuum Laban oues illius paſcebat,cu
ius vtraſq; filias quatuordecim annorum ſeruitute cum
promeruiſſet vxores,duodecĩ ex illis filios ſuſcepit', vo-
catunq; eſt nomen illius Iſrael,quod poſteris ſuis dein-
ceps reliquit,vt vocaretur populus Iſrael: Erant Iacob
(quod diximus)duodecim filii,videlicet Ruben,Syme-
on,Leui,Iudas,Iſachar,zabulõ.Ioſeph,Beniamĩ,Dã,
Neptalim,Gad & Aſer,ad quorum numerum duodecĩ
tribus Iſrael numerati ſunt: Verum Ioſeph a fratribus Geñ.38
ſuis venditus in Aegyptum:omni Aegyptiorum diſcipli &.39.
na imbutus eſt,& factus eſt ſomniorum interpres peri- Geñ.40
tiſſimus,& augurabat in calice, Oeconomicæ diſcipli-
næ adeo perit⁹ erat,vt ingenti calliditate nouas artes pa Geñ.41
randarum diuitiarum,& vectigalis augendi inueniret,
quam ob cauſam Pharoni Regi gratiſſimus, conſtitu-
tus eſt ab eo Princeps ſuper omnem Aegyptum,atq; ex
ſeruili mancipio,ſolemni Aegyptiorũ ritu,nobilis crea-
tus eſt:Poſuit enim Rex annulum in manu eius,& tor-
quem ĩ collo eius auream,& induit eũ purpura,fecitq;
aſcendere currum,clamãte pręcone,vt omnes deĩceps
tanquam nobilem & principem reuererentur illum.
Similis per omnia nobilitãdi mos erat apud Perſas,ſicu Heſt.8.
ti de Mardochæo Hębreo nobilitato ab Artaxerxe Re- Nobili-
ge legimus in libro Heſter. Inde in hunc vſque diem tandi
hęc nobilium creandorum conſuetudo permãſit penes mos a-
Reges & Cęſares,a quibus alii pro pecunia emũt nobi- qud Prĩ
litatem,alii illã lenocinio, alii veneficiis,alii parricidiis cipes.
hanc cõmeruerunt,~~multis proditio nobilitatem conci-
liauit~~.ſimulatq; diuitias peperit quemadmodum de Eu-
thycrate,Philocrate,Euphorbo, & Philagro hiſtoriis
ꝓditũ eſt:plęriq; adulatione,detractione,calumniis,ſy-
cophãtia:plures ob proſtitutas ~~Regibus vxores~~ & filias
nobiles facti ſunt,multos venatiões,rapinę,cędes,pręſ-
tigię,& aliæ malę artes ad nobilitatẽ ꝓmouerunt: Sed
ad Ioſeph reuertamur:Hic cum potẽs eſſet ĩ domo Re- Geñ.41
gis,& ſuſcepiſſet filium primogenitum Manaſſe,elatus

euentitia hac nobilitate, in iniuriam & cõtemptum pa-
Ge. 14. ternę domus, non ſine culpa loquutus eſt, dicens, obliui
ſci me fecit Deus laborum meorum & dom⁹ patris mei
quapropter in benedictionib⁹ poſtpoſit⁹ fuit Manaſſe,
& prelatus illi iunior Ephraim, ipſe deniq; Ioſeph, licet
eſſet filius Iacob, tamen propter hãc nobilitatis Deo odi
bilem conditionem, nõ meruit ferre nomẽ tribus in Iſ-
rael, ſed datũ eſt filijs ſuis Ephraim & Manaſſe: neq; il-
Ge. 48. li in tribubus ſuis habuerunt Prophetã & omnium mi
nima benedictione benedicũtur, videlicet in fortitudi-
ne & multitudine familię ſuę: Habitauit autem popu-
lus Iſrael in Aegypto ãnis multis, erantq; paſtores peco
Exod. 1. rum in terra Geſſen: cum vero creſcerent in gentem ma
gnam & potentem, ſuſpecti & odibiles facti ſunt nobili
bus & Regibus Aegyptijs: quare affligebãt eos operib⁹
duris luti & laterum, & omni ſeruitute operum terrę, &
pueros eorum maſculos occiderunt, mergẽtes in flumi-
ne, vt non ſupereſſet illis ſemen in terra: Horũ itaq; vn⁹
eo quod eſſet puer elegans, ſaluatus eſt a filia Regis, quę
adoptauit illum in filium, & vocauit illum Moſen, quia
Exod. 2 de aquis eripuiſſet eum: Creuit itaq; Moſes in domo Re
gis, omnique Aegyptia doctrina imbutus, tanquam Re
gis filius habitus, potens factus eſt & Dux militiæ Pha-
raonis contra Aethiopes: Deſponſauit autem ſibi filiam
Regis Aethiopum in coniugem, vnde contracta Aegy-
ptiorũ inuidia, & odio, exultare coactus, profugit in Ma
diam, vbi apud puteum quendam, contra Regionis illi⁹
paſtores, pro puellis quibuſdam certamẽ ſuſcipiens, eo
beneficio vnam ex illis meruit habere vxorem filiã Sa-
cerdotis: Tandem prouectus ætate & ſapientia, agnoſcẽs
genus ſuũ de gente Hebręorũ, reuerſus eſt in Aegyptũ
Exo. 3. & renunciata Aegyptia nobilitate, cõfortatus a Deo, du
4. 5. & cẽ ſe prębuit populo Iſrael, & multis miraculis eduxit
ita dein- illum de Aegypto, cunq; peccaſſet popul⁹ aduerſus Deũ
ceps. in vitulo aureo, irat⁹ Moſes iũxit ſibi viros, fortes filios
Exo. 32. Leui, & pręcepit illis inquiẽs: Ponite gladios ſup femur
veſtrũ, & euntes & redeũtes, occidat vnuſquiſq; fratrẽ

& amicum & proximum ſuum, factaq; hac memorabili cæde, quaſi viginti trium milium hominum, benedixit illis, inquiens, cõſecraſtis manus veſtras hodie in ſanguine, vnuſquiſque in filio & fratre ſuo, cõpletaq; eſt bñdictio Iacob ad Simeõ & Leui vocantis eos vaſa iniquitatis bellantia, quorum furor maledict⁹ & pertinax, & indignatio dura: In hoc itaq; inſigni parricidio initiũ cœpit nobilitas in Iſrael: tunc enim conſtituit illis Moſes Principes, & duces, & capita exercit⁹, Tribunos, & Cẽturiões, & quiquagenarios, & decanos viros bellicoſos, & pugnatores egregios per tribus & cognationes ſuas, e quibus qui bello & fortitudine alios ꝓcellere videbatur, huic tribuerunt principatum, iudicandiq; poteſtatẽ: Nõ enim Regem habebant, ſed Iudicibus regebãtur, e quibus Ioſue vir nobilis robuſt⁹ & bellicoſus, victor Regũ, & non timens quẽquam, poſt Moſen tenuit principatũ, poſt cui⁹ obitum ſine principe ſub Democratia vixerũt, ſed ſeditioſi facti, pugnarunt in ſeinuicem, & prope deleuerunt tribum Beniamin, vt non ſupereſſent niſi ſexcenti viri, cũq; abiuraſſent illis filias ſuas, datę ſunt illis quadringentæ virgines captiuorum Iahis, Galaad, reliquis ducentis permiſſum eſt rapere virgines a Sylo, Atq; hoc modo impleta eſt benedictio nobilitatis Beniamin in imagine lupi mane rapientis prædam, & veſpere diuidẽtis ſpolia. Poſt hæc rurſus ad Ariſtocratiam & principũ regimen conuerſi ſunt, e quibus tandem Abimelech ſpurius Hieroboal de tribu Manaſſe, interfectis ſolẽnis parricidio ſuper vno lapide ſeptuaginta fratribus ſuis legitimis, primus Regnum obtinuit in Sichem: Porro vniuerſo populo Iſrael petente ſibi Regem, in furore Domini dati ſunt illis Reges, pauciſſimi quidem boni, plures autem mali: Iratus enim eſt Dominus, & edixit illis ius Regis, quia tolleret filios & filias eorum, faciens ſibi aurigas, panificas, & agros, & greges, & ꝓdia, & ſeruos, & ancillas, & optima quæq; illorũ pro libito addecimaret ſibi, & diſtribueret ſeruis ſuis populumq; totum ſeruitutis prẽmerẽt iugo, & quoties Rex peccauerit, & ini-

Geñ. 49
Exo. 18.
Deu. 31.
Ioſ.
Geñ. 49
Iudic. 9
1. Re. 8.
Ius regũ

1.Re.9. que egerit, populus plecteretur pro eo: conſtituit autem
illis Regem adoleſcentem de tribu Beniamin nomine
Saul, virum fortem robore, ſtatura procerũ adeo, vt ab
humero ſurſum altior eſſet omni populo; incuſſitq; De⁹
timorem omnibus, vt eum quaſi miniſtrum Domini ve
nerarentur: hic anteq̃ regnare cœpiſſet, tanq̃ filius vni⁹
anni innocens erat, & optimæ indolis. Adeptus autem
1.Reg. Regni nobilitatẽ, effectus eſt vir neq̃, & fili⁹ Belial: Su-
13.15. ſtulit ergo Deus regnum de domo Saul, & dedit illud
&.16. Dauid filio Iſai de tribu Iuda: Atq; hic e paſtore ouium
conſtitutus, rex eadem nobilitatis poſtifera contagione
2.Re. 11 infect⁹, fact⁹ eſt homo peccati, ſacrilegus, adulter, & ho
2.Re.2. micida; tamen non declinauit miſericordia Dei ab illo:
Regnauit autem ab initio in Hebron, quũ Hiſbeſeth fi-
lius Saul regnaret poſt Iordanem: tandem cõfirmatum
2.Re.6. eſt illi regnum vniuerſi populi in Hieroſolymis: Verũ-
tamẽ pacificam Iſraelitarum Monarchiã non obtinuit:
2.Re.13 Nam eo viuente, filius eius Abſalon regnum inuaſit in
2.Re.20 Hebron, quo occiſo, rurſus inuaſit regnum Siba filius
3.Re.2. Bochri: Porro ambiuit regnum filius Dauit Adonias:
Ipſe autem Dauid moriturus, hæredem inſtituit mino-
rem natu Solomonẽ filium Bithſabæ adulterę, atq; hic
primus Hebræorum Monarchiam obtinuit quã Adanię
fratris natu maiores parricidio confirmauit, adeptuſq;
rerum ſummam, etiam ipſe a via recta declinauit poſt
mulieres in fornicationes, & idololatriam, derelinquẽs
3.Re. 11 legem Dei, ſucceſſitq; illi filius malus roboam, etiam il-
le nequam & peccator aduerſus Deum: Ideoq; ſciſſa eſt
ab eo Monarchia populi, & Defecerunt ab eo decem tri
3.Re.12 bus, & conſtituerunt ſibi regem Hieroboam virum ne-
&.4.Re quiſſimum, de tribu Dan, qui venenauit totũ Iſrael, ab
17. ducẽs decem tribus ac idololotriã, erectis vitulis in ſa-
Geñ.49 maria, vt impleretur benedictio, inquiens: Dan coluber
ſuper viam, ceraſtes ſuper ſemitam mordens calcaneũ
equi, vt cadat ſeſſor eius retroſum. Tribus autem Iuda
Geñ.49 quieuit ſub ſemine Dauid, queadmodum benedixit illi
Iacob, non auferẽdum Sceptum a Iuda, donec veniret

Meſſias: Erat autem ille Iudas filiorum Iacob peſſim9, & in nurum ſuam inceſtuoſus, erātq; illi filii nequiſſimi & ſceleſtiſſimi: Quocirca benedictionem nobilitatis accepit in Sceptro Regni & fortitudine Leonis: tandem quoq; receſſerunt a Regibus Iſrael populus Edom & Lobnæ, & conſtituerunt ſibi Reges pro arbitrio ſuo, quemadmodum benedixit Deus Eſau de excutiēdo iugo: Inter omnes autem Reges Iuda & Iſrael, vix quatuor inuenti ſunt boni: Exactis itaq; Regibus cum tota nobilitate, Iudæi in captiuitatem & ſeruitutem in Babyloniam traducti ſunt: Iterumq; poſt multa tempora, miſerante Deo, reducti in Hieroſolymam, aliquandiu ſub Sacerdoribus & optimatibus, & populari magiſtratu Rempub, ſuam feliciter adminiſtrarunt, donec Ariſtobolus Hyrcani filius diadema ſibi impoſuit, Regnumq; Iudęorum & matris & fratrū parricidio refecit, quod deinceps per plures Reges, poſtremo ſub Archelao inſolenti & obſcœno, Rege finiuit. Iudęa tota in Romanorum prouinciam redacta, ac tandem ſub Tito & Veſpaſiano deletā, vniuerſo populo per vniuerſum orbem, ad hunc vſq; diem in perpetuam ſeruitutem relegato. Hęc ita ex ſacris litteris proſequi libuit, vt oſtēderam ab initio Mundi nullam fuiſſe nobilitatem: quæ non ſceleratū habuerit ĩitium, etiam in populo Dei, nec aliud eſſe nobilitatem quam gloriam & præmium publicæ iniquitatis, in qua quo pollutior vita, eo præclarior: quo plus ſcelerum, eo plus præmij & gloriæ: ſicut non inſcite comprehenſus Diomedes pirata ille ait ad Alexandrum, inquiens: Ego quia vno nauigio latrocinor, accuſor pirata, tu quia ingenti claſſe in agis, vocaris imperator, ſi ſolus & captiuus eſſes, latro eris, ſi mihi ad nutum populi famulentur, vocarer imperator: nam quo ad cauſam, non differimus, niſi quia deterior eſt quj capit improbius, qui iuſtitiam abiectius deſerit, qui manifeſtius impugnat leges: quos enim ego fugio, tu perſequeris, quos ego vtcunq; veneror, tu cōtemnis, me fortunæ iniquitas

[Margin notes: Gen. 38 · Ge. 49. · 4. Re. 8 · Gen. 27 · 4 Re 17 · Nobilitas qd. · Diomedis piratæ ad Alexandrum reſponſio ingenua]

& rei familiaris anguſtia, te faſtus intolerabilis & inexplebilis auaritia furē facit, ſi fortuna mea manſueſceret fierē forte melior, at tu quo fortunatior, eo nequior eris: Miratus Alexander hominis conſtātiam, iuſſit aſcribi militię, vt poſſet deinde, ſaluis legibus, militare hoc eſt, latrocinari. Iam vero progredientes ad Ethnicorum Hiſtorias, ſimiliter oſtendamus ipſā nobilitatē nō aliud eſſe quam improbitatem, furorem, latrociniū, rapinam, homicidium, luxum, venationem, violētiam, a peſſimis vbiq; principijs ortam, peioribus proſequutam, turpiſſimum ſemper habuiſſe exitum: quod in illis quatuor famatis monarchijs, deinde in cęteris quoq; nobilium regnis conſtabit. Prima itaq; poſt diluuium monarchia fuit Aſſyriorum, cui initium dedit Ninus prim9, qui prior omnium non contentus ſuis limitibus, propagandi imperij libidine, arma foras extulit, & cruēta bella vicinis inferens, totius Orientis populos ſubegit, magnitudinenq; quæſiti imperij, ſequētibus ſemper nouis victorijs, continua prouinciarū acceſſione adauxit, ſubacta Aſia, perdomito Ponto: Porro zoroaſtrem Bactrianorum Regem parricidiali pugna oppreſſum interfecit: Vxor erat Nino nomīe ſemiramis, hęc (vt refert Dinō Hiſtoricus) petijt a viro, vt quinq; dies imperitaret, quo conceſſo impetratoq;, ſtolā ac coronam ſibi aptauit, ac in ſellam regiam conſcendit, imperauitq; ſatellitibus, vt Ninum virum ſuum regijs ornamentis exutum interficerēt, quo ſic extincto, ipſa ſucceſſit in imperio, nec contenta Regni terminis, Aethiopiam Imperio ſuo adiecit, in Indiam bella extulit, Babyloniam muro auguſtiſſimo cinxit, poſtremo a filio Nino ſecundo, quē flagitioſe cōceperat, impie expoſuerat, inceſtuoſe cognouerat, occiditur. His itaq; parricidijs Aſſyriorum monarchia obtinuit principatum, donec ſub Sardanapalo Rege viro omni muliere corruptiore deficeret, quē Arbactus Mediæ præfectus inter ſcortorum greges comprehenſum interfecit, ipſeq; ſe conſtituens Regem imperium omne ab Aſſyrijs trāſtulit ad Medos, idq; Cyrus tandē detulit

Nobilitas nihil aliud improbitas.

Prima poſt diluuium monarchia.

Secūda monarchia.

ad Perſas, penes quos filius eius Cambyſes nouę Babylonis cōditor, adiectis multis Regnis, ſecūdā monarchiam obtinuit, quā & fratris, & filii parricidio cōſecrauit: hęc tādem in Narſo Ochi filio inclinauit, cui interfecto eo a Bagæo Eunucho ſurrogatus eſt Dareius Perſa Arſani filius Gademānus antea vocatus, qui ab Alexādro Magno deuictus, Perſarum monarchiam ſimul cum vita finiuit, quam idem Alexander paternæ cædis vna cū adultera matre cōſcius & cōſultor, hoc ipſo famoſo parricidio tranſtulit in Macedonas, atq; hæc tertia fuit monarchia, quæ extincto Alexandro, mox & ipſa corruit. Succeſſit quarta monarchia Romanorum, qua nulla in rebus humanis potentior: ſed ſi temporū ſeries ab Vrbe condita repetatur, illam inuenimus a peſſimis initiis ortam, & a peſſimis frequentius geſtam: ideoq; hæc nobis paulo altius & a primis Vrbis conditoribus repetēda eſt, Vrbs Roma a geminis fratribus Remo & Romulo ex inceſtuoſa veſtali genitis, a meretrice educatis, in Italia primum condita eſt, cuius Regnum Romul⁹ parricidio fratris, inſtar Cain, vitiauit, cunq; ſe Deorum filium dici pateretur, collecta ſceleratorum ſatellitū manu, promiſſa illis impunitate, rapuit filias Sabinorū: & conſtituens illis vxores ex omnibus quas elegerant, genuerunt Gigantes, illos, inquā, Romanę nobilitatis Reges atq; proceres, toto orbi formidabiles. Ianq; Sabinorum fœminis & filiabus fraudulento fœdere prodito rioq; ludo pellectis, nefarie raptis, crudelib⁹ nuptiis ſibi ſuiſq; ſociatis, parentum ac maritorum nece obtētis, nouis inſuper parricidiis defendit: Nam ſoceris ſui ſanguinis incontinens, etiam Titum Tatium Pium ſenē, Sabinorum honeſtiſſimum ducē, i ſocietatē Regni aſſumptū miſerabiliter occidit: hæc fuere Romani regni primordia, quod per ducētos quadragīta tres annos ſub crudelibus Regibus rectū, ſub Tarquino ſuperbo, flagitio ſtupratæ Lucretiæ deſiit. ¶Et quemadmodū ſucceſſio Cain in ſeptenaria generatiōe periit ſub diluuio aquarum, ſic & iſti Romuli ſucceſſores in ſeptenario Regū numero

Tertia monarchia.

Quarta monarchia.

Romæ origo.

Reges eſſe Romæ ſub tarqnio deſierūt.

a populari tumultu obruti ſunt: & licet Romana Vrbs Regum exuiſſet Imperium, non tamen euaſit Tyrannidem. Exactis nãq; Regibus, cum poſt tumultuãtis populi inundationes Regnum ad optimates trãſlatum eſſet. Brutus quidam, vir nobilis, primus Romanorũ Conſul deſignatus eſt, hic quo tantum ſtabiliter Imperium, primum illius conditorem Regemq; Romulum, non ſolum exæquare parricidio, ſed & vicere ſtuduit, quippe duos filios ſuos adoleſcentes, totidemq; vxoris ſuæ fratres Vitellios, medio foro virgis cæſos ſecuri percuſſit: cumq; Imperiũ hoc ſub optimatibus & plebe per diuerſos magiſtratus, priuataſq; Tyrãnides per multa ſæcula ſtetiſſet, ſub Iulio Cęſare, viro difficile dictu, an bello fortiore, aut libidine corruptione, at que deinceps ſub Antonio idẽtidẽ libidinis mãcipio, terminauit, totaque Romani Imperii ſumma vni Octauiano Auguſto Imperatori collata eſt: in hoc quarta illa orbis Monarchia initium cœpit, nequevero abſque parricidio, quãuis Auguſt⁹ hic Principum omnium mitiſſimus haberetur, tamen auũculi Cæſaris, a quo adoptatus fuerat in Imperium & hæres inſtitutus, filium atq; puellã ex Cleopatra ſuſceptas ples interemit, neque nomini, neque bñficio, neq̃ affinitati, neque pueritię parcens: Ianque Romanorũ Principes orbis Monarchiam tenuerunt, atque Neronẽ, Domitianũ, Caligulam, Heliogabalum, Galenum aliaque crudelitatis & turpitudinis monſtra produxerunt, ſub quibus totus orbis concuſſus eſt. quouſque magnus ille Conſtãtin⁹, iterfecto Maxẽtio, qui ob libidinẽ & crudelitatẽ Romano populo infenſus erat a Senatu Auguſtus declararetur: Hic cum Bizantium inſtauraret, Vrbemque Romæ æmulam faceret, atque exinde nouam Romam, & ex nomine ſuo Conſtantinopolim vocari iuberet, hanc Imperatorum ſedem eſſe voluit, Romanũque Imperium trãſtulit ad Græcos, ipſunque Cõſtantinopoli, quemadmodum Romę Romulus, duorum Liciniorũ ſororis ſuæ viri & filij propriæque prolis & vxoris parricidiis ſacrauit. perſtititque Imperium apud Græcos

Quare monarchiæ initium

Cõſtantinus.

Cõſtãtinopolis.

vſq; ad tempora Caroli Magni, in quem nomē duntaxat Imperij tranſlatum eſt ad Germanos: Sed hæc de Monarchis hactenus. Cæterorum aliquot Regnorum initia fineſq; perſcrutemur, & comperiemus auſpicijs non melioribus incœpta, nec inferioribus flagitijs parta, nec minori luxu rurſus diſſoluta. Prętercam Dardani parricidia, & quo facinore ille, perſuaſis in celus Achiuis, Græcorum Regni initia dedit. Taceo etiam mulierum imperia virorum parricidijs parta, quemadmodum de Amazonibus narrant Hiſtoriæ: Ad recentiora tempora noſtraq; confinia vadamus: In Hiſpania tempore Theodoſij Imperatoris, primus regnauit Atanaricus Gotthus, ſed eo tempore etiam Alani & Vuandali Hiſpaniam poſſidebant: Primus autem ex Gotthorum Regibus, Hiſpaniæ Monarchiam adſequutus eſt Suvtillia, quam poſtremo Rodericus Rex, quod filiam Iuliam Tangitanę prouinciæ præfecti ſtupraſſet, amiſit finē adferens Gotthorum Imperio, Sarracenis Hiſpaniam occupātibus: dein de ſub Pelagio Rege, recuperatis aliquot locis, tunc primum Hiſpaniæ Reges, & non vltra Cotthorū dici cœperunt, titulo Regni apud Legionem oppidum manente, vſq; ad tempora Ferdinandi Sanctij filij, qui primum ſe Caſtellæ Regem pronūciauit, ac interfecto fratre Garſia, eo parricidio etiam Nauarræ Regnum adiecit: illorum autem frater Ravmirus, quem pater illorum ex concubina genuerat, vir bellicoſus & ferus, primus Aragonenſium Rex euaſit. Luſitanorum autem Rex primus fuit Alphonſus, Henrico Lotaringo & Tireſia Alphonſi Caſtellæ Regis notha filia genitus, vir armis ſtrennuus, & qui quinq; Sarracenorum Regulos vno prælio ſuperauit, hinc quinq; ſcutorum inſigne Luſitanorum Reges ferunt in clvpeis: fuit tamen Alphonſus hic in matrem parricidalis animi, quam propterea quod ſecunda rio nupſiſſet, in perpetua vincula coniecit, nec vt dimitteret vllis precibus flecti, nec Eccleſiaſticis cenſuris impelli potuit: Deniq;, omnia hæc Hiſpaniarum Regna: aut ingētibus ſceleribꝰ parta ſunt, aut illis artibus cōfirmata

Carolus Magnꝰ.

Hiſpanorū regnum.

Regnū Nauarræ.

Regnū Luſitanorum.

luſitanorū regnū quinq; ſcutorū inſigne

Anglorũ Regni ĩnitia.

Iam vero & angelorum Regni prima initia fere fabuloſa ſunt: Deinde hęc inſula varijs ſub Regibus, & a multis gentis pictis, Scotis, Danis, Saxonibus paſſim habitata, & ſubacta: Poſtremo ſub Guilhielmo Normanno Monarchiã obtinuit quietã, quã ille Atoldi Regis Vueſto ſaxonum cõſanguinei ſui parricidio ſibi poſteriuſq; ſuis confirmauit, cuius ſucceſſio manet in hunc vſq; diẽ ſemper famoſis parricidijs admodũ inſignis: Tranſeo Burgundionũ & Longobardorum Regna ex penitimis Germanię populis ĩ Gallia & Italia, hinc Rege Gondiacho, Inde vero Alboyno primũ incœpta, crudeliſſimiſq; parricidijs propagata: Francorum in Gallia potẽtiſſimum Regnum ſpectemus: Huius prima initia a Pharamũdo Merouei ducis filio ortũ habent, qui primus Germania in Galliam migrans, primus Rex conſtitutus eſt Frãcorum, omni crudelitate & truculentia ſuperior: huius ſeries durauit vſq; ad Childericum tertium, qui ob ſegniciem in adminiſtranda Repub, & propter libidinem in matronas, deiectus Regno, in cœnobium Monachorũ detruſus eſt, Pippino maiore domus in Regnum ſurrogato, quod ille ſibi poſteriſq; ſuis proditione partum, inſuper Grifonis fratris parricidio ſtabiliuit, vſq; ad Ludouicum ſextum Lotharij filium, qui ob adulterij crimen a Blancha coniuge veneno ſublatus eſt, inuadẽte Francorum Regnũ Hugone Capeto viro gladiatore, & ſanguinolento, ſtrẽnuoq; pugnatore, & qui his artib[9] apud Pariſienſem populum magnus habitus eſt, alias vero ignobilis, atq; e lanione progenitus. Hic contra Carolum Ludouici patrum, ac verum Regni hæredem rebellis, collecta ſceleratiſſimorum nebulonũ manu acieq; peſſimorum ſatellitum, dictum Carolum apud Aurelianum ſibi in manus proditum, in carcerẽ coniecit, ibiq; mori compulit, quo nefandiſſimo in Regem & Principem ſuum perpetrato parricidio, ipſe ſibi diadema impoſuit, & carnificina pro Regno commutata, Gallis deinceps cum poſteris ſuis impetrauit, cuius ſucceſſio in hunc vſq; diem durat, donec illa rurſus in aliquo meretricum, &

Burgondorũ & Lõgobardorũ regna.

Frãcorũ regnũ, Pharamũdus, Childericus.

Pippin[9],

Ludouicus ſext[9] Hugo Capetus

libidinis mancipio ruitura ſit, Nimis longum foret hoc loci Regnorum omnium initia recenſere, & per omnes antiquitatum Hiſtorias diſcurrere: Ego hāc rem quam hic ſummario conceptu tetigi, ampliore volumine deſcripſi alibi, vbi ipſam nobilitatē ſuis coloribus & liniamentis exacte expreſſi, oſtendiq; non fuiſſe, nec eſſe aliquod ī orbe Regnum inſigneue principatum, quę non incœperint parricidio, preditione, perfidia, crudelitate, ſtrage, cędibus, aliiſq; horrendis ſceleribus, artibus, inquam, nobilitatis: cuius cum talia ſint capita, facile cognoſcere poterimus, cuiuſmodi ſint reliqua belluæ illius membra, eaq; omnia ad violentiā, ad rapinam, ad cædē, ad venationem, ad libidinē, & omnis generis luxum prona & exercitata. Si velit quis nobilis fieri, primum venator fiat, hoc primum elementum eſt nobilitatis: deinde miles mercenarius, & precio locet homicidia: hæc vera nobilitatis virtus, in qua ſi ſe fortē latronem exhibuerit, nulla maior nobilitatis gloria: Qui ad hæc ineptus eſt, hic nobilitatem emat pecunia, ſiquidē & ipſa etiam venalis eſt: aut ſi id non poterit, paraſitetur Regibus, aut alia quauis aulica fraude ſe intrudat, & Palatinarū meretricum Leonem agat, aut Principi proſtituat vxorem vel filias, aut ipſe dominarum expleat libidinem, aut regio ſcorto nubat, aut eorumdem ſpurias filias ducat vxores, hic ſummus eſt nobilitatis gradus: vnum ſiquidem corpus efficitur cum illis: hæc ſunt itinera, hę ſcalæ, hi gradus, quibus ad nobilitatis apicem compendioſo tramite conſcēditur. Qui vero cæteris generoſiores & in genere ſuo nobiliſſimi omnium videri volunt, progenitores iactant eiuſmodi, cuiuſmodi nemo non contemneret, videlicet hoīes alienos, Troianos, aut Macedones ſceris fedibus vagabundos, ac tranſfugos, & mille ſceleſtiſſimis facinorib⁹ coopertos, atq; adhuc, ſi diis placet, laudare oportet & extollere hanc eorum nobilitatē, quæ tam ſceleſtiſſimos habuit ortus: Alij cum a meretriculis & ſcortis ortum habuerunt, turpitudinem hāc fabulis tegunt, qualem de Meluſina legimus. Sunt qui alios ſce-

Gradus ad nobilitatem.

Qui cæteris generoſiores.

Balduinus comes Flādriæ. sceratos habuere ortus, inceſtus, ſtupra, raptus, adulteri & huiuſmodi: Sic Balduinus ob raptam Iudith filiā a C rolo Caluo, primus Flandriæ Comes creatus eſt: Si Marchiones Illi Pedemontium, videlicet Montiſferrat Salutiarum Seuæ & cæteri multi ab Otthone Imperato re, ob raptam filiam inſtituti ſunt: Solent enim nōnun

Quatuor nobiliū munera, Reges & īperatores, quas ſine ſumma verecundia init rias vlſciſci nequeunt, dignitatis aliquo titulo perducer ad gloriam. Porro quatuor principalia ſunt nobiliū iſto rum munera, in quibus omnis eorū ſita eſt felicitas: Pri mum illorū rapacitas, qua præter fas & æquū, habēt, ca piunt, & poſſident: Alterum voluptas, qua omni luxus & libidinis genere inſoleſcunt: Tertium libertas, qua, con temptis legibus, violentiæ viribus ſtipati omnia pro lib to agunt. Quartum ambitio, qua intumefacti, ſupra ſor tem & ſtatum ſuū, nullo nō ſcelere altiora petūt. Omni deniq; nobilium ſufficientia in eo probatur, ſi venatica nouerint, ſi in alea fuerint damnabilius inſtituti, ſi corp ris vires ingentibus poculis commōſtrent, ſi naturæ ro bur, numeroſiore venere comprobent, ſi audacter ſtre nue q; profundant, ſi faſtu, ſi luxu, omniq; intemperanti dediti, virtutūq; Hoſtes, obliuiſcantur q; nati quodq; m rituri ſint: Nobiliores aūt ſi hæc pernicies a patrib⁹ em narit in filios, magniſq; ſubintrarit auctoribus, vt

Iu, ſaty. 14.

Si damnoſa ſenem iuuat alea, ludit & hæres
Bullatus, paruoq; eadem mouet Fritillo.

Fucus probitatis Nobilium, Pſal. 45 ¶ Hæ ſunt nobilium īſignes virtutes: ſed habent præter ea alias quaſdam nobilitatis artes, quibus cum maxim omnium nocentiſſimi ſunt, id agunt vt viri probi atq; bo ni eſſe videantur, & prudentia, liberalitate, pietate, iuſti tia, īſignes appareāt, adeo ſe præbēt faciles, beniloquos affabiles, & omnium virtutum hypocriſi claros, molliū ſermones ſuos ſupra oleum, & ipſi ſunt iacula, conquiſ tis quotidie conuiuis, epulantur ſplēdide, in ſermone & colloquijs liberiores: diſputant de Repub, aliorunq; ſen tentias captantes, ex illis ſapientiæ prudentię q; famam in Principū concilijs ſibi aucupantur, liberalitatis etiam

amam ſibi ex auaritia vſurpãt,dum quod auferũt vni,
ono dant alteri,munifici prædones,& quod veteres de
ylla ſcribunt,alios per aliorum iniuriã locupletari ſtu-
ẽtes,ipſi inter quotidianas rapinas ſemper iopes: Pro
nde iuſtitiæ & pietatis nomen ſibi venãtur,dum paupe
um quæſtiones libenter ſuſcipiunt,fouentq́ eorundem
auſas contra ditiores ſed eo vſq; duntaxat afflictis illis
uccurrunt,donec interim exhauriunt loculos pleniorũ:
neque enim animus eſt ꝑdeſſe pauperibus,ſed nocere
liuitibus,quod cuiuis illorum facillius eſt quã ꝑdeſſe,
atq; hac iuſtitiæ pietatiſq; vmbra tantam ſæpe licentiam
ſibi arrogant,vt ciuitatibus & potentioribus vim inferãt
& publica hoſtilitate vexent,& vnde legum auctoritate,
nullis ſperare licet veniam,iſti nobilitatis prætextu aſſe
quuntur gloriam,& tanq̃ antiqui Gigãtes,gloriantur in
peccatis ſuis,& cũ,veluti mali dęmones, vndiq; quęrũt
vt noceant,tunc maxime prodeſſe putantur, quãdo ſolũ
nocere deſiſtunt,agentes vt omnibus ſint terrori,amen-
tur a nulllo,cum ſceleratis & flagitioſis omnib⁹ ponẽtes Pſal,49
portionem,& qui ſe cuſtodiæ eorum tradunt,depopulã-
tur,& opprimunt,nec vllum hominum genus ciuitati- Ariſto-
bus peſtilentius quam nobiles iſti,qui ſibiĭpſi placentes phanus
quaſi cæteris generoſiores,ſemper ſuperbo ſpiritu tur- dictum-
gent,de quibus iccirco non male conſuluit Ariſtopha-
nes,inquiens:non oportere in Vrbe nutrire Leones,ſin
autem alti ſunt,obſequi illis oportere:horum Tyranni-
de oppreſſi olim Heluetij,nobiles omnes occiderunt,& Tyrãni-
totam eorum progeniem patria extirpauerunt,hac inſi cidæ oliȝ
gni nobilium ſtrage nomen ſua virtute celebrare cum li- grati po-
bertate adepti ſunt,quia plus quadringẽtis annis in hũc pulo.
diem feliciter lpetrant,atq; regnant,ſemperq́ hoc nobi
lium hominũ genus oderũt: Olim nulli erãt populis gra-
tiores nec maioribus præmijsdigni cẽſebãtur,q̃ qui Ty-
rannos eorunq́ ſtipatores & ſatellites,etiã vel innoxios
liberos interimerunt:quin & Iuriſconſulti docent non-
nunq̃ ĩnoxios recte occidi poſſe,ſi id magnopere proſit

Reipub. vt extincto Tyrāno, & liberos trucidare, ne re pullulet noua Tyrannis: quemadmodum & Græci, poſt euerſum Ilium occiderunt Hectoris filium Aſtyonacter ne noui belli inſtaurandi occaſio ſupereſſet: Legamus ceat veterum temporum hiſtoricos, Titum Liuium, Ioſephum, Egeſippum, Quintum Curtium, Suetoniū, Tacitum, Serenum. & reliquos ſemper licuit Tyrannis inſidiari, licuit decipere, honeſtiſſimū autē occidere, etian vel veneno tollere, cuiuſmodi Tyberi⁹ a Iulio terti⁹ Imperator perēptus eſt, ſed cum veneficiū deteſtabile ſemper fuerit, venenum, quo ille extinctus eſt, orbis cēſuit eſſe vitale. Atteſtantur iſtis etiam ſacrę litteræ in Eglon in Siſara, in Holoferne quos interemerūt Aioth, Iahel Iudith. quod etiam coram Deo licuit occiſis quoq; facinore Tyrannis iugum excutere omneſq; illi quorū facinore afflictus populus liberatus eſt, ſacris Bibliorum annalibus pro miniſtris Dei honorati ſunt. Iam vero nobilitatem nō tam vſu & conſuetudine, quam etiam natura malam eſſe non ambigimus: ſiquidē inter Aues & Quadrupedia nulla alia nobilitatis pręrogatiuam habēt, pręter illa quę cæteris animalibus etiam hominibus non tam infeſta, quam exitio ſunt, cuiuſmodi Aquilæ, Vultures, Falcones, Accipitres, Corui, Milui, Strutiones, & fabuloſę Harpyiæ, Gryphi, Syrenes, & huiuſmodi mōſtra. Simili rōne Tygrides, Leones, Lupi, Pardi, Vrſi, Apri, Dracones, Serpētes, Bufones. Ex arboribus vero nullæ, aut paucæ Diis ſacræ & nobiles habētur, niſi quę aut ſteriles ſunt, aut nullum hominibus edibilem fructum ferunt, vt Quercus, Eſculus, Fagus, Laurus, Myrtus. Inter lapides non marmora, non ædiles, non molares, ſed gēmæ quæ nullum hominibus vtilitatis vſum præbent, habentur nobiliſſimæ, Sic & in metallis, argentum admodum pernitioſum, & ferro nocentius aurum, nobiliora ſunt, & digna habita pro quibus tot cædibus & humani ſanguinis diſpendio Populi dimicent. ¶ Atq; hinc proceſſit heroica illa HERALDORVM ars & philoſophia, in cenſendis diſtribuendiſq; iſtis nobiliū clypeis

Marginal notes: Iudic. 3, & 4, Iudith, 31 — Aues nobiles, — Pecudes nobiles — Arbores nobiles. — Lapides nobiles. — HERADICA.

ıdmodum occupata, quos aut Iumētum, aut Vitulum, ıut ouem, aut, Agnum, aut Caponem, aut Gallinā, aut Anſerem, aut aliquot horum animantiū quæ hominib⁹ eruitute vel vſui neceſſaria ſunt, in armis geſtare ne-'as eſt & infame, ſed om̄es a crudelib⁹ beluis & rapaci ous feris nobilitatis ſuę inſignia auſpicari oportebit. Sic Romani Aquilam auium omnium rapaciſſimam ſibi de egerunt: Phrigiſ, Suem pernitioſum animal: Thraces Martem: antiqui Gotthi Vrſam: Alani Hiſpaniam inuadentes Catum rapax ſimul & fraudulētum animal: Frāci veteres Leonem, eūdem etiam Saxones, ſed deinde ſumpſerunt Franci in Gallia commorantes Buſones, Saxones vero Equum bellicoſum animal: Cimbri Taurum ferebant fortitudinis & roboris ſignaculum: Antiocho Regi Aquila Draconem vnguibus deferēs in ſignaculum erat: Pompeio autem enſifer Leo: Attile coronatus Aſtur: quin & Romani ipſi quibus Anſeres ꝑ Capitolio vigilantes ſalutem contra Gallos pręſtiterūt, ne tāto quidem beneficio induci potuere, aut Anſerē inter inſignia referent, forte Gallum & Hircum ſunt qui admittunt clypeis: ſi quidem hęc animalia conſtat ſuperba & luxurioſa eſſe, quæ etiam præcipuæ nobiliū dotes ſunt, eadem ratione & Pauonem recipiunt, propter faſtum: & Vpupam, quę ipſa etiam quid Regium habere videtur, & coronam gerit, Nec obeſt nobilitati quod nidificat in excrementis: nam ipſe quōdam Veſpaſianus Imperator etiam ex lotio veſtigal accepit, inquiens: lucri non eſſe malum odorem. Ianq; etiam plęraq; minuta animalia, in iſtis nobilium imaginibus pręrogatiuā habent, ſi modo exitſ alicuius documēta ſunt, alias non admittenda. Ex horum numero ſunt Cuniculi, Talpe, Ranæ, Locuſtæ, Mures, Serpentes, Salpegæ, Scolopendrę, a quib⁹, Plinio auctore, aliquādo abactos populo & deletas ciuitates creditum eſt, atq; eiſdem rationibus nos illis etiam Culices, Cimices, Muſcas, quin, & ſi velīt veſiicas, Tabes, Vlcera, Peſtes, libentiſſime concedem⁹, quippe iſtis olim Aegypt⁹ ſub Pharaone & moſe flagel-

Veſpaſiani ſordidum apophthegma.

Exod.

ata eſt, & hodie etiã nobiliores habentur qui prę cæteris ornantur ſcabie gallica. Sũt etiam qui Enſes, Pugiones, Maceras, Bipẽnes, Scorpiones, Turres, Arces, Machinas, Ignes, & quęuis alia homicidiorũ & pniciei inſtrumẽta clypeis ſuis ĩgerũt, qn & Scytharũ fulmẽ, Peſarũ arcꝰ & pharetrę, Corallorũ rotę: inſignia fuerunt

Diuorũ inſinia

ſimiliter inter Diuos, Iupiter fulmen, Neptunꝰ tridentẽ Mars frameam, Bacchus thyrſum, Hercules clauã, Saturnus falcem ſibi delegerunt, atq; hęc armorũ inſignia quęq; pro ſuę crudelitatis rapinę, violentiæ, fortitudinis, temeritatis, cæterarumq; nobilitatis virtutum expreſſione, Heraldis decernentibus alia alijs cenſentur nobiliora: quę vero clypea ijs carent & mitiora quędã, vt Arbores, Flores, Stellas, & eiuſmodi exprimũt, vt Apollinis cythara, & Mercurij caducæus, Vt ſola colorum varietate diſtincta ſunt, hęc prioribus illis multo recentiora minuſq; nobilia ſunt, quia non cenſentur hęc vlla militię fortitudine, aliaue ſanguinis, aut exitij artificio fuiſſe conquiſita: mirũ tamẽ q̃ ſtulta ſapiẽtia in iſtis aſtrologicantur, philoſophantur, etiam & Thologiſſant paludati iſti Heraldi, dum fuſcum & nigrum Saturno aſſignant, iccirco perſeuerantiam, taciturnitatem & patiẽ

Heraldorum ſtultæ de coloribꝰ commẽtationes

tiam illi adſcribentes, ſaphyreum autem & azurinum ſidem, aut iuxta Gallorum opinionem zelum ſignificare volunt, Iouem illi præponentes: in rubro iram vindictamq; exponunt, ob furibundi Martis dominum: Auriflauus color Soli dicatus, hũc ob ſui metalli precium ac Solis lucidiſſimum ſplendorem, deſyderium ac lætitiã ſignificare dicunt: Venerem pręficiũt purpureo ac viridi: Purpureum roſeo nitore arridẽtẽ amorem ſingnificare dicunt: Sed Galli proditionis aſtutiam illi adſcribunt. Viridis autem omnium conſenſu ſpem denotat:

Colores mixti.

vireſcentibus enim agris, fructus ſperatur: Albus color Lunę adſcribitur, qui cũ ſine mixtione ſimplex ſit, omnis tamen mixtionis facille ſuſceptiuus, puritatẽ, ſimplicitatem, aptitudinem ſignare volũt. Cęteros omnes mixtos colores adiudicant Mercurio, qui vt ipſe vagus

ſt & varius, ita omnes illos varietatē ānimi exprimere: Nā cinericius nigro vicinior, anguſtiā: carneꝰ quaſi emiſſi ſanguinis occultum animi dolorem, vel ſecretū abſconditunqꝫ cogitatum: palearis vero & clarus & obſcurus velut decidentium foliorum, & areſcentiū herbarum, deſperationē & ſuſpitionem pro ſignificatis habent. Longum eſſet referre cuiuſmodi nęnias ex humoribus, ex cōplexionibus, ex temporibus anni, menſibus & diebus, Mundi angulis & ventis, ſignis, planetis, plātis, lapidibus, ipſiſqꝫ Eccleſię ſacramentis & myſterijs huc affingūt, & ferre totā Apocalypſim ad has fabulas ſuas demigrare cogūt. Atqꝫ hęc eſt illa Heroicorum Heraldorum heroica Philoſophia. Hic finem facturus erā huius negocij, niſi occurriſſet mihi pręteriſſe me Heraldorum originem, hāc itaqꝫ ſermoni huic appendere libet. Heraldos ab Heroibus deducit Aeneas Syluius. Erāt autem Heroes veterani Milites, quos ſolos Heraldos eſſe decet, atqꝫ ſic Herald Teutonicum vocabulū ſignificat videlicet ſenem in armis, ſiue veteranum Militem. Sed hodie ſeruiles quidem homines, caduceatores, & nuncij, feciales etiam qui nunquam militauerunt, id officij eſſequuntur: priuilegia autem officiaqꝫ Heraldorum ex antiquiſſimis ſęculis, in hunc vſque diem durant. Primus eorum auctor fuit Liber pater, qui ſubacta Idia, illos in hæc verba initiauit: Ego vos hodie Militiæ laboribuſqꝫ abſoluo, veteranos Milites eſſe volo, Heroaſque vocari, Munus veſtrum erit Reipub. conſulere, ſontes arguere, laudare probos, cæteris Muneribus vocabitis, quocunqꝫ gentium terrarunqꝫ veneritis, Victum vobis reges, Veſtitunqꝫ dabūt, honoratiores apud omnes eritis, Xenia vobis Principes offerent, ſuaſqꝫ veſtes condonabunt, ſtabit fides dictis veſtris, mendacia horrebitis, proditores iudicabitis, qui fœminas male habet infames, hos adſeuerabitis, in oīs terra libertas vobis eſto, ſecuruſqꝫ vobis trāſitus & incolatus, ſi quis vos veſtrunqꝫ verbo factoue angariauerit quempiam, gladio feritur. Adiecit poſt

Heraldorum origo.

Heraldorum auctor.

Heraldorum munera

multa tempora iſtis Heroum priuilegijs Alexander Ma[gnus], vt auro, pupura, cocciniiſq; veſtibus, & paludam[en]tis vti poſſent, quin & arma Regia & inſignia deferre quouis gentium terrarunq; loco fuerint. Si quis hos ma[nu] pulſaſſet, aut verbo læſiſſet, eũ proſcriptis bonis etiã capitis reum eſſe: Sic Thucididem, Herodotum, Didymum, Megaſtonem, & Xenophõtem tradere idem Aeneas refert, Tertio deĩde Octauianus Auguſtus (conſtituta Romana monarchia, illos hac lege decorauit. Quiſquis es qui per decẽniũ nobiſcũ militaueris, ſi mõ quadragenari⁹ fueris, ſiue eques, ſiue pedes ſtipẽdia merueris, militia poſthac vocato, Heros eſto, veteranuſq; miles, nemo te ciuitate, foro, templo, hoſpitio, domo p[ro]hibeat, nemo tibi crimẽ adſcribat, onus imponat, pecuniam ex te quærat, ſi quid peccaueris, ſolam Cęſaris vindictã expectato, quicquid turpitudinis admiſerint homines, te iudicem propalatorẽq; timeãt, ſeu priuati, ſeu principes fuerint, quod dixeris affirmaueriſq; nemo falſum arguet, libera & aperta tibi oĩa itinera locaq; ſunto, in ædibus principum menſa tibi cibi potuſq; eſto, ſtipendia quibus te tuanq; domũ ſerues, ex publico quotãnis habeto, quam legitima face duxeris vxorẽ, cęteris fœminis pręferatur, quem exprobraueris infamẽq; dixeris, hic reprobat⁹ hõ & infamis eſto, arma, inſignia, nomina, & ornamẽta heros ferto, quę Reges decẽt, quę dicere aut facere velis, vbiuis gentium, locorum, nationunq; facito. Si quis iniurius fuerit, ceruice careto: Poſtremo Carolus Magnus, trãſlato ad Germanos Imperii nomine, poſt deuictos Saxones & Lõgobardos, Cęſar & Auguſtus appellatus, illos hoc honore donauit, inquiens: Milites mei vos heroes vocabimini, ſocii Regũ & Iudices criminum, viuite poſt hac laboris expertes, conſulite Regibus publico nomine, turpia corripite, fauete fœminis, iuuate pupillos, concilio circundate Principes, ab his Victum, Veſtitum ſtipãdiumq; a petite: ſi quis negauerit, inglorius infamiſq; eſto, ſi quis iniuriam vobis intullerit, reum ſe maieſtatis agnoſcat,

Auguſti edictum de Heraldis.

Carol⁹ Magn⁹ de Heraldis.

vos auem caueritis, ne tantum decus tantunq; priuilegium iuſto bellorū labore partū, aut ebrietatis, aut ſcurrilitatis, aut alio quouis vicio maculetis, ne quod vobis largimur ad gloriā, redūdet ad pœnam, quā de vobis ſumendā ſi forſitan exceſſeritis, nobis & ſuceſſoribus noſtris Romanoꝝ regibus perpetuo reſeruamus, atq; hæc eſt Heraldorū magnificētia, quibus antiqua conſuetudine temporū magnos eſſe æſtimant, quia īpune maximis obſtrectare illis permiſſum eſt. ¶ Sed iam a Militia & Nobilitate ad MEDICINAM properemus, quæ ipſa etiam quædā homicidiorū ars eſt, prorſus Mechanica, licet Philoſophię titulo ſe traducit poſſe præſumat, ac ſupra iuris prudentiam proximas Theologię ſedes ambiat, vnde maxima inter Medicos & Iuriſtas contētio eſt: Argumentantur enim Medici: Cum triplicia ſunt bona ex ordine, animę, corporis, fortunę, priora curat Theologus, Secūda Medicꝰ, Tertia Iuriſcōſultus: hinc Medicis medias quoq; ſedes dederi ſupra iuriſcōſultos, quantū corporis robur, & ſanitas Fortuuę diuitiis præſtat: Sed hanc litē neſcio quis Prętor, lapida interrogatione diremit: quęſiuit enim ex litigātibꝰ illis quis mos & ordo ſeruaret in educēdis ad ſupplicia reis, vter præcederet, & ſequeretur, Latrone an Carnifex: Cunq; reſponderent pręcedere Latronem, ſequi autem Carnificem. Dedit ille ſentētiā, præcedāt ergo Iuriſtę, ſequantur Medici: horum inſigne latrocinium, iſtorū temeraria homicida notās: Sed ad Medicinā redeamꝰ, eius plures hæreſes ſunt: nam eſt vna quam rationalē, ſiue Sophiſticam, ſiue dogmaticam vocāt, eanq; Hippocrates, Diocles, Chryſippus, Cariſtinus, Praxagoras, & Eraſiſtratus ſequuti ſunt: Quā etiam Galenꝰ his longo tempore poſterior adprobauit: Qui pręcęteris inſequutus Hippocratem, totam medēdi artē ad cauſarum agnitionem, ſignorū notitiam, rerum qualitates, & corporū diuerſas habitudines graduſq; reuocauit. Sed hæc hęreſis cum circa voces potius quā circa res ipſas verſetur, naturalis Philoſophiæ, fateor nō infima pars eſt: medēdis

Medicina.

Lepidū Prætoris cuiuſdam reſponſum, de medicinæ & iuris inter ſe prærogatiua.

tamen ęgrotantib⁹ non admodum neceſſaria, ne dicam vel perniciosa, vt quę hominũ ſalutem ſanitatenque ad contorta quędam ſophiſmata relegat poti⁹ q̃ ad ſyncera, quibus morbis mederi poſſit, medicamina, & ſcholaſticis ſyllogiſmis occupata, ſolitudinum & ſaltuum horrorũq; neſcia ignorat herbas & medicamina: quocirca Serapion hanc rationalem Medicinã nihil ad medendi artẽ pertinere ꝓfeſſus eſt. Eſt itaq; alia medicinæ factio prorſus quęſtuaria & mechanica, a qua vſq; hũc diem Medici ſuum nomẽ habent. Hanc iccirco operatricem vocant, in Empiricam & Methodicã diſpartitã, de hac nobis hic ſermo eſt: Empiricã itaq; ab experimẽtis appellant, cuius Principes Serapion, Heraclides, & ambo Apollonij fuere, quos poſtremo ex Latinis M. Cato, C. Valgius, Pomponius, Leneus, Caſſius Felix, Aruntius, Corneli⁹ Celſus, ac Plinius, & plęriq; alij ſequuti ſunt. Ex hac deinde Methodicã cõſtruxit Hierophilus Chalcedoni⁹, & ex longa rerum omnium magiſtra experientia ad certas regulas adegit, quã poſtea validiſſimis argumentis probarũt Aſclepiades, Themiſio, ac Archigenes: compleuit autẽ Theſſalus Italus, qui (vt auctor eſt Varro) cuncta ſuperiorũ placita ſuſtulit, ac velut rabie quadam in cunctos prioris æui Medicos perorauit. Poſt iſtos vero complures externarum gẽtium barbari Philoſophi de ea ſcripſere, inter quos adeo creuit Arabum gloria, vt hui⁹ artis inuẽtores plurimis viſi ſint, facileq; id ſe poſſe cõtendere videãtur, niſi ipſa originalia Græca & Latina nomina ab illis vſurpata, aliam artis originem indicarent: Hinc Auicennę, Raſis, & Auerrois volumina pari cũ Hippocratis & Galleni libris auctoritate recepta ſunt, tantanq; fidem adepta, vt ſi quis ſine illorum placitis cuiquam mederi pręſumat, is publicam ſalutem palem decoquere videatur: hæ autem Medicorũ factiones, licet paucę ſint, non tamẽ minor inter eos cõtentio eſt & opinionũ pugna, quam inter Philoſophos: Nam de ſpermate, quod genitale ſemẽ eſt, audite queis anilibus ratiunculis certant: Pythagoras illud vtiliſſimi

Operatrix medicina duplex.

Arabes medici.

Cõtrouerſia.

ſanguinis ſpumam, ſiue ſibi vtiliſſimum excrementum
dixit: Plato autem ſpinalis medulæ defluxum, quia ni-
mium coeuntes dorſum & renes dolent: Alcmeon autē
cerebri partem adſeuerauit, ex eo quod coeuntibus ocu
li dolēt, qui ſunt partes cerebri: Democritus autē ipſum
ab omnibus corporis partibus deriuatum ait: & Epicu
rus a corpore & anima conuulſum: Ariſtoteles alimēti
ſanguinei excrementum, quod vltimum in membra di
geritur: cæteri putāt ſanguinem eſſe teſtium calore deco
ctum & dealbatum, ea duntaxat mori ratione, quod vl
tra vires, coeuntes ſanguinis guttas eijciant: Porro Ari
ſtoteles & Democritus nil dicunt mulieris ſemen ad ge
nerationem cōferre, neq; germē illas ſed particularem
quendam ſudorem emittere: Galenus illas & ſperma li
cet imperfectum germen emittere ait, & vtrorumq; viri
& mulieris ſemen fœtū cōſtituere, Cęterum Ariſtoteles
corpora animaliū ex ſanguine proxime vult generari
& imediate nutriri, ſperma quoq; ex ſanguīe generatio
nem habere: Hippocrates contra, corpora animaliū ex
quatuor humorib⁹ prīo coagulari: Sed & multi ex Ara-
bibus putarunt animalia perfecta poſſe abſq; maris &
fœmine permixtione generari, ac ſine ſemine pduci, &
propterea dicebant matrices non eſſe neceſſarias niſi p
accidens. De cauſis autem morborum originalib⁹ agen
tes, Hippocrates illas in flatu ſiue ſpiritu collocat: Hie-
rophilus in humorib⁹: Eraſiſtratus in arteriarū ſangui
ne: Aſclepiades ex atomis per corporis īuiſibiles poros
illapſis illas rimatur: Alcmeon ex corporalium potētia-
rum exuperantia vel inopia: Diocles ex inęqualitate ele
mentorum corporalium aeriſq; halitu: Strato ab alimē
ti exuperantia cruditateq; & eius corruptione, omnes
morbos fieri ſolummodo putat, De ciborum autem con
uerſione non minus diſcrepant: nam Hippocrates, Ga-
lenus, Auicenna, in ſtomacho cibos per calorem conco
qui affirmant: Eraſiſtratus hæc in venrre fieri conten-
dit: Pliſtonicus & Paraxagoras nō concoqui modo ſed
puterſcere aiūt, quin etiam Auicēna & eius expoſitores.

medico-rum de ſperma-te.

An mu-liebre ſemē cō-ferat ad gñatio-nem.

Contro-uerſię de mor-borum cauſis.

De cibo-rū conco-ctione, diſſentio

Gentilis & Iacobus de Forliuio, non ſine inſigni errore ſtercus in ſtomacho generari tradunt: Aſclepiades autem & eius æmuli, non cōcoqui cibos, ſed crudos in corpus omne diuidi putāt, qui inſuper omnium ſuperiorū dogmata vana & ſuperuacua eſſe dicunt. Trāſeo vrinarum iudicia ab illis nedum perfecte cognita, pulſuumq; dieſes incomprehenſas.

Hippocratis error.

Iam vero & Hippocrates, quē ipſi pro Deo colunt, ab alijs in plerisq; nō tam diuerſum ſentit, quā turpiter errauit. Nam ī libro de Natura īfantia ait: Generatur ex luteo oui auis, nutrimētum autem & augmentū habet album quod in ouo eſt, quod falſum probat Ariſtoteles in libro de Animalib9, & in libro de Generatione animalium diſputās cōtra Alcmeonē, qui cū Hipdocrate ſentiebat, concludit: origo pulli in albumine eſt, cibus per vmbilicum ex luteo petitur, qui ſententiæ adhæret etiā Plinius, inquiens: Ipſum animal ex albo liquore oui corporat, cibus eius in luteo eſt: nonne etiam ille Hippocratis aphoriſmus mēdax eſt? Mulier non podagriſat, niſi mēſtrua illi defecerint, cū multę fœminæ quibus etiam mēſtrua fluunt podagras patiātur.

Medicina operatrix.

¶ Tota præterea medendi OPERATRIX ars nullo alio fundamento quā fallacibus experimētis ſuperextructa eſt, ac tenui ægrotantium credulitate roborata, nō minus venefica quā benefica, vt ſępiſſime & fere ſemper plus periculi ſit a medico ac medicina, quā ab ipſo morbo, quod quidē & ipſi huius artis Principes īgenue fatentur, videlicet Hippocrates, dicēs: Artē hāc eſſe difficilē, & experimento fallacē: & Auicenna inquiens, Fidem ac ſpē ægri erga medicū & medicinā ſæpe plus efficere, quā ipſam cū medico medicinā: & Galenus difficile poſſe reperiri medicamen, quod plurimū proſit, ac nō ſimul in aliquo obſit: atq; alius quidā ex illis ait, medicinarum notitia delectabilis eſt, vt reliquorū omniū quæ arte & regulis conſtant, operatio autem ſecundum medicinā a caſu eſt. Eant igitur nunc fortunati ægri, ac periculoſis experimētis, & caſui fidem habeāt: ſed tam blāda eſt cuiq; pro ſe ſperandi dulcedo (vt ait Plinius)

vt cuicũq; ſe Medicum profitẽti ſtatim credatur, cum ſit periculum in nullo mendacio maius. Hinc eſt quod ſæpiſſime ſalus illic quęritur, vbi mors eſt, quippe medicorum hic optimus creditur, quem particeps lucri cõmendat Pharmacopola, qui cum illo colludit, cuius ſeruulos etiam Medicus ſibi ſub ſtipe deuincit, qui lenocinio fungentes, illum apud miſeros ægros collaudando pręferunt: magnæ quoq; præſtantiæ Medicus eſt, quem vſurpata põpoſa veſtis, & intermicantes crebris hyacĩthis digiti commendãt, & cui remota patria, vel longa peregrinatio, aut diuerſa religio (ceu Iudęus vel Maranus) & ad fallendum efficaciſſima frontis impudẽtia magnorunq; remediorum cõſtãs, incõcuſſis mendacijs, iactãtia, auctoritatem, famam, fidenq; cõſiliarunt. Et cui pertinax contẽtio, ac multæ ſemper in ore cum ſemigręculę, tum barbarę voces, & multa auctorũ ſuorum nomina doctrinę feceruut opinionem: atq; ſic inſtructus plꝰ q̃ plumbea grauitate, ſed audacia plane militari, medẽdi practicam tunc hac hypocriſi adgreditur: Primum inuiſit ægrum, reſpicit vrinam, tangit arteriam, inſpicit linguam, palpitat latera, explorat retrimenta, ſcire vult victus conſuetudinem, & ſi qua etiam ſecretiora ſunt inquirit, ac ſi per hæc libret elementa, & veluti in ſtatera expendat humores ægrotantis, fabulaturq; egregie, de ĩde magna iactantia pręſcribit medecamina, recipe catapotia, mitte ſanguinem, fiant clyſteria, fiant peſſi, fiãt vnctiones, fiãt cataplaſmata, dentur elinctorio, dentus maſticatoria, fiant gargariſmata, fiant ſacculi, fiãt fumi, dentur condita, dentur ſyropi, dentur aquę, exibeantur theriacalia: quod ſi leuiuſculꝰ ſit morbus, & ęger delicatulus. excogitabit blandimenta, & quęcunq; mulierculis effœminatiſq; viris grata atq; iucunda putat, magna auctoritate pręcipit, iam ſuſpenſo molli grabatulo, aut fontalis aquę in peluim ſtillantibus guttis, ſomnos allicit, iam fricationibus, ſtufis, cucurbitulis, morbum extenuat: Iam balneis, thermis, cibiſq; delicatoribus, ac Cœli mutatione extenuatum ægrum reficit: vt autem ma-

Pharmacopolæ cum medicis colludũt Vulgo quis probetur medicus.

Ordo quo medici ęgros tractant

gnæ auctoritatis habeatur, & ſimul admirationi ſit, horas obſeruando, phyſicas alligationes ſuſpēſioneſq; adnecti facit, nec niſi ex Ephemeride Mathematica, Pharmaca potioneſq; miniſtrat: Quin & i Pharmacopolam ſibi imperium arrogat, & ſe coram omnia diſpenſari iubet, ſeſeq; meliora aromata deligere ſimulat, cum ſæpe neſciat Sophiſticata a veris diſcernere, réſq; ipſas nomine tenus penitus ignoret: Si vero diues ſit æger, aut magnæ auctoritatis, tunc quo plus ſibi compēdij atq; famæ aceſſurum ſit, morbum quantum poteſt protrahit, ac nō niſi paulatim reſtituit, etiā ſi poſſet ſemel vno pharmaco morbum depellere: nonnunquam vero medicamentis ſuis exagitato morbo, priuſq̃ illum tollat, hominem ad extremum vitæ diſcrimen adducit, quo illum tunc a grauiſſima & periculoſa ægritudine liberaſſe pędicetur, Quod ſi quandoq; in manus ſuas æger incidat grauiori morbo conflictant, cognoueritq; pernicioſum eſſe malum, & cuius dubius ſit euentus, tunc iſtis ĩgreditur ſtratagematibus, auſtero vultu viuēdi leges pręſcribit, iubet inſolita, prohibet conſueta, arguit oblata, execratur exhibita, comminatur exitium, & vitam pollicetur, magnaq; poſſit præmia. Si dubitat de euentu, ſuadet cōuocari collegium, & poſtulat ſocium, quo ſecurius medeatur, aut non raro cautius perimat, ne ſuperueniens alius qui ægrum ſolus reſtituat, famam ſibi atq; laudem cum lucro præripiat. Si ægro quid male ceſſerit, ſiue illū præter ſpem per inſignem imperitiam occiderit, hic ſe aut per catarrhi præfocatiuum defluxum, aut aliquod aliud ſimile ſubitaneum accidens, immedicabilenq; caſum apparenter excuſat, & ægri inobedientiā, aut cuſtodum negligentiam acriter accuſat, aut incuſat collegas, aut in Pharmacopolam culpam protrudit: ſic enim efficit, vt nemo ægrotus niſi propria culpa periſſe, nemo niſi Medici beneficio reſtitutus videatur: Iam vero Medicos plærunq; nequam eſſe ſuorummet teſtimonijs cōprobabimus: Ait enim eorum conciliator Petrus Apponus artem Medicinæ Marti eſſe adſcriptam, qui pla-

Medici diuitib⁹ morbos ꝓtrahūt

Medici nequam

netarum omnium odioſiſſimus eſt, qui ingratitudinis, iurgiorum, omniſq; iniquitatis & militiæ auctor exiſtat: Ideoque etiã Medicos vt plurimum malorum eſſe morum, cum ob Matris Scorpioniſque influxum, tum quod ait, quia ex vili ſtipite & ſterili originem contraxerunt, intumeſcẽtes demum & contumelioſi facti, cum fuerint incraſſati, hæc ille, edoctus forte Aeſculapij exemplo, quem primum medicinæ repertorem ex mente Iouis genitum, & per Solis vitam in terras deſtinatũ fabulatur antiquitas. Celſus vero hominem fatetur, ſed in Deorum numerum receptum: complures alij aſſerunt illum meretricio inceſtu ex Coronide venuſta muliercula genitum, quam Sacerdotes in Apollinis tẽplo adulterinis amplexibus ſæpe ſubegerunt, qui finxerunt illum Dei filium, omnes autem in hoc conueniunt tam ſceleſtũ fuiſſe hunc Deum, vt Iouis fulmine in eo coercendo opus fuerit, de quo Lactantius ad Conſtantinum Imperatorem ſic ſcripſit, Aeſculapius & ipſe non ſine flagitio Apollinis natus, qui fecit aliud diuinis honoribus dignum, niſi quod ſanauit Hippolytum? mortem ſane habuit clariorem quod a Deo meruit fulminari, hæc ille. At ſunt reuera Medici homines omnium ſceleſtiſſimi, diſcordantiſſimi, inuidentiſſimi, mendaciſſimi. Sic enim omnes a ſeinuicem diſſentiunt, vt nullus reperiatur Medicus, qui citra exceptionem, additionem, vel permutationem, præſcriptum ab alio pharmacum comprobet, quinimo qui non laceret, mordeat, ne videlicet ipſe non melior Medicus videatur, ſi alterius vel optimo conſilio nihil detraxerit, vel his quæ etiam ſæpe nimis multa ſunt, non aliquid addiderit, vnde tandem in Prouerbiũ abijt, Medicorum inuidia & diſcordia. Nam quicquid probat vnus, ridet alter, nec quicquã apud eos certi, ſed omnia promiſſa eorum nugæ volatiles & mera mendacia: hinc vulgus cum vult aliquem inſigniter mendacem oſtendere, ait illi, mentiris vt Medicus. Summumq; ingeniorum ſuorum opus in hoc verſatur, vt in cogitãdis nouis, veterum recte facta negligantur, contemnãturque,

Aeſculapius medicinæ inuentor.

Lactãti⁹ de Aeſculapio.

Prouerbium. Medicorum controuerſiæ.

tum quæ pauca ſciunt, recondunt. aut monſtrare nolūt, qua ſi neminem docere in auctoritate ſciētiæ ſit, inuidē teſq; aliſs etiam vitam noſtrū fraudāt alienis bonis: Sūt inſuper plurimum ſuperſtitioſi, arrogantes, malę cōſciē tię, ſuperbi & auari, quibus illud ſemper in ore obuerſa tur, dum dolet accipe. facientes etiam ſi ſuum ad compē dium expedire crediderint, vt doleat quod ſanum eſt, ſi cut legimus Petrum illum Apponium quem conciliato rem vocāt, cum Bononiæ artem Medicam profiteretur, tantæ auaritiæ & arrogantiæ extitiſſe, vt exta Vrbē ali cubi ad ægrotos vocat⁹, nō minoris quinquagita aureis in ſingulos dies conduci pateret, vocatuſq; aliquādo ad Honorium tunc Pontificem quadrigētes aureos in dies ſingulos ſibi ſtatui pactus eſt: Quin & Aeſculapium Me dicine parentem ait Pindarus a Ioue fulmine adactum, auaritiæ merito, eo quod Medicinam nocenter & in dā num Reipu, exercuiſſet: Iam vero ſi caſu quouis fortu natus æger e manibus eorum euaſerit, fit plauſus intole rabilis, nemo ſufficiet gloriam tanti miraculi decanta re, Lazarum e mortuis reſuſcitatum narrabunt, illius vi tam ſuum munus eſſe, ſibi deberi, ſeſe illum ab orco re uocaſſe (vſurpantes ſibi quæ ſolius Dei ſunt) continuo iactant, nec vllo præmio ſe compēſari poſſe aiunt: Non nulli illorum in id tumoris euecti ſunt, vt ſe pro Diſs co li paterentur, atq; Ioues ſeſe nuncuparent, ſicut Mene crates Syracuſanus Medicus, qui quandoq; ad Ageſilaū Spartę Regem, in hæc verba ſcripſiſſe legitur. Mene crates Iupiter Ageſilao Regi ſalutem: ſed illius ſtulti tiam ſubridens Ageſilaus reſpondit: Ageſilaus Mene crati ſanitatem: Quod ſi vero ægrotorum quiſpiam in felicior (quod plurimum fit) inter Mendicorum manus expirauerit, tunc naturæ inopiam, morbi malitiam, aut ægri inobedientiam inculpant, ac artis ſuæ remedia ad hoc naturæ ſæuientis arcanum non extendi, ſeſe Medi cos eſſe, non Deos curare poſſe ſanabiles, non ſuſcitare moribundos, nec quicquam ſed debere ægris præter ex perientiā, & huiuſmodi verbis etiā in ſiniſtris euentibus

Prouerbiū Medicorum Petri apponiſ medici auaritia.

Medici gloriæ ābitioſi.

Medici Diſ.

Menecrates. Ageſilao

Excuſationes. Medicorū, ęgro to mortuo.

ſuperbiunt,& vltro qui periere arguũt intemperãtiæ,& ſimul precium poſcũt cum occiderint ſuis pharmacijs, qui ſine illis viuere potuiſſent ægros, pariter & fama,& pecunia,& ſanitate,& vita ſpoliantes:ſecura interim cõ ſcientia,cum quia error eorum(quod ait Socrates) terra tegitur,tum quia irremeabilis eſt mortuorum regio, quo minus redire poſſunt,quos illi illuſos inanibus verbis,& medicamentis noxijs infectos ante diem in tartara præmittunt,vt contra illos ſpoliatæ vitæ & pecuniæ repetundarum agant. Sunt præterea Medici plærunq; contagioſi, & ab obiectis vrinis & ſtercoribus fetulẽti, Lotiolẽti,ſterculẽti, & ipſis obtetricibus ſordidiores,ac ſenſibus omnibus infecti,dum oculis obſcœna quaq; & fœdiſſima conſpiciunt,auribus pariter & naribus ęgrotorum ructus ventriſq; crepitus & infecti aeris halitus, flatus,pedoreſq; excipiunt, labris ac lingua atras letheasq; potiones prægustant:manibus ſtercora & purgamẽta explicant, ægrotorunq; horridæ imagines & vmbræ nocte dieq; phantaſiæ eorum obuerſantur,innumeraq; homicidia conſcientiam eorum perturbãt,totum deniq; illorum ſtudium,ſermo,ratio, oratio,ſpirit9, & ingeniũ nõ niſi circa triſtia,fœda,tabida,horrida mortis & morborum genera verſantur,totunq; eorum exercitium eſt in locis fœtidis,ſqualidis,& vilib9 curis,& obſcœno artificio conſtans,ſemper ægrotorum matulas,cloacas,& latinas infamis lucri cauſa ambientes, atq; tanq̃ vpupa auis ſordida ex humanis ſtercoribus nidificãtes. An nõ videtis illos quotidie quomodo obuinctis digitis,lutoſis latifundijs, vultu turbulento aut pallenti, continuo obambulant ciuitatem? ac præcipiti inceſſu viliſſimi,ſpe lucelli diſcurrunt ab apotheca in apothecam, querentes & mendicantes? Sicubi quis lotium inſpectandũ, vel cõcham offerat ſtercorariam, atq; vt cucullati illi vultures ad cadauera,ſic iſti ad excremẽta homines omniũ ſunt naſutiſſimi,quæ etiam prægustare ſolitum aiunt Hippocratem,vt inde morbi naturam meli9 perſentiret,quod plęriq; etiam Aeſculapio adſcribunt,quã Ariſtophanes

Medici cõtagioſi.

Medicorum cognomina in vetere Comœdia.

iccirco Scatophagum vocat,quo verbo ſignificantur,qui ciborum veſcuntur ſuperfluitatibus,quod nomẽ deinde ad medicos omnes deriuatum eſt,vt eos Scatophagos & Scatomętes,hoc eſt,meridiuoros & merdarũ inſpectores vocemus:Hinc Scatomantia,Vromãtia,Drimymantia,dicuntur diuinationes ſeu prognoſtica Medicorum ex ſtercoribus & vrinis deprompta, Hinc apud multas nationes mechanici iſti Medici olim ĩfantes habebãtur, atq; adeo vt(teſte Seneca)etiam grauiſſima infamia haberetur medici opus quęrere,& hodie adhuc plæriq; populi medicos pariter & Obſtetrices & Carnifices a mẽſis & conuiuijs excludunt,aut nõ niſi ſecretis ſeparatiſq; patinis calicibuſq; excipiunt,quocirca ſtomachari hic licet in deteſtabilem illum multorum Principum morem, qui tam peſtilẽtes homines nedum ad matutina cubicula,ſed & quotidianis ægrotantium congreſſibus recentibus ſemper peſtilitatis vaporibus infectos,etiam menſis admittũt:quin adhibeat quis medicũ cõuiuio,inter ipſos cibos & pocula,de ſtercore,vrinis,ſudorib⁹,ſanie,vomitu,menſtrui diſſeret,atq; Epilepſias,Lepras,Vlcera,Scabies,& Peſtes tractabit,totunq; alioqui lautiſſimis obſonijs paratiſſimũ conuiuium,ſermonum ſuorum impuritate in auſeam conuertet:adhibete etiam medicũ,ſi vultis,ciuilibus cõſultationib⁹,nihil illo ineptius,inſultiuſq;, idq; forte cum quia medicorum diſciplina(quod eorum ait Cõciliator)non eſt de virtutibus nec bonis moribus; tum q(vt idem ait)naturaliter probus medicus malorũ morũ eſſe debeat & nos ſcim⁹ apud multas ciuitates decretis publicis & plebiſcitis cautum eſſe,ne medici in cõcilium admittantur,nec magiſtratũ gerant,forte non tã quia inepti,leues male morigerati,q̃ quia; ſemper ſordidi,& ęgrotantium retrimentorunq; aſſidua attrectatione adeo contagioſi,vt non ſolum propinquantes ſibi homines,ſed etiã ſubſellia inquinent,& marmora inficiant,vt eleganter de quodã Medico cecinit Lucilius Græco epigramare ab Auſonio ſic latine reddito:

Medici menſis quibuſdam gẽtibus excluſi.

Medic⁹ ad negocia ciuilia ineptus.

Alcon heſterno ſignum Iouis attigit,ille

Quamuis marmoreus vim patitur Medici.
Ecce hodie iuſſus tranſferri ex æde vetuſta
Effertur quamuis ſit Deus atque lapis.

Medicorũ de ægro conſolationes, menãdri appo the gma,

¶ Quando vero in ſuam medicam conſolationẽ coeũt, quid ea nocte minxerit & cacauerit æger examinaturi, ac, tanq̃ Laconum Ephori, de vita ac nece ꝓnunciaturi ſententiam, mirum ſed dolendũ, q̃ tunc miſeris altercationibus, nullo idem cenſente, circa ægri lectulum cõcertant, quaſi non ad curandũ, ſed ad diſputandũ conducti ſint, atque ærgo ipſo, cui (iuxta Græcum Menandri verſiculum Latine autem inquientis: Medicus garrulus ægrotãti aliter morbus) omnis fere ſermo moleſtus eſt, illorum oratione, nõ opera opus ſit: ac productis ad oſtẽtationẽ ſuã, ſcholaſtico more, aliquot aphoriſmis, quos ad omnem vſum ſemper eoſdẽ paratos habent, inuocatiſq; Hippocrate, Galleno, Auicenna, Raſi, Auerroe, Conciliatore, cæteriſq; ſuis Dijs, quorum nomina & tituli illis ꝓ doctrina ſatis ſunt, ad conciliandum ſibi apud imperitũ vulgus fidẽ doctrinæq; æſtimationem, vbi de cauſis, de ſignis, de affectibus, de humoribus, de die cretica, aliquã diu ſerioſe, ſed indeciſa diſcordia digladiatum eſt, tandẽ de adhibendo remedio, quod caput & cauda totiꝰ negotij eſſe debuerat, frigidiſſimo decreto tranſigunt, atq; vt eſt eorum inter ſe mutua inuidia, nullo illorum ſua ſecreta (vt vocant) æmulis ſuis communicare volenti tanquam ipſis petiturum ſit quod tradiderint alijs, ad communem methodicam, recurrunt, quæ ſi illos deſtituat, ad empiricam, tanq̃ ad ſacram ancoram, cõfugiũt, vt quem ratio non reſtituit, adiuuet temeritas, ſatius eſſe inquientes, anceps experiri auxilium quam nullum, vel ægrum ipſum ſi minus ſunt illi propitij, atque illos (vt ait Eccleſiaſticus) languor prolixior grauet, prognoſticis relinquunt, dicentes, quia deſperatis Hippocates vetat adhibet medicamina, aut ſi paulo religioſiores ſunt, morbum in Diuorum aliquem reijciunt, vel extremum præſcribunt pharmacum, quod erit: Recipe Tabellionem vnum, Teſtes numero ſeptem, adde Sacerdotem

Eccle. 10

Extremũ recipe medicorum.

cum aqua & oleo benedictis quantũ ſufficit, & diſpone domui tuę, quia morieris. Hinc Raſis conſcius profecto cum ægrotantium credulæ ſtultitiæ, tum Medicorum cõtentioſæ inſcitię, vtriq; & ęgro & medico non incaute conſulẽs, ſuadet in Aphoriſmis ſuis tantum vnum Medicum fore eligendum, quia vnius, inquit, error magnã infamiam non inducit, & vnius vtilitas quam in ęgro efficit collaudatur: qui autem quam plures Medicorum adhibueris, iis in errorem incidit plurimum, hæc Raſis: At teſtaturq; huic vetuſta illa monumenti inſcriptio, turba ſe Medicorum Periiſſe, atq; illud Græcum Prouerbium: Multorum Medicorum introitus ægrum perdidit: Illud etiam moribundi iam Adriani Imperatoris dictum: Medicorum turba Principem perdit. Nullũ igitur pro conſeruanda vita ſanitateq; vtilius conſilium quam abſtinere a Medicis: Corporis enim ſanitas Deo debetur non Medicis, ideoq; Aſa rex Iuda corripitur a Propheta Domini, quia in infirmitate ſua nõ quæſiuit Dominum, ſed in arte Medicorum confiſus eſt: quorum quidem conſiliis qui ſe tradiderint, ſani eſſe non poterint: nec enim vita vlla miſera magis quam quę ſub eorum auxilii fiducia ducitur: Eſto verum, ſciant Medici, atq; vtinam ſcirent, omnes vires & poteſtates elemẽtorum, radicum, herbarum, florum, fructuum: ſeminum, etiã animalium & mineralium, omniunque q̃ parens Natura ꝑducit, tamen non poſſunt omnibus iis virtutibus hominem nedũ immortalem facere, ſed quod minus eſt, nec leui quouis morbo ægrotantem ſemper ſanare. O quoties medicamen quod prodeſſe debuerat nõ profuit, & quod debuerat excernere non excreuit, quoties, recidente ægro, remedicandum eſt, & tandem poſt multos labores & ſumptus, vel tunc vel paulo poſt, etiam vel adſtantibus Medicis, moriendum eſt: quæ ergo hic ſpes nobis in medicis repoſita eſt? ſi, quod ipſe eorum ait Hippocrates, experientia fallax ſit. Quid certi poſſunt promittere Medici? ſi verum eſt quod Plinius ſcribit, nullam artem Medicina inconſtãtiorem eſſe, etiamnum ſæpius immutari,

Raſis ſcelera tum conſilium.

Prouerbium.

2. Pa. 16

Multæ gẽtes olim fuerunt & adhuc ſunt abſq; Medicis degẽtes, quas videmus vltra decrepitam ætatem robuſtas & ſupra cẽtenarios annos viuere, cõtrario iſtos delicatiores populos qui medicorum promiſſis & opera viuunt, vt plurimum media ętate ſeneſcere, & occũbere, quin & ipſomet Medicos plus cęteris hominib⁹ & quaſi ſemper ęgrotare, ac immaturiore ętate decedere: Hinc ille Lacon cuidam dicẽti nil mali habes, reſpondit, quia nõ vtor Medico, illoq; iterum dicente, ~~Senex factus eſt, reſpondit, quia nũquam vſus ſum~~ Medico, oſtendẽs nullam eſſe ad ſanitatem & ſenectutem certiorem viã, quã medicis caruiſſe: quod ſi dicat quis, multos medicorum auxilio conualuiſſe, reſpondebim⁹ illi cõtra plures etiã occubuiſſe, quibus medicorũ opera nihil profuere, obiiciemuſque illum Auſonij verſiculum inquientis: Euaſere Fati ope non Medici: Olim enim Arcades non medicaminib⁹ vtebantur, ſed quod narrat Plinius, verno lacte vtebantur, quoniam tunc maxime ſuccis herbæ turgerent mederẽturq; vberiores paſcue: eligebant autem Prę cęteris lac vaccinum, quia illę omniuorę Vere ſunt in herbis: Lacones etiam Babylonij, Aegyptij, Luſitani (Herodoto ac Strabone teſtib⁹) Medicos omnes reſpuebant, languẽtes vero in forum & plateas efferebant; vt qui ſimili morbo tẽtati effugiſſent, aliũue euaſiſſe noſcerent: illis expertis in ſe cõſulerent remedijs, arbitrantes (quod etiam Cornelius Celſus adſerit) ad ipſam curanti rationem, nihil plus conferre quam experientiã: qua cõſtat doctiſſimos Medicorũ ab ruſtica Anu ſæpiſſime victos, illãq; vnica planta ſeu herbula illa perfeciſſe, quę famatiſſimi medici non potuerunt cũ omnibus ſuis precioſis elaboratiſq; pharmacis: nam illi dum inexplicabilibus prodigioſiſq; mixtionibus (cum tot dederit Natura, quę ſingula ſufficiant remedia) cõfundentes percõpoſitam diuerſarum rerum complexionẽ, morbos pellere nitũtur, coniectura magis quam cauſa, aut ratione incedũt, totanq; medendi artem, non niſi caſum & coniecturam faciunt. Hæc autem vnius ſimplicitatis medi-

Multi Gẽtes ſine medicorum opera diu viuunt.

Laconis apophthegma.

Arcades medicis nõ vtebãtur.

Experiẽtia ad currandi rationem plurimum vtilis.

cinę vim & qualitatem cognoſcens, ſolidis expertiſque Naturę viribus, difficiles ſoluit ęgritudines. Rurſus illi per precioſa, & ab extremis Indis aut Galibus quæſita, (perſuadentes niſi precioſa, nō prodeſſe) magno impendio venalem ſanitatem promittunt: Hæc inuentu facillimis, vulgoq; paratis, & quas ī hortis ſuis quiſq; facile habet, domeſticis plātis ſanitatem, non tam promittat q̃ reſtituit. Præterea, hi ex fallacibus libris, & pictis codicillis edocti, difficillimam medicandi operam, audaci quadam temeritate cultaq; garrulitate ad quęſtum vſurpāt: Hæc e terris & agris ſingulas plātas, earumq; colores, figuras, ſapores, odores, varietates cōtēplata, & edocta, & quid in morbis reliquiſq; caſibus poſſint, experta gratis cuique certiſſima dat remedia. Ipſi etiam medicorū pręcipui confitentur ſe a mulierculis plurima excellentiſſima remedia didiſſe, & digna quæ ipſis libris ſuis inſererent, & veluti potiora poſteris communicarent, quale contra capitis dolorem extollit Auicēna medicamen a muliere traditum. Quod ſi medicina, quę ſanitatis tēperamētū afferre debet, cōſiſtit in proportiōe & temperamēto rerum ad inuicem, cum inter ſe, tum etiam cum qualitatibus corporis, cui tribuuntur: Atque antiquorū Medicorum hæc diligentiſſima cura fuit in proportionandis & contemperandis medicaminib9, per iuſta & harmonica pondera, relinquentes poſterioribus hęc deinceps proportionanda ægrotorū corporibus: quæ iſta eſt audacia atque impudentia, hęc non ſolū immutare, ſed illis etiam ſuperadere, penituſue negligere aut ignorare? Vnde fit quod ſicut conſonans pharmaci temperamentum, ſanitatem adferre deberet, ita illius diſſonātia dolorem, horrorem, exaſperationē morbi, & nonnunq̃ mortē inducit, ideoque tuti9 medetur ruſtica Anus, vno aut altero hortēſi & naturę opera abſoluto medicamine, quam Medicus ille cū ſuis prodigioſis, ſumptuoſis, & dubia coniectura conflatis pharmacijs. Fuerunt illius ſententiæ multi excellentiſſimi Philoſophi & Medici, videlicet non niſi ſimpliciſſimis rebus medendum eſſe:

Medici a mulierculis multa edocti.

hinc ſimplicium vires perſcrutati expertiq́ꝫ, de illis poſteris nobis egregia volumina reliquerunt, quale Chryſippus de Braſſica, Pythagoras de Scylla, Marchion de Raphano, Diocles de Rapa, Phanias de vrtica, Apulei⁹ de Betonica, & multi alij antiqui de aliſs cōſcripſerunt: Sed hos illi officinarum Medici non ſolum non curant, ſed etiam irrident, ſimplices appellātes, qui ſtudeāt ſimplicibus. Hos igitur Medicos dico quidem, qui per ſimplicia medentur, non tam conſulendos quam etiam ſequendos eſſe nulli diſſuadeo. Verum illos officinarū cultores tanq̄ ſortilegos & maleficos conſulo fugiendos & propellendos, qui ſuis prodigioſis compoſitionibus de malis noſtris negociantur, & ſuper vitam noſtram mittunt ſortes. Nam cum compoſita medicamina ex multis diſparibus & pugnātibus ſpeciebus conflari neceſſe ſit, impoſſibile, aut ſaltem difficillimum eſt, in illis aliquid certi poſſe ſtatuere Medicum, niſi ſola opinione, æſtimatione, coniectura, cunq́ꝫ innumeræ ſępe res ſint, quæ ſingulæ prodeſſe poſſe videntur, ea ſola congerit Medicus, quæ ſors vel caſus memoriæ ſuæ tunc obtulerit, aut in quæ alio quouis intrinſeco ſiue occulto inſtinctu fuerit propenſior: Vnde fit vt compoſitum illud pharmacum non tam ab ingredientium ſimplicium potentia, quā a Medici fauſta vel infauſta affectatione ſortiatur virtutem & effectum, quatenus ille occulto quodam influxu ſiue naturali, ſiue cœleſti, ſiue dęmoniaco, ſiue fortuito plus ad hæc quam ad alia eligenda inducitur. Atq́ꝫ hoc eſt quod communiter dicitur, atq́ꝫ ipſi fatentur, Medicum vnum eſſe alio fortunatiorē, ac ſæpiſſime indoctum docto feliciorē. Quin & vidi ego & noui medicum virum literatiſſimum tam infelicem, vt e multis ægris vix pauciſſimi e manibus eius ſalui euaderent. Noui & alium ſemiſciolum qui omnes ferme ægros ſuos, plæroſq́ꝫ etiam ab aliis pro deploratis derelicto feliciter ſanaret: Quin & memini me legiſſe, de Medico in cuius manibus quicunque nobiles & magnates inſidiſſent, euaderent, plebei omnes &

Simplicia medicamēta,

Medic⁹ ali⁹ alio fortunacior in currandis ęgrotis.

ruſtici perirent aut grauiter periclitarentur: Videre igitur nunc facile eſt, hanc officinariam Medicinã, in qua pluris poteſt Medici fortuna, quam doctrina, totam aut pro maxima parte ſortilegam eſſe, ideoque pcul pellendam atq; tanq̃ veneficam & ſicariam eſſe damnandam: Proinde Romani quõdam ſub Catone Cenſorio Medicos oẽs & Vrbe Roma, & tota Italia pepulerũt, eorum funeſta mẽdacia, crudelitatemq; auerſati, quod videlicet multo plures occiderent quam ſanarẽt, tum quod venenorũ peritiſſimi, odio, ambitione, aut lucro facile adduci poſſent, vt venenum miniſtrẽt pro remedio, & pacta mercede, hominum vitę inſidientur: Sicut Pyrrhi Medicus, ſiue is Timocharis fuerit, vt vult Gelli⁹, ſiue Nicias, vt alij, qui Fabritio promiſerat ſe Dominum interfecturum Medicina, quod facin⁹ auerſatus Fabriti⁹, Pyrrhũ quãuis inimicum monuit per epiſtolã, caueret a Medico de quo Claudianus ita inquit:

Romani olim medicos vrbe pepulerunt,

Romani ſelerum ſemper ſpreuere miniſtros,
Noxia pollicitum Domino miſcere venena,
Fabritius Regi nudata fraude remiſit:
Infeſto quem Marte petit bellumq; negauit
Per famuli patrare nefas.

Plinius.

¶ Similia de Grecorum Medicis apud Plinium Cato ſcribit ad filium, inquiẽs: Iurarunt inter hæc Barbaros omnes necare midicina, ſed hoc ipſum mercede faciũt, vt fides eis ſit, & facile diſperdãt. Et paulo poſt ſubiungit: Vnde teſtamẽtorum plures inſidiæ, iam vero & adulteria in principum domibus, etiam vt euidẽs Eudemi in Liuia Druci Cæſaris, hæc Plinius: ipſe etiam Socrates apud Platonẽ vetuit, ne Medici in ciuitate multiplicentur: Expediret & in hunc diem Reipub. nullos eſſe, aut pauciſſimos medicos, quodque lex extaret, quę eorũ puniret, cum inſcitię tum negligentiæ malitiam capitalem: Capitale enim eſt, neque refert imperitia an neglig ẽtia, ſtultitia an malitia, perperã an ſtudioſe Medicus pro pharmaco venenum porrexerit, hominemq; in vitæ diſcrimẽ adduxerit: Atq; nõ (quod Plinius ait) medico

Socrates apud Platonẽ

hominem occidiſſe ſumma eſſet impunitas. Qui certe vnus illis atq; cõmunis cum Carnifice honos eſt, homines ſcilicet, accepta mercede, occidere atq; ex homicidio, vnde ſupplicium cunctis lex ſtatuit, nulliq; conceſſa impunitas, ij ſoli capiũt premia, hoc tamẽ intereſt quod Carnifex nõ niſi ex iudicum ſententẽtia necat noxios: Medicus autem preter omne iudiciũ perimit etiam inſontes: nõ ergo inſalubriter Pontificum conſtitutiones arcent a medicãdo Clericos, cũ ars medica res ſit adeo cruenta, vt fas ſit Sacerdotibus & Clericis Medicũ agere, liceat etiã agere Carnificẽ: neq; imprudenter Porti⁹ Cato Medicis quondã Vrbẽ interdixiſſe putand⁹ eſt, cũ quia ſcientię huius famam ſemper nouitate aliqua aucupantur, tum & dum pudet, noui nihil adferentes, aliorũ inhęrere veſtigiis, experimẽta per mortes agunt, & artem ſuam noſtris periculis diſcũt, qua de vita noſtra negociãtur malaq; hominum, quę breuiſſimo tempore tolli poſſent, producunt, non raro etiam adaugent maiori ꝓ compẽdio, cui fraudi vt obuiaretur, apud Aegyptios Medici ante diem tertium ęgrotorum corpora eorum periculo curabant, poſt triduum autẽ ſuo. ¶ Iamq; etiã a Cocis ſuis, Apothecarios & PHARMACOPOLAS vocant, quorum (vt eſt in Prouerbio) tituli remedia habẽt, pixides, venena, ſiue (vt canit Homer⁹) pharmaca mixta, ſalubria multa, & noxia multa, quibus cũ damno eſſe minime volunt, nos mortem noſtrã magna emere pecunia compellunt, dum illi aliud pro alio ꝓpinates, ſeu putridum inueteratumue & euanidum pharmacum miſcentes, ſæpe mortiferam potionem dant ꝓ ſalutifera, dum facta iampridem emplaſtra, collyria, vnguẽta, paſtillos, & alia pharmaca non niſi in officinarũ compendia ex ipſa ſpecierum fece ac tabe conflata mercantur, atq; hæc omnia neſciẽtes diſcernere, credũt barbaris mercatoribus omnia fraudibus & ſophiſticatiõe corrũpentib⁹. Poſſem etiã hic oſtẽdere pernicioſas illorũ diſcordias de ſimpliciũ, quibus vtuntur, medicinarũ cognitiõe, erroreſq; eorũ circa medicialiũ rerũ nomina

Medicicũ carnifice collatio.

Clericis medicinæ exercitium ꝓhibitum

PHARMACOPOLIA

Pharmacopolæ aliud pro alio ꝓpinant.

Mercatorib⁹ barbaris in emendis

ab illis male intellecta, peſſimeq; vſurpata, quę plurima Nicolaus Leonicen⁹ amplo volumine oſtendit. Trãſeo etiã docere de prodigioſis compſitionibus multarunq; externarũ rerũ mixturis, quib⁹ dum omnia cõfundẽtes vnũ quod oĩb⁹ naturis quadret medicamẽtum ſeſe effe cturos nobis perſuadere volũt, ſicuti de cõpoſitiõe the riacę ac Thyri tabula, deq; illo antidoto mithridatico ſtatuerũt nihil aliud efficitur q̃ poeticum illud chaos, rudis indigeſtaque moles,

Nec quicq̃ niſi pondus iners, conieſtaque eodem
Non bene iunctarum diſcordia ſemina rerum,
vbi corpore in vno
Frigida cum calidis pugnant humentia ſiccis,
Mollia cum duris ſine pondere habentia pondus.

Eſto, ſint quędam compoſitiones ab antiquis Medicis excogitate & vtiles inuentæ, quæ tanquam experta liceat recipere, tamẽ a vera illa metodo ſunt aliena, & ab ipſiſmet Medicis propria conſcientia coactis damnata & oĩb⁹ modis exploſa, a Plinio, a Theophraſto, a Plutarcho, ab Hippocrate, Galeno, Dioſcoride, Eraſiſtrato, Celſo, Scribonio, Auicenna, quorum verba hic ſubſcribere nimis longum eſſet: nec ab antiquis illis ſolum, ſed etiam a multis recentioribus, e quibus vnus Arnoldus de Villa noua inter Aphoriſmos ait, vbi in promptu habentur ſimplicia, dolum eſſe, ſi quis cõpoſitis vtatur. At hodie neglectis, & ne cognitis quidem ſimplicibus, non niſi ex duobus illis Apothecariorum luminariis ac Aromatariorum theſauro, tum Meſue & Nicolai cæterorunque Antidotariis, picturatis & inauratis titulis medicamina promuntur: atq; hinc fit, vt, dum Medici iſto ſuo ocio conſulentes, vitas hominum Apothecariorum fiducia gubernant, atq; illi ſine literis, ſine cognitione barbaris Nercatoribus confiſi, p officinę compendio res permiſcent, multo plus periculi ſit a medicine q̃ a morbo. Ianq; etiam dicam⁹ de precioſorum medicinalium ſophiſticatione, quæ tãto ingenio ſæpe adſimulata ſunt, vt induſtrios etiam homines deci

simplici bus cre dnnt.

Ouidi⁹ Meta morph. primo.

Cõpoſita pharmaca fere a vera methodo medẽdi aliena.

Nota errorẽ origines pniciolas in Rep. p Medicos & pharmacopolas

piant plurimũq́; cõduceret ſaluti hominum, ac Reipub. peregrinis omnib⁹ exoticiſq́; pharmacijs (quæ tãto præterea præcio a prædonib⁹ Mercatorib⁹ in Reipub. detrimentũ adauctæ ſunt) omnino interdicere, ac Medicos omnes I ordinẽ cogere, Pharmacopolaſq́; abſtringere, ac legẽ illis pſcribere, cuiuſmodi olim Romæ, dũ adhuc melior eſſet, Nero tuliſſe legitur, qua ijs dũtaxat quæ noſter gignit orbis pharmacijs vti cõpellãtur, cũ hęc noſtrę cuiuſq́; naturæ coueniant magis, tum longe recentiora, electiora, minoriq́; difficultate ac ſumptu haberi poſſũt, minoriq́; periculo, q̃ peregrina, quorum maxima pars ſuſpecta eſt, vt quæ ſępiſſime ſophiſticata, adulterata, reiectitia, vel in naui ſuffocata, vel immẽſa lacunæ, vel vetuſtate corrupta, vel non debito tempore & loco (vnde ſæpe plurimum imminet periculi) collecta ſunt: nam coloquintida no matura ſanguinem educit & interficit, & quæ ſola vel vnica naſcitur, venenũ eſt. Similiter & Agaricus maſculus mortiferus eſt: & qui antiquus pernicioſus. Scammonia omnis ſophiſticata eſt, ſimiliter & terra Lemnia, & fides ſigillorum periJt. Iam quęſo quæ neceſſitas eſt ijs vti peregrinis, ſi eadem ſimiliaue conſimiliſq́; efficaciæ noſtra terra producit? An non egregie ſtultum eſt, malle ex India petere, quod domi habem⁹? exiſtimantes propriam neq́; terram neq́; mare ſufficere, patriſq́; rebus peregrina, frugalibus ſumptuoſa, ac facile acquiſibilibus difficilia, & ab ipſis vſque terræ finib⁹ importata præferentes. An ſine armoniaco ſpleni nemo mederi poterit, nec Hepati abſque ſandalis? An, ſi caremus bedellio, vlcera interiorum nemo curabit? nec capiti quis medebitur ſine muſco & ambra? nec ſtomacho ſine maſtice & corallijs? Si hęc peregrina noſtris corporibus conuenirent medicamina, procul dubio natura factum eſſet, quę omnibus prouidit abũdãter, vt hęc apud nos quoq́; naſcerẽtur. Nonne abſq́; illis & ſalubrius vixerunt Patres noſtri? Sunt ergo hęc deſidioſorum Medicorum, qui noſtra non inquirunt, nugamẽta, & Pharmacopolarum commẽta, qui non cõmunẽ ſalutem, ſed

Conſiliũ Agrippæ.

Lex pharmacopolis olim romæ præſcripta.

Coloquĩtida Agaricus.

Scammonia.

Terra lemnia.

ſuæ negociationis compendium quęrunt, perſuadentes nobis non niſi precioſa quæque plurimum prodeſſe, quibus iccirco improperatur per Hieremiam: Nũquid nõ eſt reſina in Galaad, aut Medicus nõ eſt ibi, ſuis quibuſque terris & regionibus ſuę genti, ſuo climati, ſuo Cœlo, ſuo ſęculo natura herbas pducit atque cõtemperat: eſto, quędam alijs atque alijs locis temporibuſque acriores habeant vires, in quolibet tamẽ tempore & climate p ſuo hominumque temperamento, eadem operantur, habeãt licet precioſa illa & exotica noſtris plantis maiores vires, ſed has non niſi in ſui climatis hominibus, quibus creata & pducta ſunt, putabimus ſalubres. At ſunt etiã Empiricorum rapinæ, perſuadentium nobis mõſtroſa quædam pharmaca, & a medendi vſu exotica plurimũ poſſe conferre, & ſine iſs ſalutem noſtram non poſſe cõſtare, impendio miſerorum ſua commẽtaria experientes. Hinc viperas, & ſerpentes, & nocentiſſima quęque reptilia antidotis admiſcent, & velut deficientibus remedijs, humanã adipem in vnctiones ſubigũt, humanaſque carnes aromatib⁹ adſeruatas (quam mummiam nuncupant) nefario Naturæ piaculo hominibus edendas prębent. ¶ Reſtat CHEIRVRGIA altera Medicinæ pars, quæ excutanea corporis vitia curat, cuius opera manifeſta & ſecuriora ſunt remedia: nam reliquorum Medicorum cæca conſilia ſunt. Cheirurgi vident & palpitant quod agunt, ac pro oportunitate mutãt, applicãt, & auferunt: hęc inter omnes medicandi artes prima in vſum venit: Nã cum homines ab antiquo ſeſe bellis exercerent, & vulnera ſibijnuicem infligerẽt, cœperũt illorũ quęrere remedia: Nam quę homo homini malo inflixiſſet, ab hominibus quoque curari poſſe putabãt: Cæteros autem morbos & interiorũ cruciatus tanquam iræ Deorum genitos, incurabiles naturalibus virib⁹ æſtimabant. Primus itaque Cheirurgiæ inuentor fuit Apis Aegyptiorum Rex, vel, vt vult Clemens Alexandrinus, antiquior illo Mizrai filius Cain, nepos magni Nohæ. Scripſit autem primus Medicinam vulnerum Aeſculapius:

Hier. 4.

Cheirurgia.

Cheirurgia prima inter medicãdi artes vſurpata

Cheirurgiæ inuẽtor.

Deinde excellentes in ea extiterũt Pythagoras, Empe-
docles, Parmenides, Democritus, Chirõ, Pęon. Narrat
Plinius hanc Romę primũ exercuiſſe Archagatum Pe-
loponnẽſem, illuncꝙ ob ſecandi vrendiꝙ ſęuitiam, fuiſſe
vulnerarium publice, vocatum mox tranſiſſe nomẽ in
carnificem, deniꝙ vniuerſam artem tædio habitã & ex
ploſam. Eſt itaꝙ Cheirurgia non minus reliquorũ Me-
dicorũ factionib⁹ excellentiũ virorum auctoritate cla-
ra, ſed virulentatum ſordium immunditia & ſanguino Anato-
lenta crudelitate infamis. ¶ Hanc tamen crudelitate ſu- mia.
perat ANATOMIA vtrorunꝙ pharmaceuticorũ
& Cheirurgorum Theatrica Carnificina qua dãnatos
publicæ morti reos, quondam viuos ac remanente ſpi-
ritu, truculentiſſimis cruciatibus reſecarunt: Sed hodie,
ob Chriſtianę religionis reuerẽtiam, paulo mitiores ef-
fecti, interempto prius homine, ipſorum vel lictoris ma
nu in mortui cadauer, deĩde his piaculis graſſantur. hu
manunꝙ corpus dilaniãtes, membrorum ſingulorum ſi
tum, ordinem, mẽſuram, opera, naturam & abdita quę
que perquirũt ac rimãtur, vt inde, quomodo, & quib⁹ lo
cis curandũ ſit, addiſcant, crudeli hac diligẽtia atque ſpe
ctaculo horrendo, & abominabili, nec minus impio.
¶ Eſt adhuc & alia Medicinæ praxis, quam VETE- Veteri-
RINARIAM vocant, quæ brutorum morbis mede naria.
tur, cæteris longe certior & vtilior a Chirone Centau-
ro, vt fertur, inuenta, & a Columella, Catone, Varro-
ne, Pelagonio, Vegetio, nobiliſſimis ſcriptorib⁹ illuſtra- Medici
ta: Hanc tamen annulati iſti Medici nõ tam verecundiæ noſtra-
ſibi ducũt quam penitus quoque ignorãt, & aſpernant, tes vete-
admodum delicatuli, vt tanquam vpupa auis nõ niſi hu rinariæ
manis ſtercorihus oblectentur: Vnde ſi quis ab illis pro indocti
Aſino aut Boue ſuo medicamen requirat, pro remedio
mox iniuriam accepturus ſic, quaſi ad eos nõ pertineat
ſcire, non ſolum hominibus, ſed etiam cęteris animali-
bus, precipue quę hominibus commoda referũt, mede-
ri, pro qua re Alphonſus Aragonum Rex olim duos ex-
peritiſſimos Medicinæ doctores pro equis & canibus

amplo conduxit ſtipendio, iuſſitq; ſollicitos ſcrutari quæ remedia, & quis medēdi modus ſingulis beſtiarū morbis conueniret, quod illi facientes, librū de his rebus vtiliſſimū ędiderūt: fecit idē his tēporib⁹ Ioannes Ruellius Sueſſionēſis, vir in vtraq; lingua peritiſſim⁹, ac Phyſic⁹ primari⁹, qui de morbis equorū eorūdenq; remedijs ex vetuſtiſſimis auctoribus Apſyrto, Hierocle, Theomneſto, Pelagonio, Anatolio, Tiberio, Eumelo, Archedemo Hippocrate, Hemerio, Africano, ac ex Aemylio Hiſpano, & Litorio Beneuētano, delectū volumē trāſtulit, veterinarijs omnib⁹ magna cū Reipub. cōmoditate ꝓfuturum. ¶ Supereſt adhuc Medicina DIAETARIA. cuius prīceps prę cęteris extitit Aſclepiades, qui, ſublato magna ex parte pharmacorū vſu, totā Medicinę artē ad vict⁹ rationē, ad quātitatē & naturā ciborū obſoniorūq; cōdimēta reduxit, a quo cęteri Medici nō omnino diſſentiūt, ſed ita putātes, quod alterum altero indigeat; victus quandoq; pharmacijs, ac illa pariter victus ratione atq; menſura, hinc iubent, inhibent, execrantur, accuſant cibos & potus, quos Deus creauit, inobſeruabileſq; victus regulas condunt, & quas alijs eſcas vel modeſte delibare prohiben, ipſimet, tanq̄ porci glandes deuorant, & quas alijs viuendi leges pręſcribunt, ipſi omnium primi pręuaricantur, non tam negligenter q̄ cōſulte: Nam ſi ipſi iuxta hæc ſua diætaria decreta viuere deberent, ſanitaris non modicam iacturam facerēt: Si vero, vt ipſi viuunt, ſic ægros quoq; naturæ legibus viuere permitterent, pecuniæ damnum ſentirent. Verum de his diætarijs ita ait Ambroſius, Contraria diuinæ conditioni præcepta Medicinæ ſunt, quæ a ieiunio reuocāt, lucubrare non ſinunt, ab intentione meditationis abducunt, ita qui ſe Medicis dederit, ſeipſum ſibi abnegat: Et Bernardus ſcribens ſuper Cantica, ait: Hippocrates & Socrates docent animas ſaluas facere in hoc Mundo, Chriſtus & Diſcipuli eius perdere, quem vos e duobus ſequi vultis Magiſtrum? Manifeſtum ſe facit, qui diſputat, hoc oculis, hoc capiti, hoc ſtomacho

Ioannes Ruellius

DIAETARIA.

Aſclepiades pharmaca ſuſtulit.

Diætarij quę alijs præſcribunt, ipſi non ſeruant.

Ambroſius de Medicorū dięta.

Bernardus.

ſtomacho nocet, legumina ventoſa ſunt, caſeus ſtomachum grauat, lac capiti nocet, potum aquæ pectus non ſuſtinet, quare hoc eſt, vt totis fluuijs, agris, hortis & cellarijs vix inuenire poſſis, quod comedas. Sed eſto, hæc Ambroſij & Bernardi verba ad ſolos Monachos dicta ſint, quorum forte non eſt, debere tantam rationem habere de valetudine quam de profeſſione. At ciuiles homines non dedecet cum valetudinis ratione etiam vict⁹ & obſoniorum varietas atque menſæ lautities: Primum diætaria Medicina pollicetur: alterum prĕſtat coquinaria, præparandorum ciborum & potuum diſciplina. Quocirca Plato hanc Medicinæ addultricem vocat, plĕrique eam diætariæ Medicinæ partem adnumerant: Quanuis Plinius & Seneca, & reſidua Medicorum ſcho la fateantur: ab exquiſitorum ciborum varietate multi iugos morbos generari,

Ars coquinaria, medicinæ adulatrix.

¶Ars itaq; coquinaria percōmoda eſt, nec inhoneſta, ſi modo diſcretionis limites non egrediatur. Atq; hæc ratio etiam ſummos & continentiſſimos viros induxit, vt de Coquinaria & obſoniorum condimentis ſcribere nō erubeſcerēt. Ex Græcis Pantaleon, Mithecus, Epiricus, Zophon, Egeſippus, Pazanius, Epenetus, Heraclides Syracuſanus, Tindaricus Sycionius, Lymonactides Chius, Claucus Locrenſis: Ex Romanis Cato, Varro, Collumella, Apicius, & ex recentioribus Platina: Aſiatici autem his rebus tam luxurioſi atque intemperantes ſemper extitere, vt ipſum nomen eorum in helluonum ac gulonum tranſierit cognomentum, quos inde Aſotas nuncupamus: hinc (quod refert Titus Liuius) poſt Aſiaticam victoriam, peregrinĕ luxuriæ in Romanam Vrbem defluxerunt: tunc enim primum epulĕ cura & ſumptu maiore apparari cœptæ, tūc Coquus antiquis viliſſimum mancipium, & in ĕſtimatione, & in vſu, & in precio eſſe, atq; e Culina adhuc iure madens fuligine tinct⁹, cū ollis, patinis, tūſtillo, mortario, veru in ſcholas receptus, &, quod ville miniſteriū fuerat, ars haberi cœpit, cuius tota ſolicitudo eſt, vndecunq; conquirere

Ars coquinaria. Scriptores artis culinariĕ Aſiaticorū luxus.

inuitamenta gulę,eduliaq; ciborum ad profundam in-
gluuiam ſatiandam,vndecunq; locorum inueſtigare,cu
iuſmodi plura ex varrone enumerat Gellius,videlicet
pauum e Samo,Phrygiā attagenam,grues Melicas,hæ
dum ex Ambracia,Pelanū Chalcedoniā,Murenā,Tar-
teſiam,Aſellum, Peſſimuntium,Oſtreas Tarentinas,pe
ctunculum Chium,Helopem Rhodium,Scaros Cilices,
nuces Taſias,palmas Aegyptias,glandes Ibericas,quæ
omnes edendi inſtitutiones ad improbam ſatietatis lux
xuſq; laſciuiam repertæ ſunt.Eius autem artis gloriam
& famam ſibi præ cęteris vendicauit Apicius,vt ex eius
nomine(teſte Septimio Floro)cognomentum in Co-
quos, quo Apiciani dicerētur, quadam Philoſophorum
imitatione propagatum ſit: de hoc Seneca,ſic ſcriptum
reliquit,Apicius,inquiens, noſtra memoria vixit,qui in
ea vrbe(ex qua aliquando Philoſophi velut corruptores
iuuentutis abire iuſſi ſunt)ſcientiam propinæ profeſſus,
diſciplina ſua ſæculum infecit.Plinius quoq; illum nepo
tum omnium altiſſimum gurgitem ſeueriſſime nuncupa-
uit:Tot denique gulæ inſtrumenta,tot irritamenta libi-
dinum,tot obſoniorum varietates Apicianorum illorum
ingenio excogitata & confecta ſunt,vt tandē opus fuerit
præſcriptis legibꝰ popinę luxus coercere, Hinc veteres
illæ Sumptuariæ & Cibarię leges latæ, videlicet,Achia,
Fannia,Didia,Licinia,Cornelia,Lex Lepidi,Lex Antij
Reſtionis,ſed & Lucius Flaccus,& Collega eius Cenſo
res,Durionium ſenatu mouerunt,quod legē de coercen
dis cōuiuiorū ſumptibus latā, Tribunus plebis abrogare
vellet,q̄ impudenter enim Durionius roſtra conſcēdit il
la dicturus:freni ſunt iniecti vobis Quirites nullo modo
perpetiendi,alligati & cōſtricti eſtis amaro vinculo ſer-
uitutis:lex enim data eſt,quæ vos frugi eſſe iubet, abro-
gemus igitur illud horridæ vetuſtatis rubigine obſitum
imperiū: etenim quid opus liberrate eſt,ſi volētibꝰ luxu
perire nō licet? Erāt & plæraq; alia edicta,quę nunc oīa
antiquata ſunt,penituſq; ſublata,adeo vt nulla ętas vnq̄
maiori gulæ cura ac luxu indulſerit, q̄ hæc noſtra , qui

Apicius culinariæ artis caput.

Leges aduerſꝰ luxū popinæ.

Aetatis noſtræ gula& luxus.

eius cauſa, vt ait Muſonius, & poſt illũ noſter Hierony-
mus terram percurrimus & maria, & vt mulſum vinũ,
precioſuſq; cibus fauces noſtras tranſeant, toti⁹ vitæ ope
ra deſudam⁹, tot modo apud nos popinæ, tot ganeæ, tot
gnatonum & luparum tabernæ, vbi homines edacitate,
ebrietate, & libidine perduntur, vt ſępe nõ abſq; magno
Reſpub. detrimẽto, tota deuorent obſumantq; patrimo-
nia, tot modo reperta ferculorum genera, tot obſoniorũ
condimẽta, tot menſarum leges, ritus, & ceremonię, vt
Aſiotorum, Mileſiorum, Sybaritarum, Tarentinorum,
Prętereа, Sardanapali, Xerſis, Claudij, Tyberij, Vitellij,
Heliogabali, Galeni Imperatorum, aliorumq; illorũ ve-
terum helluonum (quos omnes delitijs, luxu, ac volupta
te popinę cæteris nationibus ac hominibus pręſtitiſſe
narrant Hiſtorici) opipara conuiuia penitus ſordida, in
condita ruſticanaq; euaſura ſint, ſi cum iſs noſtris conui
uiorum ad paratibus conferatur: præterea, nihil actum
eſt cibi & potus elegantia, niſi ſimul etiam adſit abũdan
tia vſq; ad faſtidium, & quæ vel Herculem inebriet, qui
eadẽ ſæpius naui, & vehebatur, & potabat, ac cibi ſatie
tate Crotoniatam Milonem, & Aureliani phagonem ex
pleat, quorũ ille trigĩta panes vna cœna præter reliquos Herculis
cibos comedere ſolitus erat, alter vno die ante Aureliani Milonis
Cæſaris menſam Aprum integrum, centum panes, Ver & Aure-
uecem & Porcellum deuorauit: bibit autem infundibu- lianipha
lo appoſito plus orca: hæc hodie apud nos receptiſſima gonis.
ſunt in ruſticanis illis publicis cõuiuiſs, & Templorum Croto-
dedicationibus, cæteriſq; eorũ feſtis: diceretis orgia Bac niatæ vo
chi celebrari: tam ſunt illic omnia furore, cruore, & mul racitas.
tiplicibus gulæ ebrietatiſq; flagitiſs cõmaculata, tum Cẽ
taurorum conuiuia, a quibus ſine cicatrice nemo reuerti
tur, illic ſpectaretis, & qualem de Erchthone voracitatẽ Meta-
deſcribit Ouidius hoc carmine: mor. 8.

Nec mora, quod pontus, quod terra, quod educat aer
Poſcit, & appoſitis queritur ieiunia menſis,
Inq; epulis epulas quęrit: quodq; vrbibus eſſe
Quodq; ſatis poterat populo, non ſufficit vni,

Pluſque cupit, quo plura ſuam demittit in aluum.
Vtq; fretum recipit de tota flumina terra
Nec ſatiatur aquis peregrinoſq; ebibit amnes.
Vtq; rapax ignis non vlla alimenta recuſat.
Innumeraſq; faces cremat & quo copia maior
Eſt data, plura petit, turbaq; voratior, ipſa eſt
Sic epulas omnes Erichthonis ora profani
Accipiunt poſcuntq; ſimul, cibus omnis in illo
Cauſa cibi eſt, ſemperq; locus fit in anamis edendo.

¶Erant olim apud Græcos, deinde etiam apud Romanos Athletæ homines voraciſſimi: ſed horum infamia tã dem etiam a viris conſularibus & imperatoribus victa eſt: nam Albinus qui quõdam rerum potiebatur in Gallia, cẽtum perſica, denos pepones, quingẽtas ficus paſſurias, trecẽtas oſtreas, vna cœna deuorauit, & Maximinꝰ Imperator qui Alexandro Mãmeę filio ſucceſſit, quadraginta libras carnis vno die comedit, bibitq; vini amphorã continet autẽ Amphora quadraginta octo ſextarios. Geta etiam Imperator tam perditi luxus traditur, vt dapes per alphabetum inferri iuſſerit, ſeſeq; triduanis epulis ingurgitarit. Iam vero quod ſcelus impiũ magis, cũ Deus & Natura cibũ nobis potumq; ſalutis ac fortitudinis cauſa præpararẽt, nos contra varijs obſoniorũ artificijs illis abutimur ad voluptatẽ & ſupra humanæ naturę capacitatem ingurgitamus corporibus noſtris, immedicabiles morbos inde contrahẽtes, quo palam videmꝰ verũ eſſe quod ait Muſonius, Dominos ſeruis, Vrbes ruſticis, inopes opulẽtioribus, & quoſq; qui viliorib⁹ obuijſq; vtuntur alimentis, cæteris eſſe robuſtiores, valentiores, fortiores, labores melius tolerantes, minuſq; in iſs defatigari, ægrotari autem rariſſime, neque vllos magis vexãt graues illæ ægritudines, puta, hydrops, podagra, morphea, collica, & conſimilis, q̃ qui ſimplicem victũ cõtẽnẽtes, ex coquinarum officinis viuunt: contra vero qui ſimplici contenti victu, magis incolumes cernimus: Adſtipulatur iſti etiam Cornelius Celſus, qui homini inquit, vtiliſſimus cibus eſt ſimplex, aceruatio ſaporum peſtife-

Albini voracitas,
Maximini gula,
Getæ luxus.
Aegritudines ex gula.

ra & condita omnia duabus de cauſis inutilia ſunt: quoniam & plus propter dulcedinē aſſumitur, quā modo par eſt, tum ægrius concoquitur. Multi præterea grauiſſimi viri auctoreſque hęc gulæ irritamēta obſoniorumq; artificioſam voluptatem deteſtati ſunt Sed ſunt & alij qui Religionis nomine nedum gulam, nedum luxum, ſed & cibos nonnullos quos Deus creauit ad veſcendū deteſtātur, abſtinentes carnibus, vino autem in quo (vt ait Apoſtol⁹) eſt luxuria, ipſis Epicureis capatiores, abſtinere & ieiunare ſe dicētes, cum ſe omni piſcium genere & optimo quouis vino oppleuerint, ad quæ labra, & linguas, et dentes, & ventres armata circūferunt, nō autē loculos. Sed de iſs ſatis, quin a cibaria hac ad Gebericā, hoc eſt, Alchymiſticam coquinā, quæ nō minores decoquit opes q̄ popina modo vadamus.

Religioſorū gula
Ephe. 5.

¶ Alchymia itaq; ſiue ars, ſiue fucus, ſiue naturæ perſequutio dici debeat, pfecto inſignis eſt eadēq; ipunis ipoſtura, cuius vanitas eoipſo ſe facile pdit, cū polliceatur q̄ natura nullo modo pati poteſt, nec attingere, cū tātū ars omnis non poſſit naturam ſuperare, ſed illam imitatur & longis paſſibus ſequitur: & multo fortior ſit vis naturæ q̄ artis. Alchymia autem.

Alchymia.

Ars ſuſpecta probis, ars ipſa inuiſaq; multis.
Iuuiſos etiam cultores efficit artis.
Mendaces adeo multi manifeſte videntur,
Qui ſeipſos alioſq; ſimul fruſtantur inertes,

¶ Dum rerum vertere ſpecies tentant, ac benedictū quēdam Philoſophorum (vt vocant) lapidem fabricare præſumūt. quo, Midæ inſtar, cōtacta omnia corpora alico in aurum argētūue permutentur, quin etiā e ſummis maceſſiſq; cœlis quintā quandā eſſentiā deponere nituntur, qua iā nō ſolū plures q̄ Crœſi diuitias, ſed & depulſo ſenio reiuueneſcentiā perpetuāque ſanitatē, ac tantū non immortalitatē vna cū ingētibus opibus nobis pollicētu,

At nuſquam tantos inter qui talia curant,
Apparet vllus qui re miracula tanta
Comprobet.

¶ Sed medendi aliquot experimētis tum ex ceruſſa, pur puriſſa, ſtibio, ſapone, cōſimilibuſq; pigmentis, ac mulie bribus fucis vetularumq; incruſtationibus, & cuiuſmodi
2. Pa. 16 ſacræ literæ vocant, vnguenta meretricia, ſtipem corro gant, quo Gebericam inſtruant officinam, vnde in Pro uerbium demum abijt: Om̄is Alchimyſta vel Medicus, vel Saphoniſta: credulorum hominū aures verbis diui tant, pecunia inanes vt reddāt loculos: Et quib⁹ ipſi ſpō dent diuitias, ab his drachmas petūt, hinc ſe palam pro dit, hāc artem eſſe nullam, ſed ingentes nugas & inſanę mentis inania commenta: Inueniunt tamen tantæ felici tatis percupidos homines, quibus miro ingenio ſeſe ma iores diuitias cōſequuturos in Hydragyrio quā natura præſtet in auro perſuadeāt, & quos iā terq; quaterq; de ceptos ſemper nouis præſtigijs incautos denuo fallant, & ꝓdigioſa hac impoſtura cogant follibus aurā impelle re fornacibus, nulla dulcior inſania quā fixum volatile, tum volatile fixum fieri poſſe credere, ſic teterrimi car bones ſulphur, ſtercus, ac venena, lotia, & oīs dura pœ na eſt illis melle dulcior, donec prædijs, mercibus, patri monijs omnibus decoctis, & in cinerem, & infumum cō uerſis, dū longi laboris præmia, & naſcituros fœtus au reos perpetuamq; cum reiuueneſcētia ſanitatē ſibi molli ter pollicentur, deuoratis multo tempore & ſumptibus, tum primum vetuli, annoſi, pannoſi, eſurientes, ſemper ſulphur olentes, & inter carbones atra fulgine ſordidi, aſſiduaq; argenti viui contrectatione paralytici, ſolius naſi adfluentia diuites, cæterum adeo miſeri, vt pro tri bus aſſibus etiam animam venalem habeant, quā metal lis inferre conabātur: Metamorphoſim in ſeipſis experi untur, effecti iam ex Alchymicis Cacochimici, ex Medi cis Medici, ex Saphoniſtis Cauponiſtę ludibriumq; po puli ſtultitiaq; patēs, & fabula vulgi, & qui iuniores in me diocritate viuere contempſerunt, per omnem vitam Al chymiſtarum fraudibus expoſiti, iam ſenes facti in ſum ma paupertate mēdicare compelluntur, ac in tanta cala mitate conſtituti pro fauorē & miſericordia, inſuper cō

temptum riſumq; reportant, paupertateq; coacti ſępe ad malis artes, & monetę adulterationē, aliaq; falſificia degenerant, ideoq; hęc ars non modo a Repub. Romanis legib⁹ pulſa, ſed etiam ſacrorum Canonum decretis in tota Chriſtiana Eccleſia prohibita eſt, quod ſi & hodie omnibus qui abſq; ſingulari Principis indulto Alchymicam exercent Regno ac prouintijs interdiceretur, addita etiā bonorū proſcriptione corporiſq; afflictione, profecto non tot adulterinos nūmos haberemus, quib⁹ hodie fraudātur ferme omnes magno Reipub. detrimēto. Hanc ob cauſam puto Amaſim Regē Aegyptijs olim legē tuliſſe, qua cogebatur vnuſquiſq; deſtinato magiſtratui rationē reddere, quo ſe foueret artificio, quod qui nō faceret, pœna illi erat extremū ſupplicium. Permulta adhuc de hac arte (mihi tamen nō admodum inimica) dicere poſſem, niſi iuratum eſſet (quod facere ſolent qui myſterijs initiantur) de ſilentio, eoq; pręterea a veteribus Philoſophis atque ſcriptorib⁹ tā conſtantiſſime religioſeq; obſeruato, vt nullus vſpiā probatæ auctoritatis Philoſophus, ac fidus ſcriptor cōperiatur, qui huius artis alicubi, vel ſolo verbo meminiſſet, quę res plęroſq; indxit vt crederent, omnes eius artis libros recentiori æuo iampridem confictos, cui non modicum adſtipulatur ipſa auctorū Geberis, Morieni, Gilgidis, ac reliquæ eorū turbæ obſcura, & a nullis aliis celebrata nomina, cum rerum quibus vtuntur abſona vocabula, tum ſentētiarum ineptitudo, philoſophādiq; ratio peruerſa. Sunt tamen qui auri velleris pellem interpretentur, fuiſſe librum chymicum, veterum more in pelle conſcriptū, in quo auri conficiēdi ſcientia contineretur, cuiuſmodi libros apud Aegyptios (qui huius artis peritiſſimi fuiſſe dicebantur) cum Diocletianus magna diligentia cōquiſiſſet, omnes exuſſiſſe legitur, ne comparatis diuitiis auriq; copia fidentes Aegyptii, Romanis aliquādo bellum inferre auderēt, atque exinde hanc artē publico Cæſaris edito ſemper habitam flagitioſam: verum nimis lōgum foret narrare omnia huius atris ſtulta myſteria, ac

Alchymiſtica ars vetita.

Amaſis lex.

Nullus phōrum Alchymiæ nominatim meminit.

Aureum vellus quid.

Diocletian⁹ Alchymios libros exuſſit,

inania ęnigmata de Leone viridi, de Ceruo fugitiuo, de Aquila volente, de Stulto ſaltante, de Dracone caudã ſuã vorante, de Buffone inflato, de capite Corui, deque illo nigro nigri⁹nigro, de ſigillo Heremetis, de ludo Stultitię (Sapiẽtię dicere debui) ac ſimilibus nugis innumeris: Deniq; de illo vnico ſolo præter quod non eſt aliud, vbiq; tamẽ reperibil bñdicto ſacratiſſimi Philoſophorũ lapidis ſubiecto, videlicet (pene nomẽ rei effuctiui cũ periurio ſacrilegus futurus) dicam tamẽ circũloquutione, ſed obſcuriore, vt nõ niſi filii artis, & qui huius myſterijs initiati ſunt intelligãt: Res eſt quę ſubſtãtiam habet nec igneã nimis, nec prorſ⁹ terreã, nec ſimpliciter aqueam, nec acutiſſimã, nec obtuſiſſimam qualitatẽ, ſed mediocrẽ & tactu leuẽ, & quodãmodo mollẽ, vel ſaltem nõ duram, nõ aſperã, quin & guſtu quodãmodo dulcẽ, olfactu ſuauem, viſu gratam, auditu blandam atq; iucundã, cogitatu lætam: plura dicere non conceditur, atq; ſunt tamen iis maiora, ſed ego hanc artem (ob eam quæ secũ mihi familiaritas eſt) illo honore potiſſime dignam cẽſeo, quo probam mulierẽ definit Thucydides, illam inquiens optimam eſſe, de cuius laude vel vituperio minim⁹ eſſet ſermo, illud dũtaxat addã, Alchymiſtas omniũ hominum eſſe peruerſiſſimos: ſiquidem cum præcipiat Deus in ſudore vultus vecendum eſſe pane ſuo: & alibi dicat per Prophetam: Labores manuũ tuarum quia mãducabis, ideo beatus es & bene tibi erit: hi diuini pręcepti promiſſaq; beatitudinis contẽptores, procul labore, & (vt aiunt) in opere mulierum & ludo puerorũ aureos montes moliuntur. Non inficior ex hac arte multa admodum egregia artificia ortũ habere, traxiſſeq; originem. Hinc Azuri, Cinabrij, Minij, purpuræ, & quod aurum Muſicum vocant, aliorunque colorum temperaturæ prodierunt: huic aurichalcum & metallorum omnium mixtiões, glutimina, & examina, & ſequeſtrationes debemus, bombardę formidabilis tormenti inuentum illius eſt, ex ipſa prodijt vitrificatoria nobiliſſimum artificium, de qua Theophilus quidem pulcherri

Myſteria Alchymię.

Philoſophicus lapis.

Gen. 3. pſal. 127

Alchymia multorũ artificiorũ inuẽtrix

mum librum conſcripſit. Narrat autem Plinius Tiberii Cæſaris tempore excogitatum vitri temperamētū, quo flexibile & ductibile fieret, ſed eius officinam a Tiberio abolitam, quin ipſum quoque tante induſtriæ artificem (ſi Iſidoro creditur) neci datum, idq; factum, ne aurum pro vitro vileſceret. & argento atq; æri ſua precia detraherentur. Sed de iis ſatis.

¶ Reſtat nunc de IVRIS SCIENTIA dicere, quæ ſolant ſe iactat inter verum & falſum, æquum & iniquum, fas & nefas ſcire diſcernere, cuius facultatis hodie principes ſunt Papa & Imperator, qui gloriantur ſe habere iura omnia in ſcrinio pectoris ſui recondita, quibus pro ratione ſufficit ſola voluntas, cuius arbitrior omnes ſcientias, & artes, & ſcripturas, & opiniones, & quæcunq; hominum opera iudicare & regere præſumūt. Hinc firmiter pręcipit Leo Papa om̄ibus Chriſtifidelibus, vt nemo in Eccleſia Dei quicq̄ vel quenq̄ iudicare, iuſtificare, aut alquid diſcutere pręſumat, niſi ſanctorum conciliorū, canonum & decretaliū (quorum caput eſt Papa) autoritate, atq; ne nobis vti liceat nec doctiſſimorum, nec quóruncūq; etiam ſanctiſſimorum Teologorum determinatione, niſi in quantum Papa permittit, & ſuis Canonibꝰ auctoriſauerit. Sed & alibi adhuc precipit Canō ne aliud volumē vel quicūq; liber per Theologos (immo per vniuerſum mūdū ait, recipiatur, niſi ille qui per Eccleſiam Romanam Papæ Canonibus comprobetur: Simile ius prætendit Imperator in Philoſophiam ac medicinam cæteraſq; ſcientias, nulli diſciplinæ permittens aliquid auctoritatis, niſi quantum illis conceditur per ſui Iuris Peritiam, ad quam (vt ait) quotquot ſunt ſcientiæ & artes ſi comparentur, ſunt tāquam viles & parum vtiles hinc vlpianus ait: Lex eſt rex omnium humanarum & diuinarum rerum, cuius virtꝰ eſt (vt ait modeſtinꝰ) imperare, permittere, punire, vetare, quibus dignitatibus nullum minus maius inuenitur. & Pomponius in legibus definit eam eſſe inuentum & donū De,i & do

Iura & leges.

Leonis p̄ceptū.

Lex.

Leges a Dijs ortę fingebantur.

gma ſapientum omniū, quia Priſci illi Legiſlatores, quo decretis ſuis apud rude vulgus auctoritatem cōciliarēt, finxerunt ſe a Dijs edoctos illis preſcribere. Sic Aegyptijs Oſiris a Mercurio, zoroaſtes Bractianis & Perſis ab oromaſo, Charinūdas Chartaginēſib⁹ a Saturno, Solon Atheniēſib⁹ a Minerua, zātraſtes apud Arimaſpos a bono numine, zamolxis Scythis a Veſta, Minos Cretēſib⁹ a Ioue, Lycurg⁹ Lacedæmonijs ab Apolline, Numa Pompilius Romanis a Nympha Egeria. En videtis mō cuiuſmodi hęc Iuris ſciētia ī omnes alias ſibi imperium arrogat, exerceatq; Tyrannidem, ac quomodo ſe omnibus reliquis diſciplinis tanq̄ Deorum primogenitam pręferens, illas tanq̄ viles ac inanes aſpernatur, cum tamen ipſa tota atq; omnis nō niſi ex caducis infirmiſſimiſq; hominum commentis & placitis conſtituta, omnium quę ſunt tenuiſſima, & ad omnē temporis, ſtatus, principis mutationem cōuertibilis exiſtat: Quę primam ſuam ab ipſo primi parentis (omnium malorū noſtrorum cauſa) peccato traxit originem: A quo Lex corruptę naturę (quod Ius naturale dicūt) prima prodijt: cuius egregia illa decreta: Vim vi repellere licet: Frāgēti fidem fides frangatur eidem: Fallere fallentē non eſt fraus: Doloſus doloſo ī nullo tenetur: Culpa cum culpa compēſari poteſt: Male meriti nulla debent iuſtitia nec fide gaudere: Volenti nō fit iniuria: Licitum eſt contrahentibus ſe decipere: Tantum valet res quantum vēdi poteſt: Item vt liceat ſibi conſulere cum damno alteri⁹: Ad impoſſibile neminem obligari: Item ſi te vel me cōfundi oporteat, potius eligam te confundi q̄ me: Et eiuſmodi plura quæ poſtea ſcripto inter leges relata ſunt: Deniq; Lex naturę eſt nō eſurire, nō ſitire, non algere, non vigilijs, nō laboribus marcerari: Quę omnem religionis pœnitentiam pœnitentięq; opera depellens, Epicurēam veluptatem pro ſumma ſtatuit felicitate. Exinde vero Ius Gētium emerſit, ex quo primum bella, cædes, ſeruitutes, orta diſtīctaq; rerū dominia ſunt. Porro Ius Ciuile prodijt ſeu populare, quod popul⁹ aliquis ſibi

Legis origo a peccato.

Leges aliquot alienæ a ſacra ſcriptura.

Lex Naturæ.

Ius Gentium,

Ius Ciuile.

propriũ conſtituit: Ex quo tot emanarunt in hoĩes litigia, vt teſtibus ipſiſmet legibus, plura facta ſint negocia, ꝙ rerum habẽtur vocabula. Nam cum homines proni eſſent ad diſſentiendũ, neceſſarium, vt dicũt, erat Iuſtitię obſeruãdę per leges promulgatio, vt malorum ſic coerceret audacia, & inter improbos innocẽtia tuta redderetur, & boni quiete viuerent inter malos: Atq; hæc ſunt illa tam inſignis Iuris principia: in quo Legiſlatores fuere pene innumeri: Quorũ primus Moſes qui leges ſcripſit Iudęis, quo tempore etiam Aegyptijs leges tulit Cecrops: Poſt Pheronęus primus omniũ leges dedit Græcis: Rurſus Aegyptijs leges dedit Mercurius Triſmegiſtus: Deinde Draco & ſolõ Athenienſibus, & Lycurgus Lacedæmonijs: Et Palamedes primus Leges tullit bellorum ad iudicandum exercitum: Romanis vero primus leges tulit Romulus, quæ curiatæ appellatæ ſunt: Poſt quẽ Numa Pompilius Leges tulit religionũ, & cęteri per ſucceſſum Romani Reges ſuas Leges dederunt, quę omnes Papyrij libris poſtea deſcriptæ fuerũt: vnde Ius Ciuile Papyrianum nomen ſumpſit: Poſt hos Ius duodecim tabellarum prodijt: Item Ius Flauianũ, Ius Helianum, Lex hortẽſia, Honorariũ Ius Prætoris. Item Plebiſcita, Senatuſconſulta: Ius magiſtratuum & conſuetudinis: deniq; vis Iuris conſtituẽdi Principi data: pręrereo Iuriſcõſultos illos innumeros, quorum bonam partem recẽſet lex ſecũda de origine Iuris: Quidã vero Ius Ciuile in volumẽ redigere conati ſunt, ex his primus hoc attentauit Cneius pompeius: Deinde Caiꝰ Cęſar, ſed pręuentus vterq; bellis ciuilibus immaturaq; morte, non potuerunt perficere. Tandẽ veteres illas leges innouauit Conſtantinꝰ, ſed & Theodoſius minor in codicem ab eo nuncupatum redegit, tandem Iuſtinianꝰ hunc qui hodie in vſu habetur codicem ædidit: Iuris autem ciuilis tota auctoritas penes populum ac principes eſt, neq; aliud eſt ius Ciuile ꝙ quod homines cõmuni cõſenſu volunt: Hinc iulianus ait, Leges non alia de cauſa nos ligare, ꝙ quod iudicio populi receptæ ſunt. Qui cõ-

Legiſlatores diuerſarũ gentiũ.

Ius ciuile papyrianum

Ius ciuile quid.

muni conſenſu omne imperiũ ac poteſtatem in Princi-
pem contulit, vnde ſi quid Populo ac principi placuerit, hoc tum per cõſuetudinem, tum per conſtitutiones Iu-
ris habet vigorẽ, etiam ſi error videatur vel falſitas: nã cõmunis error facit ius, & res iudicata veritatẽ: Quod Vlpianus nos docuit his verbis, videlicet ingenuũ acci-
pi debere etiam eum, de quo ſentẽtia lata eſt, quãuis re-
uera fuerit libertinus, quia res iudicata pro veritate accipitur. Apud eundem legimus Barbarium quen-
dam Philippum, cum ſeruus fugitiuus eſſet, Romę præ-
turam petijſſe, qua functus ac tandem agnitus, receptũ fuit, nihil eorum immutari quæ ſeruus in tantæ dignita-
tis velamento geſſerit. Et alibi ſenex ruſticus Imperato-
ris auctoritate in tãtum veneratur, quod Iuriſperit⁹ ex verbis illius argumẽtari iubetur: Paulus quoq; Roma-
norum Iuriſcõſultiſſimus, hodie (inquit) propter vſum Imperatorũ, ſi in argẽto relatum ſit cãdelabrum argen-
teum, argẽti quoq; eſſe, non autem ſupellectilis, quoniã error Ius facit: Idẽ de Legibus & Senatuſconſultis palã fatet, nõ omniũ quę a maiorib⁹ cõſtituta ſunt rationem reddi poſſe: Hinc ergo ſcimus iam omnem Iuris Ciuilis prudentiã ex ſola hominũ opinione volũtateq; depẽde-
re, nulla alia ratiõe vrgẽte, q̃ vel honeſtate morũ, vel cõ-
moditate viuẽdi, vel auctoritate Principis, vel vi armo-
rũ, quæ ſi conſeruatrix bonorũ & malorũ videx exiſtat, bona diſciplina eſt, ſin aliter, peſſima res, ꝓpter iniqua quę magiſtratu ac principe negligente vel tollerẽtę vel probante fiũt. Quinimo Demonactis ſententia erat, le-
ges omnes inutiles & ſuperuacuas eſſe, vt quę nec bo-
nis, nec malis rogent, cũ illi nõ egeãt legib⁹, hi vero per eaſdem nihilo fiant meliores. Pręterea, cũ apud Liuium fateatur Cato, vix vllam legem ferri poſſe, quæ omnib⁹ commoda ſit, & ex qua nõ ſępiſſime contingat æquita-
tem cum rigore Iuris pugnare: Ipſe etiam Ariſtoteles 1 Ethicis ſuis definẽs æquitatem, vocat illam correctionẽ iuſtæ legis, qua parte deficit, quod generatim lata eſt. Nonne ergo iam hoc ipſo ſatis oſtẽditur totã Iuris iuſti-

Demonactis ſentẽtia.

Aeq̃tas quid.

tiæꝗ vim nõ tam a Legibus q̃ a Iudicis probitate ęquitateꝗ dependere. ¶A Iure Ciuili demanauit IVS CANONICVM ſiue Pontificium, quod plæriſꝗ ſacroſanctiſſimum videri poſſet, tam ingenioſæ auaritiæ ſuæ præcepta ac rapiendi formulas ſpecie pietatis adũbrat: cum tamen pauciſſima in eo ſtatuantur ad pietatem, religionem, ac Dei cultum, ſacramentorumꝗ ritus ſpectãtia: Taceo quod nõnulla Dei verbo contraria aut repugnantia: Cætera omnia nõ niſi iurgia, lites, faſtus, pompæ, tum quæſtus, ac lucri negocia Pontificũꝗ Romanorũ placita, quib⁹ neꝗ ſatis ſunt qui olim a ſanctis Patribus conditi ſunt Canones, niſi his continuo accumulẽt non Decreta, Paleas extrauagantes, declaratorias Cancellariæ regulas, vt nullus ſit condẽdorũ Canonũ finis, neꝗ menſura, quæ vna omnium Romanorũ Pontificũ ambitio atꝗ libido eſt, condendorũ ſcilicet nouorũ Canonũ, quorũ eouſꝗ excreuit arrogãtia: vt Angelis Cœlorũ præciperẽt, & ex inferno ſublata præda rapinã facere præſumerẽt, & ĩ mortuorũ manes manũ mitterẽt, etiã in diuinam legẽ, interpretando, declarando, diſputãdo, nonnunq̃ Tyrãnidẽ exercerent, ne quid plenitudini poteſtatis ſuę poſſet deeſſet aut derogari: Nonne Clemens Papa in bulla quæ hodie adhuc Viẽnæ, Limonis, Pictauiſ, in priuilegiorũ ſcriniſs plũbata ſeruatur, pręcipit Angelis de Cœlo, quod animã peregrinãtis Romã ꝑ indulgentijs & decedentis a purgatorio abſolutam ad gaudia perpetua introducãt, inſuper inquiens: Nolumus quod pœna inferni ſibi aliquatenus infligatur: cõcedẽs inſuper cruce ſignatis ad eorum vota tres aut quatuor aĩas quas vellent e purgatorio poſſe eripere, quã erroneã ĩtolerabilẽꝗ temeritatẽ, ne dicã prope hæreſim, tunc Pariſienſis ſchola palam deteſtata eſt, atꝗ corripuit. Sed fortaſſis pœnitens hodie quod nõ hyperbolicũ illũ Clemẽtis zelum pio aliquo commento interpretati ſunt, vt res valeret potius q̃ periret, cũ propter eorum affirmare vel negare nichil mutatur in re & auctoritate ſummi Põtificis, cuius Canones & Decreta ipſam Theologiã totã ſic

Ius canonicũ.

Angelis ꝓcipit Papa.

Clementis bulla.

Pariſienſis ſchola Papæ temeritatem corripuit.

aſtrinxerũt, vt nullus quantũcũq; cõtentioſiſſim⁹. Theologus quicq̃ audeat ſtatuere, nedũ opinari aut diſputare a Pontificum Canonibus diuerſum, abſq; proteſtatione & Venia, ceu de Ruffo canit Martialis:

Quicquid agit Ruffus, nihil eſt niſi Venia Ruffo,
 Si gaudet, ſi flet, ſi tacet, aut loquitur,
Cœnat, propinat, poſcit, negat, innuit, vna eſt
 Venia, ſi non ſit Venia, mutus erit,

Ex horum præterea Canonibus & Decretis didicimus Chriſti patrimonium eſſe regna, caſtra, donatiões, fundatiões, allodia, opes, ac poſſeſſiões, ac Sacerdotũ Chriſti Eccleſiæq; primatum eſſe Imperium & Regnũ, & gladium Chriſti eſſe iuriſdictionem ac poteſtatem temporalem, & petram eccleſiæ fundamentum eſſe perſonam Pontificis, Epiſcopos eſſe Eccleſiæ nõ miniſtros modo, ſed capita: & bona Eccleſiæ eſſe non modo doctrinam Euangelicam, ardorem fidei, cõtemptum Mundi, ſed vectigalia, decimas, oblatiões, collectas, purpurã, mitras, aurum, argentum, gemmas, prædia, pecunias, poteſtatẽ ſummi Põtificis eſſe gerere bella, diſſoluere fœdera, ſoluere iuramenta, abſoluere ab obedientia, & domũ orationis facere ſpeluncã latronum, ita quod Papa poteſt deponere Epiſcopũ ſine cauſa, quod poteſt dare rẽ alienam, quod nõ poteſt committere ſymoniã, quod poteſt diſpenſare contra votum, contra iuramentũ, contra ius naturale, & nemo habet illi dicere cur ita facis? poſſe inſup graui (vt dicunt) aliqua de cauſa diſpẽſare cõtra totum nouum Teſtamẽtum, etiam vel tertiam partem & vltra fidelium animas in infernũ protrahere: Epiſcoporum vero officium eſſe iam non prædicare verbũ Dei, ſed datis alapis confirmare pueros, cõferre ordines, dedicare Templa, baptizare campanas, cõſecrare aras & calices, benedicere veſtes & imagines: quib⁹ vero ſupra hæc altius ingenium eſt, ij relinquentes illa neſcio quis titularib⁹ Epiſcop is, ipſi Regũ funguntur legationibus, illorum præſunt oratorijs, aut comitantur Reginas, magnam ſatis & grandem ob cauſam excuſati, ne ſeruiant

[Margin: Mat. 11. & Luc. 19.]

[Margin: Epiſcoporum hac tempeſtate officia.]

Deo in Templis, ſi magnifice Regem venerētur in Au- lis. Ex eiſdem fontibus prodierunt cautelę iſtæ quibus hodie citra ſymoniam Epiſcopatus & beneficia emūtur vęnunturq́, & quicquid prętere a eſt nundinationum & monopoliorum in gratiſs, in condonationibus, in indul gentiſs, in diſpenſationibus, & ſimilibus rapinarū for- mulis, a quib⁹ etiam in gratuitis ab ipſo Deo factis pec- catorum remiſſionibus precium ſtatutum eſt, & in infe riorum pœnis inuentū eſt lucrū. Inſuper huic iuri debe tur ementita illa Cōſtantini donatio, cū reuera atq́ con teſtante verbo Dei, nec Cæſar ſua relinquere, nec Cle- rus quæ Cęſaris ſunt ſibi debeat vſurpare. Sed ex mul- tis admodum ambitionis, ſuperbiæ, ac Tyrānidis Legi- bus, duntaxat aliquas vobis hic referā, quę iſs quæ nūc diximus faciāt fidem. Scrutamini igitur, ſi Lubet, in anti quis Decretalibus capitulum, Significaſti, & c. venera- bilē de elect. c. ſolite de ma. & obed. c. cū olim de priui- leg. c. Si ſummus Pontifex de ſenten. excom. c. Inter cę tera de off. Iud. ord. Deinde in ſexto Decretalium, quem compilauit Tyrānus ille Pontificum Bonifaci⁹ octauus, vide te quid loquatur in illius prologo, & in c. i. de īmu- nitate Eccleſiarū, neq́ cedit iſtis illa arrogātiſſima Cle- mentina paſtoralis, de ſen. & re iudi, Cū extrauagante Ió. xxiſ. quæ incipit Eccleſiæ Romanæ, & alia eiuſdem ſuper gentes: Et extrauagans Bonifacii octaui, vnā ſan ctam. Ex compilatione deniq́ Gratiani occurrūt nobis c. Si cuius, diſt. xiiii. c. Si omnis. diſt. xviii. c. Sic omnes, & c. Enimuero, c. In memoriam, c. Si Romanorū, diſt. xix. c. Omnes, diſt. xxii, c. Tibi domino, diſt. lx. c, Cōſtā- tinus, d. xcvi. & c, Quando. d. lxxxvi. & Gloſſa ibidem, & c. Si Papa, d. Ix. Porro etiam accedūt iſtis. ix q. iii. c. Cuncta, & c. Cōqueſtus. xv, q, vi. c. Auctoritatem. xvii. q, iiii. Nemini. xxi. q. v, Sunt qui, vxiii. q. v. Omniū, & q. viii. c, Omni. xxx. q. i. c. Omnia. Hos & horū ſimiles Ca nones qui diligēter examinarit, cōperiet cuiuſmodi ſūt illo magna & admirabilia & abſcōdita myſteria, quę ali qui Romani Pōtifices in ſuis Canonibus fructificāt, etiā

Vēditio beneficiorum.

Conſtātini donatio.

Capita aliquot decretaliū tyrannica.

ea quæ alicubi dicuntur in ſcripturis ſacris conuertẽtes & nonnunq̃ adulterãtes, atq; illis ſuis figmentis adſimulantes & adaptantes: hinc illę (quas vocant) concordãtię Biblię & Canonum natę ſunt. Accedunt iſtis tot rapinarum tituli, de Palliis, de ĩdulgẽtiis, de Bullis, de Cõfeſſionibus, de Indultis & Reſcriptis, de Teſtamentis, de Diſpenſationibus, de Priuilegiis, de Electionib⁹, de Dignitatibus, de Præbẽdis. de Religioſis domib⁹, de Sacris ædibus, de Immunitatibus, de Foro, de Iudicijs, & eiuſmodi reliquis: deniq; totũ ipſũ Ius Canonicũ omniũ eſt inconſtantiſſimũ, ac ipſo Protheo atq; Cameleonte mutabili⁹, ac Gordio nodo magis implicitũ, ipſaq; Chriſtiana religio, a cuius origine Chriſtus finem impoſuit ceremoniſs, has nũc hoc Canonum iure plures habeat q̃ vnquã olim habuerunt Iudæi, quorũ pondere addito, ipſum leue ac ſuaue Chriſti iugũ nunc redditũ ſit omniũ grauiſſimum, coguntur q; Chriſtiani plus ex Canonum præſcripto q̃ ex ipſo viuere Euangelio. ❡ Tota autem vtriuſq; Iuris peritia non niſi circa caduca, fragilia, fluxa, inania ac prophana negocia, vulgiq; cõmertia atq; contumelias, tum circa hominum cædes, furta, cõpilationes, graſſationes, factiones, conſpirationes, iniurias, ꝓditiones verſatur. Accedunt ad hæc periurationes Teſtium, falſificia Scribarum, præuaricationes Cauſidicorum corruptiones Iudicium, ambitiones Cõſiliariorũ, rapinæ Præſidium, quibus opprimũtur Viduæ, proſtrãtus Pupilli, exulãt Probi, proculcãtur Pauperes dãnãtur Innocentes, atq; vt eſt apud Iuuenalem

Titulі rapinarum,

Ius canonicũ incõſtãs

Vtrũq; ius circa quæ verſatur.

Dat veniam Coruis, vexat cenſura Columbos.

Et cæci homines quæ putauerunt ſe per Leges & Canones poſſe euitare, ſibi protinus parauerũt & incurrerunt, quia non ſunt hę Leges & Canones a Deo, nec ad Deum. ſed a corrupta hominum natura ingenioq; ꝑfecta & ad quæſtum & auaritiam excogitata.

Ars aduocatoria,

❡ Iuris autem adhuc aliud eſt exercitiũ, quã artẽ vocãt PLACITORIAM ſiue ADVOCATORIAM, vt aiunt, maxime neceſſariam, ars vetuſtiſſia-

ma & fraudulentiſſima ſuaſorio cooperimento ſubdole adornata. Quę non eſt alia q̄ ſcire Iudicem perſuaſione demulcere, & ad omne arbitrium vti, ſcire iurib⁹ vel inuentis gloſſis ac commentis Leges quaſcunq; pro libidine fingere & refingere, vel iniquis quibuſq; diuerticulis illas ſubterfugere: aut fraudulentam litem prorogare: Sic citare Leges, vt peruertatur æquitas, ſic gloſſatorum aſtruere auctoritatē, vt ſubuertatur ſenſus Legis, mēſq; Legiſlatoris: In hac arte plurimū momenti habet altum vociferari, audacenq; & in litigādo clamoſum & improbum eſſe: Iſq; habetur Aduocatorum optimus qui plures allicit ad litigādum, & ꝓmiſſa ſpe vincēdę litis in iudicium impellit ſtimulatq; impijs conſilijs, qui venat̄ appellationes, quiq; eſt egregi⁹ rabula ac iurgiorū auctor, qui garrulitate ac linguæ viribus nihil nō poſſit clamare. Sed & quāuis cauſam altera iudiciorum præſtigijs præferre, ac vera & iuſta iſto modo dubia & iniqua facere: Iuſtitianq; ipſam ſuiſmet armis proſtigare, peruertere, proſternere, apud quos

Quis optim⁹ aduocatus.

Iuſtitia nihil eſt niſi publica merces,
At Iudex in cauſa qui ſedet empta probat.

¶ Sed & ea etiam quę non ſunt rerum ſcilicet priuationes & ſilentia precio exponunt, nam vt nullus eorum loquitur niſi ad mercedem, ita nec tacet, niſi ad pręmiū, exemplo puto Demoſthenis, qui cum Ariſtodemum fabularum auctorem interrogaſſet, quantum mercedis vt ageret accepiſſet, & reſponderet ei talentum. At ego, inquit Demoſthenes, plus accepi vt tacerem: Cauſidicorū ſiquidem lingua tam damnifica eſt, vt niſi vinciatur muneribus, fieri non poteſt vt non noceat.

¶ Quibus tum ad hoc ipſum adſunt procuratores & notarij, quos vocant Tabelliones, quorum iniurias & damna, & nequitias, & falſificia omnes patienter ferre oportet, cū omnium fidem & licentiā, ac poteſtatē Apoſtolica & Imperiali auctoritate ſibi obtinuiſſe videtur. Atq; inter hos illi ſunt præcipui: qui norint forum egregie ꝑturbare, miſcere lites, cōfundere cauſas, ſupponere

Ars ꝓcuratoria.

teſtamenta,inſtrumenta,reſcripta,diplomata,tum egregie fallere,decipere,& vbi opus eſt,perierare,& falſum ſcribere,omnia audere,& conſtruendis dolis,fraudib⁹, technis:calũnijs,laqueis,captiũculis,inſidiis,tricis,ambagibus,circũuẽtionibus,Scyllis & Charydib⁹ ſe a nullo vinci patiantur.Nullus prꝫterea Notariorum tam integrum(quod vocant)inſtrumẽtum præſcribere poteſt, quin rurſus litem conteſtari neceſſe ſit,ſi quis velit contradicere aduerſari⁹.Nã aut aliquid omiſſum dicet, aut falſum,aut fraudem ſubeſſe,aut aliam exceptionẽ opponet,qua inſtrumenti,aut Notarij fidem impugnet:Atq; hæc ſunt illa iuris remedia,ad quæ litigãtibus confugiẽdum eſſe docent:hæc illæ vigillæ quibus iura ſubuenire dicunt,ni ſit qui malit pugnare q̃ litigare:Is enim tantum iuris habebit,quantum potẽtia ſua poterit defendere,dicente lege,quoniã potentioribus pares eſſe nõ poſſumus.

Iuris prudentia. ¶Huc ſpectant etiam vaſtiſſimi illi Gigantes qui nobis contra Iuſtiniani edictum tot gloſſarum,commẽtariorũ,expoſitionũ ingẽtia innumeraq; volumina, vnoquoq; illorum aliter & aliter interpretãte genuerũt: Prꝫterea,tot opinionum procellas,tot vaferrimorũ cõciliorum ac cautelarũ ſyluas infeliciſſima fœcunditate parturierunt,quibus Aduocatorum inſtruũtur nutriunturq; nequitiæ,qui tam celebri illorum Iuriſperitorum per ſingulos periodos,&(vt vocãt)paragraphos nomẽclatura,pudorem ſuum obſtringunt,ac ſi non potius rationibus conſtet veritas q̃ confuſis teſtimonijs tam nugatium opinatorum colluuie adductis:penes quos tanta laus eſt,contẽtio,atque diſcordia,vt qui non diſſenſerit ab alijs,qui neſcierit nouis opinionibus aliorũ dictis cõtradicere,ac iudicata omnia in dubiũ reuocare,& bene inuentas leges per ambiguas expoſitiones ad ſua figmẽta adoptare: is parum vel nihil doctus habeatur. *Iuriſpẽriti cõtẽtionũ amatores* Hinc tota,illa Iuris prudentia facta eſt conſilium peruerſum, & ſubdolum,recte iniquitatis:hæc ſunt ingenia , hæ artes quibus hodie regitur orbis Chriſtianus,quibus conſtituũtur Imperia & Regna, & Principat⁹ populorum,

atque ex his nebulonibus diliguntur Principum Pontifi cumq́ officiales, atq́ Parlamentarij iſti Senatores & Prę ſides, ac ſi qui inqui hacten⁹ fuerint Aduocari, æquiores futuri ſint Iudices, atque tādem capita Regnorum ſunt: Hi etiam Regibus ſuis, vt Ioui quondā Titani, formida biles: Porro ex his prodeunt tandem Cæſarum Regūq́ Ventricoſi iſti Archiſcribę ac circumpurpurati Cancel- larij, quibus rerum ſumma commiſſa eſt, qui Principū placita, dona, beneficia, officia, dignitatis, reſcripta, di- plomata, præterea Ius fas, leges, æquum, & honeſtū, oīa venialia habent, & a ſe mercari compellunt: Exquorū arbitrio Regum numerantur amici & inimici, quos pro libidine ſua, nūc fœderibus iugunt, nunc rurſus funeſtis bellis commitunt. Atq́ cum ipſi ex infima plebis fece ſor didiſſima vocis proſtitutione ad tantum dignitatis cul- men conſcenderint, ad tantum ſimul audaciæ ſcelus eue huntur, vt audeant nōnunq̄ ꝓſcribere Principes, & vel abſq́ Senatuſconſulto, ac vel inducta cauſa dānare capi tis, mutandiſq́ Regnorum ſtatibus auctores ſunt: Ipſi in terim tumentes furtis & latrocinijs ſuis. Cācellarij.

Audacia iuris prudentiū.

¶ Spectant ad hūc cœtum etiam ordinis Prædicarorum Hæreticorum inquiſitores, quorum Iuriſdictio cum tota in Theologicis traditionibus & ſacris ſcripturis funda- ta eſſe deberet, ipſi tamen hanc omnem ex Iure Canoni co & Pontificis decretis, ac ſi Papam errare impoſſibile ſit, crudeliſſime exercent, ipſam ſcripturam ſacram ve- lut mortuam litteram, & non niſi vmbram veritatis a ter go relinquentes, quin & veluti Hæreticorum (vt aiunt) ſcutum & propugnaculum procul reijciunt. Neq́ etiam antiquorum doctorum patrumq́ traditiones recipiūt, di cētes: quia falli poſſunt & fallere, ſed vnam Romanam Eccleſiam, quę, vt dicunt, errare non poteſt, cuius caput Papa eſt, eiuſq́ curiæ ſtylum ſibi ſcopum fidei præfigunt: Non aliud cum inquirendo expoſtulantes q̄ ſi credat in Romanam Eccleſiam? quod ſi affirmarit, ilico dicūt Ec- cleſia Romanam hanc propoſitionem, aut hæreticā, aut ſcandaloſam, aut piarum aurium offenſiuam, aut Eccle-

Ars inquiſitoria.

Ordo in quirēdi.

ſiaſticæ poteſtatis derogatiuā damnat, moxq́ ad palinodiam & reuocationem compellunt. Quot ſi tunc inquiſitus opionem ſuam ſcripturæ teſtimonijs alijſue rationibus tueri conetur, interrumpentes ſtrepitu, iratis buccis, dicunt nō eſſe illi negocium cū Baccalaureis & ſcholaribus ad cathedram, ſed cum Iudicib⁹ ad tribunal, nō eſſe ibi litigandum & diſputādū, ſed ſimpliciter reſpōdēdum, ſi velit ſtare decreto Romanę Eccleſię, & opinionem ſuam reuocare, ſin minus falſciculos & ignem oſtēdunt, inquientes: cum Hæreticis non argumētis, & ſcripturis, ſed faſciculis & igne decertandū, hominemq́ nec pertinaciæ alicuius conuictum, nec meliora doctum cōtra conſcientiā ſuam ſua abiuuare compellunt, quod ſi nolit, veluti Eccleſię deſertorem, ſeculari foro tradunt, vt comburatur, dicentes cum Apoſtolo: Auferte malum de medio veſtri: Tanta olim fuit Eccleſię manſuetudo Pontificumq́ clemētia, ſicut in quarta diſtinctione de cōſecratione compilauit Gratianus, vt ne relapſos quidē in Iudaiſmum capite punirēt, nec blaſphemos ſupplicio afficerent, ipſeq́ Berengarius in abhominabilem hæreſim lapſus, non ſolum non, occiſus, ſed nec Archidiaconi dignitate priuatus eſt: Ad hodie in minimum errorē prolapſus, pluſq̄ capitis reus agitur, & ab iſtis Inquiſitoribus nōnunq̄ ꝑ minimo crimine traditur incendio: forte expedit hodie Eccleſiæ tam ſæuera animaduerſio, modo interea nō occidat germana pietas: ſunt hereticæ prauitatis Inquiſitores, nōnūq̄ ipſimet praui, poſſuntq́ etiā eſſe Hæretici, quę res nouę conſtitutionis Clemēti occaſionem præbuit: Debent ergo inquiſitores contra Hæreticos non per tenebroſa argumenta & rixoſos ſyllogiſmos, ſed per verbum Dei de fide Catholica diſputare, et Hæreticū ꝑ ſacras literas cōuincere, deinde iuxta Canonum documenta & ſacrorum Conciliorum conſtitutiones negotiū terminare, & inquiſitum ad fidem orthodoxam reducere, aut Hæreticū declarare: neq́ enim Hæreticus eſt, qui temerarius nō eſt, nec fautor Hęreticorum cenſendus eſt, qui innocētē criminis & indemnatū Hę-

1.Co,5, Eccleſiæ & pōtificum priſtina in errātes manſuetudo.

Hęretic⁹ quis.

reſeos defendit,quo min⁹ ad inquorũ aliquot Inquiſito rum,immo rapacium luporum tribunal,& in locum nõ tutum trahatur dilacerandus. Iam vero etiam cum iure expreſſe cautum ſit, Inquiſitores nec cognoſcendi poteſtatem,nec iuriſdictionem vllã habere ſuper quauis Hæreſis ſuſpitione,defenſiõe,receptatione,vel fauore, vbi, & quãdo nõ cõſtat manifeſte,quod ibi ſit hæreſis expreſſa, & explicite condemnata:tamẽ iſti ſanguiſitibũdi vultures,vltra priuilegia officij inquiſitionis ſibi cõceſſa,cõtra Iura & Canones ſeſe iuriſdictioni ordinariorum ingerunt,arrogantes ſibi iuriſdictionem Pontificum in ea quæ non ſunt hęretica,ſed dũtaxat piarum aurium offenſiua,aut ſcandaloſa,aut alio quouis modo citra hęreſim erronea Et in ruſticas mulierculas crudeliſſime ſæuiũt, quas ſortilegij aut maleficij accuſatas denunciataſue ſæpe nullis iuridicis incidijs p̃cognitis:atrocib⁹ enormibuſq; tormentis exponunt,donec extortis nunq̃ cogitatis cõfeſſionibus,habeant quod cõdemnent, & tũc vere Inquiſitores ſeſe agere putant, quando nõ deſiſtũt ab officio,donec miſera ſit combuſta,aut Inquiſitori manũ inaurarit,quo miſereatur, & tanq̃ tormentis ſufficienter purgatam abſoluat:poteſt enim Inquiſitor non raro pœnas mutare de corporali in pecuniariã, & ſuo inquiſitionis officio applicare,vnde illis non modicũ lucrum eſt,habent ex miſeris illis non paucas quæ annuum cẽſum illis pendere coguntur,ne denuo rapiãtur ad inquirendum:præterea cum bona Hereticorum Fiſco proſcribuntur,etiam inde non parua præda eſt Inquiſitori: ſola deniq; accuſatio aut denunciatio vel leuiſſima etiã ſuſpicio Hęreſis,aut ſortilegij ipſaq; Inquiſitoris citatio infamiam annexam habent,cuius integritati nõ niſi data Inquiſitori pecunia,conſulitur. atq; illud nonnihil eſt. Hac cautela dum eſſem ego ĩ Italia plæriq; Inquiſitores in Ducatu Nediolanenſi multas honeſtiſſimas matronas,etiam ex nobilioribus vexarunt, ingentemque pecuniam a timidulis territiſque clam emunxerunt. Tandem cognita fraude a nobilibus,male mulcti ſunt,vixq;

Inquiſitorum in ruſticas mulieres crudelitas

Inquiſitores corrupti.

Inquiſitoribus annuum cenſum pendunt Mulieres ruſticanæ,

Hoichſtratus ĩquiſitor.

gladium & ignem euaſere. Poſſem hoc loco referre famoſi illius Hoichſtrati cæterorũq; Colonienſium meorũ ſubtile admodum & pluſquam ſcotiſticum inuentum de inquirendis Iudæis, oẽnq; illã Capnionis tragœdiam, & decennale bellum, in quo omnis Colonienſium magiſtrorum noſtrorũ nomen, & fama, & doctrina irreparabile naufragiũ fecerũt, niſi hæc omnib⁹ notiſſima eſſent & Capnionis triumpho omnibus ſæculis clara hiſtoria.

Diſputatio Agrippæ cũ Inquiſitore quodam

Fuit mihi olim cum apud Madiomatricos Reipub. a cõſilijs Aduocatus præeſſem, grauis admodum cum Inquiſitore pugna, qui ruſticam mulierculã ob futiles quaſdã & iniquiſſimas calumnias in ſuam carnificinam, & inlocum non debitum, homo neq̃ nequiter traxit, non tã inquirẽdam q̃ cruciandum: Hanc ego cum tuendam ſuſcepiſſem oſtendiſſenq; in ipſis actis, nihil eſſe inditij, quod ad quæſtionem faceret, ille in faciem reſiſtẽs: Eſt inquit vnum ſufficientiſſimum: nam mater huius quõdam pro ſortilega excremata eſt, hunc articulum ego cum impertinentem & de facto alieno citatis iuribus etiam ex Iudicis officio reijciendum eſſe oſtenderem, ille mox contra, ne ſine ratione loquutus videretur, ex Mallei Maleficarũ penetralibus, & Peripateticæ Theologiæ fundamentis, talem eduxit, inquiens, ideo id eſſe cum quia ſolitæ ſint malefice mulieres fœtus ſuos ilico natus ſacrificare Dæmonibus, tum quia ſolent illos ex incuborum Dæmonũ concubitu plurimum concipere, quocirca contingit tũc in hac prole veluti ex hæreditario morbo radicatam remanere malitiam. Infero ego, ſiccine peruerſe pater tu theologiſſas? hiſce figmentis ad torturam protrahis inſontes mulierculas, iſtis ſophiſmatibus alios iudicas hæreticos, tu ipſe Fauſto Donatoq; hæreticis ea ſentẽtia nõ inferior: eſto ita vt dicis, nõne euacuas gratiã baptiſmi? ac fruſtra direxit ſacerdos, exi immunde ſpiritus, da locum ſpiritui ſancto, ſi propter ſacrificium impiæ parentis, proles remanſura ſit Diabolo: quod ſit tibi libeat etiã illorũ opiniones tueri, qui incubos Demones generare poſſe fatentur, certe nullus eorum qui hoc aſſerunt, ado-

Baptiſmi vis & gratia.

deſipuit vnq̃,vt ſentiret Dęmones illos vna cum ſuffura to ſemine aliquid de natura ſua extramittere in genitũ, quin ego tibi dico(inquam)ex fide,quod ex propria na tura humanitatis noſtrę ſum⁹ om̃es nati vna maſſa pec cati & maledictioni ęternę.filii perditionis , filii diabo li,filii iræ Dei, & hęredes inferni,ſed per gratiã bapti ſmi eiectus eſt de nobis Sathanas, & effecti ſum⁹ noua creatura in Ieſu Chriſto,a quo nemo poteſt niſi per pec catũ ꝓpriũ ſeparari,tantũ abeſt vt obſit illi factum alie num. Vides nunc q̃ ſit hoc tuum quod ais ſufficientiſſi mum inditium, & iure irritum, & ratiõe vacuum, & ad ſertione etiam hęreticum. Incanduit ſuper iis crudelis hypocrita, & cõminabatur ſeſe aduerſum me,vt contra fautorem hæreticorum,cauſam acturum,verũ ego mi ſellam illam defendere non dediti,ac tandẽ iuris potẽ tia ab ore Leonis illi⁹ ſaluam eripui,reſtititq; ſanguino lentus ille monachus corã omnibus confuſus, & crude litatis nomine perpetuo infamis,etiam calumniatorib⁹ illis qui mulierẽ traduxerant,ipſi Metenſis Eccleſię ca pitulo,cuius ſubditi erant , inſigni mulcta condemna tis. ❡ Poſtremo nunc reſtat de THEOLOGIA dicere. Præteribo autem Gentilium Theologiam a Mu ſeo,Orpheo,Heſiodo quondam deſcriptam,quã omni no poeticam & fabuloſam eſſe in confeſſo eſt:quam Eu ſebius & Lactantius & aliorum Chriſtianorũ doctores iandudumvalidiſſimis rationibus profligarũt:neq; etiã de Platonis cęterorũq; philoſophorum,quos omnes er rorum magiſtros oſtendimus ſuperius: ſed de Chriſtia norum Theologia nobis dũtaxat ſermo hic eſto: Hanc certum eſt non niſi a doctorum ſuorum fide depẽdere, cum nullam ſub artem cadere queat:Primum autem di camus de Theologia ſcholaſtica,quæ a Pariſienſiũ Sor bona mixtione quadã ex diuinis eloquiis & philoſophi cis⁹rationibus,tanq̃ ex Centaurorũ genere biformis di ſciplina conflata eſt,inſuper & nouo quondã ac ab anti quorum vſu alieno tradendi genere per quęſtiũculas & argutos ſyllogiſmos,abſq; omni ſermonis elegantia cõ

Teologia.

Theologia ſcholaſtica.

ſcripta, alioquin tamē iudicio & intellectu pleniſſima, & quę ad reuincendos Hęreticos non modicum attulerit Eccleſię emolumentũ. Eius auctores, & qui in ea excelluerũt fuerũt Magiſter ſentētiarũ, Thomas Aquinas, Albertus cognomēto Magn⁹, & multi alij excellētes viri. Porro Ioãnes Scotus doctor intellectu ſubtili, ſed in cōtentione procliuiori: Hinc tandē ſcholaſtica Theologia in Sophiſmata paulatim delapſa eſt, dum recētiores iſti Theoſophiſtæ, ac verbi Dei cauponatores, q̄ nō niſi empto titulo Theologi ſunt, ex tam ſublimí facultate quãdam Logomachiã fecerunt, circũeuntes ſcholas, mouētes quæſtiũculas, fabricãtes opiniones, & ſcripturis vim inferētes, intricatis verbis alienum ſenſum illis obducētes, paratiores vētilare q̄ examinare, multa admodũ iurgiorũ ſeminaria excogitare auſi, quib⁹ litigioſis Sophiſtis cōtendēdi materiã prębēt, dum formas abſtrahũt, dum diſcutiunt intellectus, dũ voces ipſas genera dicũt & ſpecies dũ alij rebus, alij ſolis nominibus inhærent, & quod vni ſubſtrahũt, alteri adſcribũt, alii indifferenter hoc accipiũt, & ſtudent quiſq; quibus ſuam hæreſim poſſint confirmare: atq; ipſam fidem noſtram ſacroſanctam apud ſapientes hui⁹ ſęculi (quod etiam Thomas Aquinas cōqueritur) riſui ac diffidentię exponunt, dum relictis poſt terga Canonicis ſpiritusſancti ſcripturis, multas admodũ aptas iurgijs de diuinis quęſtiones ſibi delegerũt, in quibus ingenium ſuum exercentes, & ætatem conſumentes, totius Theologiæ doctrinam ĩ illis ſolis collocarũt, quibus ſi quis ſacrarũ literarũ auctoritate reſiſtere velit, mox auditurus eſt, litera occidit, pernitioſa eſt, inutilis eſt, ſed quod latet in litera inquirendũ dicēt, moxq; ad interpretandũ, ad exponēdum, ad gloſſandum, ad ſyllogiſſandum cōuerſi, quēuis poti⁹ alium q̄ proprium literæ ſenſum illi induũt, ſi inſtes acrius, ſi vrges, cōtumelias recipies & aſinus diceris, qui quid lateat in litera non intelligas, ſed tanq̄ ſerpens ſola terra veſcaris, adeo nulli penes eos ꝓ Theologis habentur, niſi qui norint egregie contendere, & ad omne propoſitum

Auctores Theologiæ ſcholaſticæ.

Theologia ſophiſtica.

inſtantiam dare, prompte fingere & nouos ſenſus inuenire, ac mõſtroſis vocabulis ſic obſtrepere, quo non præ rei difficultate, ſed prę verborum portentis intelligatur a nemine. Atq; hi tunc Subtiles, Angelici, Seraphici, & Diuini doctores vocãtur, cum id effecerint, vt intelligãtur q̃ minime. His tunc auditorũ circumſtrepit multitudo, qui quicquid ex iſtis hauſerint, ex intimis Theologiæ abditis de promptum putant, iurãtq; in verba Magiſtri, & inopinabile putant, ſi quid illi fuerit ignotum, illiuſq; opinionibus ſic captiuantur, vt nullis aduerſis rationibus vincantur, nullis ſcripturis acquieſcant, ſed ad ſinum matris ſuę in quo geniti ſunt, more Antęi, vires reparare contendunt, ſuoſque doctores in ſubſidiũ vocant tunc.

Vultur iumento & canibus crucibuſque relictis,
Ad fœtus properat, partemq; cadaueris affert,
Hic eſt ergo cibus magni quoque vulturis, & ſe
Paſcentis propria cum iam facit arbore nidum: Iuue. ſaty. 14.

❡ Hinc effectum eſt vt Scholaſticę Theologiæ ſublimis gymnaſiorum facultas ab errore malitiaque nõ ſit emunis, tot ſectas, tot Hæreſes introduxerũt praui Hypocritę temeratiique Sophiſtę (qui vt inquit Paulus) nõ propter bonam volũtatem, ſed propter contentionẽ Chriſtum prædicãt, vt facilius inter Philoſophos conueniat q̃ inter Theologos, qui omnem illam antiquæ Theologię gloriã humanis opinionibus nouiſque erroribus extinxerunt, ac variis exponẽdi inſtitutis ceu labyrinthis excogitatis, fucatis titulis deteſtandam doctrinam profeſſi, ſacrę Theologię nomen ſibi furto & rapina vſurpant, ac ſanctorũ Doctorum nominib⁹ & inſtitutis abutentes, ſectas introduxerũt, ſicut olim in Eccleſia dictũ, Ego Apollinis, ego Pauli, ego Cephę, prętendentes ſtudia eorum, quorum opera initiati ſunt doctrinis, & iurãtes in verba Magiſtri, cęteros ſpernũt, & non quid, ſed a quo quid dicatur attendentes: Hinc nullus Theologorum nunc vere doctus habetur, qui non ſectam

[Margin: Hęreſes ex Theologica cõtẽtiõe, Phil. I. — I. Co. I.]

aliquā iurauerit, illanq; mordicus teneat pertinaciterq;
Sectarū defendat, illiuſq; nomen & ſtigmata nuſquam non oſtē-
Theolo tet, & in ore habeat, ac eius titulo ſe ſaluari & præferri
gicarū glorieť, vt Thomiſtā, Albertiſtā, Scotiſtā, Occaniſtā. Nā
nomina purum Chriſtianum dici tantis magiſtris noſtris nō eſt
honeſtū, cum cognomentū illud quilibet Lanij, Coci, Pi
ſtores, Sutores, Tōſores, Lixæ, ſed & mulierculę quæq;
indoctaq; plebecula cum illis habere queant commu-
ne: Atq; hi ſectatores inſuper inter ſe multifariam ſecti
ſunt: Nam aliqui eorum quibus ſublime ingenium eſt,
quiq; peritiores Prophetis & Apoſtolis videri volūt, ea
quę ſola fide creduntur, etiam ſuis ſyllogiſmis ſeſe inue-
nire, & demonſtrare poſſe pręſumūt, atq; de diuinis phi
loſophantur deploratis quęſtionibus, cōtenduntq; pro-
digioſa confientia. varijs, nonnunq̄ etiam abſurdis opi
nionibus, vt cum diuinam eſſentiam a relationibus, alij
reipſa, alij dūtaxat ratione diſtingunt, alij infinitas (vt
loquūtur) realitates tanq̄ Plathonicas ideas adſtruunt:
Illas rurſum alii negant atq; rident: tot pręterea de Deo
portenta, tam varias diuini numinis formas, tot phāta-
ſmatū cogitationumq; ſuarum de diuinis idola fabricāt,
Chriſtumq; ſaluatorem opinionū ſuarū prauitate diſcer
punt, atq; tam variis Sophiſmatum laruis veſtiunt, ac
tanq̄ cereum idolum in quamuis volunt figuram ſuis ab
Quæ- ſurdis ſuppoſitionibus formant atq; reformāt, quod eo
ſtiones rum doctrina mera videri poſſet Idololatria: Trāſeo cę
Theolo teras eorum hęreſes contentioneſq;. de Sacramētis, de
gicæ. Purgatorio, de Primatu, de Pontificum pręceptis & eo-
rundem obligationibꝰ, de indulgentiis, deq; futuro An-
tichriſto, & multis aliis, in quibꝰ ſuam oſtendūt inſanā
ſapientiam, cuius pręſumptione tumidi & inflati, velut
qui fabulis referuntur Gigantes, quęſtiones quęſtioni-
bus, argumenta argumentis adgenerantes, extollūt ſen
Legēd tentias aduerſus Deum, ſuper quorum impietatem ira
rū ſcri- Dei de cœlis reuelatur. Cęteri vero, quibus ad tam alta
ptores. non eſt aſcenſus, hi Diuorum conſtruunt Hiſtorias, pie
nonnihil admentientes, ſupponunt reliquas, fabricant

miracula,confinguntq; (quę exempla vocant) vel plauſibiles vel terribiles fabulas, numerant preces, ponderant merita,metiuntur ceremonias,nundinantur indulgentias,diſtribuunt venias vendunt ſua benefacta, ac mendicando Populi deuorant peccata. Atq; de apparitionibus,adiurationibus,reſpōſiſq; defunctorum veluti certa lege pronunciant,atq; ex Tundali Brandarijſq; libris,aut ex Patritij antro edocti,ludunt Purgatorū tragœdias,& indulgētiarum Comœdias a ſuggeſto veluti ſcena,tam militari audacia,tā Thraſonica iactātia,tam arrogātib⁹ oculis,commutato vultu,protēſis brachijs, multiformibus geſtibus, cuiuſmodi Protheū deſcribūt Poetę,ſeſe tranſformātes, ventoſa lingua ac Stentorea voce ad plebē detonant. Qui vero ex his ambitioſiores Cyclicę doctrinę pariter & eloquētiæ decorem ſibi arrogant,hi in clamando(declamando dicere putaui)canunt Poemata,narrāt Hiſtorias,diputant opiniones,citant Homerum,Vergilium,Iuuenalem,Perſium, Titū Liuium,Strabonem,Varronem, Senecam, Ciceronē, Ariſtotelem & Platonem. Atq; pro Euangeliis, pro verbo Dei,meras nugas & humana verba crepāt,prędicātes Euangelium nouum,adulterātes verbum Dei, quod annunciant nō ad gratiā,ſed ad quęſtum & ad preciū: Viuentes autē non ad veritatem Verbi,ſed ad voluptatem carnis. & cum interdiu e ſuggeſto de virtute vario errore loquuti ſunt,ſero in latibulis clunes agitant labore nocturno. Atq; hęc eſt via eorum, qua itur ad Chriſtum. Deniq; vbi vitia reprehendenda occurunt,mirum qua linguæ maledicētia iraſcantur,qua geſtuum inſolētia debacchentur,qua ſermonis turpitudine incādeſcāt, qua vocis impudentia exclament,ac ſi Chriſtus ſui verbi p̄dones non attrahētes a dextris molli reticulo piſcatores,ſed perſequētes a ſiniſtris,ſagittarios ac vulnerarios venatores eſſe voluerit,aut ipſi etiam nō homines ſint,atq; iis ipſis vitijs,quę inſectantur,vel maiorib⁹ obnoxij ſint aut aliquando fuerint,vel adhuc obnoxij fieri poſſint:ita iſti piſcatores hominum quibus lingua pro

Exēpla.

Oſee. 4.

Fabulæ in cōcionibus.

Concionatores doctiores atq; ambitioſiores.

Vita a verbis diſcrepat.

Matt. 4.

rete eſt, vt trahāt malos ad ſalutē, facti ſunt venatores etiā bonorū, inexitiū os habent quaſi arcum mendacii, ſagitta vulnerā lingua eorū. Sed de iſtis ſatis: neque enī tutum eſt eos liberiori loquendi ratione redarguere. Solent ſiquidem quoties exacerbātur, cōſpirare, & redarguentes eos corā Inquiſitoribus ſuis in ius rapere, & ad palinodiā adigere, nōnūquā faſciculis tradere, aut oblato toxico ſecrete e modio auferre: Habēt enim & hoc inter arcana religionis ſvbola, ſi quis ſcandalum moliatur religioni, fas piūque eſſe illū clā dato veneno tollere, ne diffametur ordo, ſi quis illorum publice puniretur. Quare dimiſſis iſtis, ad veram Theologiam nūc properem9, atque hęc etiam biffariā partita eſt: nā vna prophetica eſt, altera interpretatiua eſt. De poſteriore pri9 dicem9.

Theologia interpretatiua.

¶Putant enim INTERPRETATIVI THEOLOGI. quod queādmodum naturæ liberalitate, vuæ, oliuę, frumenta, linum & huiuſmodi plura creſcūt & maturātur, e quibus tandem hominū ingenio & adumēto formātur vinū, oleum, panes, tela, & ſic reliqua naturę opera humanis artibus complētur: ita etiam diuina oracula admodum obſcura & abſcōdita data noſtris interpretationibus explicāda, nō quidē ex noſtris viribus aut adinuētionib9 quaſi Dei oracula, ſicuti naturę opera opus habeant noſtro adiumēto, ſed ex ipſomet ſcripturarū illarū Sācto Spiritu, qui diſtribuit dona ſua omnib9 ſecūdum quod vult, & vbi vult faciēs alios quidem Prophetas, alios Prophetarū īterpretes. Hęc itaq; diuinorum īterpretādi Theologia nō Peripateticorum more definiēdo, aut diuidēdo, aut componēdo, quorum modorum nullus ad Deum attingit, cum ille nec definiri, nec diuidi, nec componi poſſit progredit: ſed alia conſtat cognoſcēdit via, quę inter hāc & propheticam viſionem media eſt, quę eſt adęquatio veritatis cum intellectu noſtro purgato, veluti clauis cū ſera, qui vt eſt veritatum omniū cupidiſſimus, ita intelligibilium omnium ſuſceptiuus eſt, atq; iccirco intellectus poſſibilis vocatur quo etſi nō pleno lumine percipimus ea quę depromū t

I. Cor. 22.

Interpretatio ſacrarum literarū.

Prophetę, & hi qui ipſa diuina cōſpexerunt, aperitur tamen nobis porta, vt ex cōformitate veritatis perceptæ ad intellectum noſtrum, & ex lumine quod ex ipſis penetralibus apertis nos illuſtrat, multo certiores reddimur q̄ ex Philoſophorū apparentibus demonſtrationibus, diffinitionib⁹, diuiſionib⁹, & cōpoſitionib⁹, daturq; nobis vt legamus & intelligamus non oculis & auribus exteriorib⁹, ſed percipiam⁹ melioribus ſenſib⁹, & ablato velamine, & reuelata facie hauriam⁹ veritatē a medulla ſacrarū literarū emanantem, quā ſub velaminib⁹ tradiderunt hi, qui vero intuitu conſpexerunt, quæ a ſapientibus huius mundi & Philoſophicis cognitionibus abſcondita eſt, eanq; nos tanta certitudinis iudicio apprehendimur, vt omnis amoueatur perplexitas: Atq; cū hæc veritas in ſacris literis multiplex lateat, hinc Sācti & ſpirituales viri varias & multiplices ſacrarum literarum expoſitiones adorti ſunt: nam alii per corticem literę leni decurſu incedentes, ſcripturas concordantes & literam per aliam literam exponentes ex verborum ordine, etymologiis, ꝓprietatibus, atq; ex vocabulorum viribus & ſimilibus ſenſum aliquem conuenientes, Scripturæ veritatem venantur, quā expoſitionē iccirco literalem vocant: Alii quęcūque ſcripta ſunt ad animæ negocium & iuſtitię opera referunt, quorū expoſitio iccirco moralis dicitur: Alii hāc per varios tropos ſiue figuras ad Eccleſiæ arcana reuocant, quorum ſenſus propterea Tropologicus vocatus eſt: Alii ſupernæ vitę contemplationi dediti omnia, ad Cœleſtis glorię arcana referunt, quā expoſitionem Anagogicam nuncupant: Atq; hæ ſunt quatuor in Eccleſia exercitatæ Theologorum expoſitiones, pręter quas ſunt adhuc aliæ duæ, quarum vna ad temporum viciſſitudines, Regnorum mutationes, & ſæculorum reſtitutiones omnia referens, iccirco Typica dicta eſt, in qua excelluerunt Cyrillus, Methodius, & Ioachim Abbas, atq; ex recentioribus Hieronymus Sauonarola Ferrarienſis: Altera in ipſis ſacris literis ipſius vniuerſi & ſenſibilis mundi totiuſque.

Expoſitio moralis. Tropologica. Anagogica. Typica.

naturæ ac mundanæ fabricæ vires virtuteſq; exquiris, quam expoſitionem inde Phiſicam ſiue naturalem appellāt, in hac excelluit Rabbi Simeō, Ben Ioachim, qui ſuper Leuiticum ampliſſimum volumen ſcripſit, in quo pene omnium rerū naturas diſcutiens, oſtendit quomodo Moſes ſecundū triplicis Mundi conuenientiā & rerum naturam, arcam, taberuaculum, vaſa, veſtes, rit⁹. ſacrificia, & reliqua myſteria ad Deum & virtutes cœleſtes placādas, & ad explicandā horum imaginē, & hominē ordinauit, & hanc expoſitionē multi Cabaliſtę ſequūtur, illi videlicet qui de Breſith, hoc eſt, de creatis tractāt: Nā illi qui de Mercana, hoc eſt, de tribunali Dei diſſerentes per numeros, p figuras, per reuolutiones, per ſymbolicas rationes, oīa in ipſum referunt Archetypū: Hi anagogicum ſenſum ſcrutantur: Hi igitur ſunt ſex famoſiſſimi ſacrū literarū ſenſus, quorū auctores, expoſitores, & interpretes oēs communi vocabulo Theologi nuncupati ſunt. Eiuſmodi itaq; ex noſtris fuerunt Dionyſius, Origenes, Polycarpus, Euſebius, Tertullianus, Irenæus, Nazianzænus, Chryſoſtom⁹, Athanaſi⁹, Baſilius, Damaſcen⁹, Lactāti⁹, Cyprian⁹, Hierony. Auguſti. Ambroſi⁹, Gregori⁹, Ruffinus, Leo, Caſſianus, Bernardus, Ancelmus, & multi alii ſancti Patres, quos illa priſca tempora protulerunt, nonnulli etiam poſteriores, vt Thomas, Albertus, Bonauentura, Egidius, Henricus Gandauenſis, Gerſon, & plærīq; alii, ſed priſcis illis lōge inferiores. Verum omnes hi interpretatiui Theologi, homines cum ſint, humana quoq; patiuntur, alicubi errant, alicubi contraria aut pugnantia ſcribunt, nonūquam a ſeipſis diſſentiunt, in multis hallucinantur, nec omnes omnia vident. Solus enim Spiritus ſanctus plenariam diuinorum ſcientiā habet, qui diſtribuit oībus ſecundum certam menſuram, multa ſibi reſeruans, vt ſemper nos habeat ſibi diſcipulos. Omnes enim (vt ait Paulus) non niſi ex parte cognoſcim⁹ & prophetam⁹. Tota igitur hęc interpretatiua Theologia in libertate Spiritus verſatur, & ſeparata quędā a ſcriptura ſapien-

Physica

Theologi errare poſſunt.

I. cor. 13

tia eſt,in qua vnicuiq; iuxta ſuum ſenſum abundare datum eſt per multiplices illas quas recitauimus expoſitiones,quas Paulus vnico vocabulo myſteria ſiue myſteriorũ loquutiones vocat, vbi ait: Spirit⁹ loquitur myſteria: vnde Dionyſius hanc myſticã & ſignificatiuã Theologiam vocat,a ſanctis illis Doctoribus ingentibus voluminibus, ſed non etiã ſine multis erroribus tractatã: Neq; vero vos ſeducat illorum ſanctitas auctoritaſq;. vt illis per omnia credatis: nam multi illorum perſeuerauerunt in multis erroneis opinionibus,de fide,quæ p Eccleſiam pro Hæreticis reprobatę ſunt: ſicut manifeſtum eſt de Papia Hieropolitano Epiſcopo, de Victorino Pictauienſi, de Irenęo Lugdunẽſi, de beato Cypriano,de Origene, de Tertulliano,& multis aliis,quos cõſtat in fide erraſſe, & opiniones illorum pro Hęreticis damnatas,cum tamen ipſi habeantur in Canone Sanctorum. Hic ergo altiore opus eſt Spiritu, qui diiudicet atq; diſcernat,qui videlicet non ex hominib⁹,nec ex carne & ſanguine,ſed deſuper datus ſit a patre luminum: de Deo enim ſine eius lumine nemo rite quicquã effari poteſt,lumẽ autẽ illud eſt verbum Dei,per quod omnia facta ſunt,illuminans omnem hominem venientem in hunc Mundũ,dans illis poteſtatem filios Dei fieri,quot quot receperunt & crediderũt ei:neq; vero alius eſt qui poſſit enarrare quę ſunt dei, niſi proprium ipſius Verbũ:quis enim alius cognouit ſenſum domini? aut quis alius eius conſiliarius factus eſt, niſi filius dei verbũ patris? De hoc nunc mox dicturi ſumus,ſi ꝓpheticã Theologiam prius abſoluerimus. ¶ Quẽadmodum prophetia eſt ſermo prophetarum,ſic THEOLOGIA nõ eſt aliud q̃ traditio Theologorum,hoc eſt, cum deo loquentium: neq; enim qui prophetiam aliquam memorauerit ſiue interpretari nouerit, is protinus propheta eſt,ſed ille qui in diuinis cum ſcientia,pietatis virtute ac ſanctitate eſt prędi tus,qui cum deo loquitur, & in lege eius meditatur die ac nocte, ſic nãque Ioannes auctor Apocalypſis in literis Dionyſii nominatus eſt Theolo-

1. Cor. 41.

Mat. 16

Iohan. 1

Ro. 11

THEOLOGIA PROPHETICA.

Pſal. 1.

gus a diuina ſcilicet loquutione, quibus dixit ipſa veri-
tas: Qui vos audit me audit, & qui vos ſpernit me ſper
Luce.10 nit: quod verbum non ad magiſtros noſtros, non ad cō
tentioſos Theoſophiſtas, non ad indulgentiarū caupo
natores dictum eſt, ſed ad veros Theologos, ad Apoſto
los, ad Euāgeliſtas, ad nuncios verbi dei, qui dicunt: nō
audeo aliquid loqui, quod per me non efficit Chriſtus.
Horum itaq; Theologorū de fide ac pietate ſanctę tra-
ditiones Theologia ſunt. Horū dictis atq; ſcriptis credi
2. Ti.33 tur tanq̄ funditatis non in contentionibus ſyllogiſmorū
aut opinionibus hominum, ſed in doctrina ſana (vt ait
Paulus) diuinitus inſpirata, non Philoſophorum more
diuidendo, definiendo, componendo, ſpeculādo, acqui-
ſita, ſed eſſentiali quodam diuinitatis contactu per cla-
ram in ipſo diuino lumine viſionem cōprehenſa, cuius
viſionis plures admodum ſpecies in ſacra ſcriptura de
prehendim⁹ iuxta prophetarū diuerſas recipiēdi diſpo
Diuerſæ ꝓphetarū viſiōes ſitiones: nā quoſdam legim⁹ Deum ſiue angelos ad for-
ma hominis vidiſſe, alios in forma ignis, alios in forma
aeris ac venti, alios in forma fluuij & aquę, alios in for
ma volucrū, alios in forma lapidū precioſorum & me-
tallorū, alios in forma literarū ac characterum, aut ma
nus ſcribentis, alios in ſomnitu vocis, alios in ſomniis,
alios ī ſpiritu quodā habitante intra ſe, alios in energia
intellectus, quocirca ſcriptura ſacra prophetas omnes
vidētes vocat. Sic legimus, viſio Eſaie, viſio Hieremiæ,
Apoca.1 viſio Ezechielis, & reliquorū. Et in noua Lege Ioānes
2.Co.2. ait: Fui in ſpiritu, ī illa Dominica die, in qua ſubuectus
vidi thronū dei. Et Paulus teſtatur ſe vidiſſe quæ nō li-
cet homini loqui, atq; hic intuitus a plęriſq; rapt⁹ voca
Exo.33 tur, ſiue extaſis, ſiue mors ſpiritualis: fit enim tunc ſepa
ratio quędā animę a corpore, ſed non corporis ab ani-
pſal.115 ma. De hac morte dictum eſt: Deum non videbit homo
& viuet. Et alibi. Precioſa in cōſpectu domini mors ſan
Col.3 ctorum eius. Et clarius adhuc per Apoſtolum expreſſa
eſt, vbi ait: Mortui eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt
cum Chriſto: hac igitur morte mori oportet qui cunq;

ingredi cupit ad propheticæ Theologiæ penetralia: huius autem tam deficæ viſionis duplex eſt intuitus: Vnus quo videtur Deus facie ad faciem: atq; tunc vident Prophetæ quod ait Paulus, quæ non licet homini loqui, atq; quæ nulla, nec hominum, nec angelorum lingua potens eſt exprimere, nec calamus referare. Eſt ſiquidē quidā diuinę eſſentiæ contactus, & vnio, & ſine omni imagine & ſimilitudine puri & ſeparati intellect⁹ illuſtratio, ideoque interpretātur hanc Theologi viſionem meridionalē, ſicuti de iſs late diſſerūt Auguſtinus ſuper Geneſim, & Origenes cōtra Celſum. Alter intuitus eſt quo vidētur poſteriora Dei, quādo videlicet claro intuitu intelligunt creaturæ, quæ ſunt creatoris poſteriora, & effectus, per quarum cognitionē cognoſcit creator opifex, & prima cauſa agēs omnia, ſicut ait Sapiens: A magnitudine ſpeciei & creaturæ poterit cognoſci eorū creator. Et Paulus de eodem inquit: Inuiſibilia Dei per ea quæ facta ſunt, intellecta cognoſcuntur, quin & apud Peripateticos vſitatus dicendi modus eſt, vt arguentes ab effectibus ad cauſas, dicantur arguere a poſteriori, vtraq; hac viſione fruebatur Moſes teſtātibus id ſacris literis: nam de priore legimus, quia vidit Moſes Dominum facie ad faciem: de altera legimus illi dictum a Domino: Videbis poſteriora mea, & iuxta hanc poſteriorum viſionem condidit Moſes legem & inſtituit ſacrificia, & ceremonias, & ædificauit arcam, cæteraque myſteria ad ipſius vniuerſi exploratiſſimum exemplar, omniaq; Dei & naturæ operum ſecreta in illis complexus eſt, atq; hæc viſio rurſus bifariam incedit: nam aut creaturas in ipſo Deo intuetur & vocatur a Theologis viſio matutina, aut deū ipſū cōſpicit in creaturis & vocatur viſio veſpertina. Eſt præterea alia quædam prophetica viſio, videlicet quę in ſomniis fit, ſicut legimus apud Mattheum, quia apparuit Angelus Dei in ſomniſs Ioſeph. Et alibi: quia Magi adorato Chriſto in ſomniis admoniti ſunt, vt per aliam viam reuerterentur in regionem ſuam. Sunt & in vetere teſtamento multa illius exempla: qualis denique ſit hæc

[Margin notes: I. Co. 12. — Gen. 33. — Sap. 15. Rom. I. — Exo. 33. — Viſio matutina & veſpertina. — Math. I. & 2.]

Iob.2. viſio exponit ipſe Iob vbi dicit: In horrore viſionis nocturnæ, quando cadit ſopor ſuper homines & dormiũt in lectulo, tunc aperit aures, & erudiens inſtituit eos diſciplina. Et hæc tanquã quarta viſionũ ſpecies vocatur nocturna. Sunt adhuc alia duo Prophetiæ genera, vnũ quod expreſſa voce recipitur, quo genere illuſtrati & docti fuerunt Moſes in monte Sinai, Abraam, Iacob, Samuel, & plærique alij veteris legis Prophetæ: in noua autẽ lege, Apoſtoli, & Chriſti Diſcipuli, omnes viua & vera voce a Chriſto edocti fuerunt: Alterum genus Prophetiæ fit agitatione Spiritus, quando videlicet anima a numine aliquo correpta, illi tũc annexa & animali homine abſtracta ab eo ſapiẽtia & cognitione vltra omne humanum ingenium & vires repletur, quæ quidem correptio prouenit non ſolum ab angelico numine, ſed nõ nunquam etiam a ſpiritu Domini, ſicut legitur de Saul, quia inſiluit in eũ Spiritus Domini & ꝓphetauit, & mutatus eſt in virum alterum, & numeratus inter Prophetas. Et in Actibus Apoſtolorum Spiritus Sanctus inſiliuit in baptizatus in flamma ignis, atque hic Spiritus ſæpe etiam corripit homines peccatis obnoxios: quin multi gentilium vates, vt Caſſandra, Helenus, Calchas, Amphiarus, Tireſia, Mopſus, Amphilochus, Polybius, Corinthius. Item Calanus Indus, Socrates, Diotimus, Anaximander, Epimenides Cretenſis. Item Magi, Perſarum, & Aſiatici, Brachmanni, Aethiopum gymnoſophiſtæ, & Memphitici vates, Gallorum Druides, & Sibyllæ eo ipſo excelluerunt. Ad quam quidem propheticam Spiritus correptionem nonnunquam præuiæ quędam ceremoniæ, & officij auctoritas, ſacrorumque communio plurimum præſtant: Sicuti de Balaam exemplificat ſcriptura. Et alibi de applicatione Ephot, & Euangeliſta teſtatur de Caipha, quia prophetauit cum eſſet Pontifex Anni illius. Atque hinc Hebræorum Mecubales etiam prophetandi artificium commentari auſi ſunt: Transeo quæ circa iſta Hebræorum Theologi de triginta duabus ſemitis intelligentiæ profunda cõtemplatione

Viſio nocturna.

1. Regũ. 10. & .11

Act.2.

Nu.22.
1.Re.30.
Ioã.11.

tractant, & quæ Auguſti. de gradibus tetigit, Albertus de receptionibus formarum, quarum ille ſeptem modos refert in ſomniſs, & totidem in vigilia apparitiones: De quibus vnum hoc dumtaxat admonemus conſyderãdũ, nõ ſemper diuina numina Prophetis forinſecus occurrere in conſpectum aut colloquium, ſed ſæpiſſime illa intrinſecus cauſari: cum videlicet mens Prophetæ diuinum lumẽ cõcipit, cuius illuſtratio effuſa radiſs ſuis per ſingula media vſq; in hoc craſſum corpus etiam ſenſus ipſos ſuæ felicitatis reddit participes, & ex intellectu per rationẽ & imaginationem, ac paſſim per totam animã vſq; ad ſenſuum inſtrumenta intrinſecus progrediẽs, in illis euadit obiectum, vt vox vel lumen vel viſio vel ſermo vnumquenq; ſenſuum propria ſua cõditione mouẽs, & id quidem multis Prophetis contigit, aliſs quidem in vigiliſs, aliſs vero in ſomniis. Sic legimus apud Platonẽ & Proculum de Socrate, illum non ſolum intelligibili influxu, ſed etiam per vocem & colloquium inſpiratum fuiſſe: mmlto tamen facilius hæc in ſomniis proueniunt Sed de hoc hactenus. Quin ad propoſitum noſtrum reuertimur: Eſt itaque prophetica Theologia, quæ ex intuitiua inſpiratione inconcuſſum verbum Dei docet: Au ctoritas autem & argumẽta quibus corroboratur illius veritas, non ſunt hominum placita, non longi temporis vſus, non ſapientum excogitata commenta, non ſectarũ magnifica decreta, non Syllogiſmi, non Enthymemata, non inductiones, non obligationes, non inſolubiles cõſequentiæ, ſed diuina oracula ſibi inuicem conſonantia in vniuerſa Eccleſia vnanimi, ac ſtabili conſenſu recepta, miraculis pdigiſs, portẽtis, & omnimoda ſãctitate vitę q; diſcrimine, ac ipſo effuſi ſanguinis teſtimonio pbata. Doctores autem huius propheticæ Theologiæ habem⁹ Moſen: Iob, Dauid, Solomonẽ, & pleroſq; alios veteris teſtamẽti Canonicos ſcriptores & Prophetas: Noui autem teſtamenti Doctores habemus Apoſtolos & Euãgeliſtas: atq; vero homines, licet Spiritu ſancto repleti fuerunt, omnes tamen alicubi a veritate defecerunt, & ſe-

Theologia prophetica quid.

cundũ quid fuerunt mendaces,non quod ſcienter,quod
Canoni- aſtu aliquid mẽtiri ſint:hoc enim dicere perniciosiſſim⁹
ci ſcripto atq̃ Arrij ac Sabellici Hæreſib⁹ maior & periculoſior er-
res alicu ror eſt,totius Canonicę ſcripturę ſubuertẽs auctoritatẽ,
bi ſecũdũ in quo tamen tã magno errore fuit olim magnus ille ac
quid er- ſanctus Hieronymus de reprehẽſione Petri diſputãs ad
rauerunt uerſus Auguſtinum:dixerat enim Hieronymus Paulũ
aſtu mentitum:quod ſi conceſſum fuerit,& in ſacra Scri
pturale tale mendacium admiſſum fuerit,mox(vt ait Au
guſtinus)tota ſacrarum literarum certitudo corrueret:
Cui ſic monẽti poſt plures cõtradictiões , & erroris ſuę
defenſiones,tandem agnito errore, & cognita veritate
Hierony ceſſit Hieronym⁹: Quod ergo dico ſacros ſcriptores ſe
mi error cundum quid alicubi fuiſſe mendaces, intelligi volo nõ
Exod.6. ſpõte errãtes,ſed aut humanitus lapſos, aut mutata Dei
Nu,20, ſententia deficientes.Sic defecit Moſes,qui pollicit⁹ erat
populo Iſrael,vt educeret eum de Aegypto,& introduce
Iona,3. ret in terram promiſſam,& eduxit quidem de Aegypto,
ſed ad terram promiſſam non perduxit. Defecit Ionas
3.Re.21. Niniuitis cladem in qudrageſimũ diem prenuntians
quę tamen dilata eſt.Defecit Helias prædicens mala vẽ
Eſa.38 tura in diebus Achab,quæ etiam vſq; in obitum Achab
dilata ſunt,Defecit Eſaias prędicens mortem Ezechiæ
in craſtinũ,quæ vſq; ad annos quidecim prorogata eſt.
Defecerunt & alij Prophetæ,& ipſorũ omnia vaticinia
reperiuntur aliquando ſublata,aut ſuſpenſa.Defecerunt
etiam Apoſtoli & Euangeliſtæ, Defecit Petrus quando
reprehenſus eſt a Paulo. Defecit Mattheus, quãdo ſcri
Gal.2. pſit,Chriſtum nondum mortuũ, dum lancea latus eius
Mat.27 aperuit: verũ iſte defectus nõ eſt defectus Spiritus ſan
cti,ſed aut defectus Prophetę non bene precipientis
quid ſuggeras Spirit⁹,vel indicet viſio:aut ex aliqua mu
tatione facta in iſs, de quibus vaticinabatur,vnde cõtin
git oraculi ſententiam,aut mutari, aut differri.Hinc cõ-
Pſa,113. tingit omnes Prophetas & Scriptores in aliquib⁹ videri
mendaces,iuxta ſcripturam dicẽtem:Omnis homo mẽ

dat, Solus autem Chriſtus Deus & homo nunquam reꝑpertus eſt, nec reperietur mendax, nec verba eius mutabuntur aut deficient, qui ſolus expers mendacij & erroris, oracula nunquam irritanda protulit, ſicut ipſe dixit, Cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt: & quia omnis veritas eſt per Spiritum ſanctũ ſolus Chriſtus hunc Spiritum ſanctum firmiter poſſidet & nunquam dimittetur ab eo, ſed requieſcit in illo. Non ſic eſt de aliis: nã venit Spiritus ſuper Moſen, ſed in percuſſione petræ ablatus fuit. Venit ſuper Aaron, ſed in peccato vituli receſſit. Venit ſuper Mariam ſororem illorum, ſed in murmuratione contra Moſen reliquit illam. Venit ſuper Saulum, Dauid, Solomonem, Eſaiã, & reliquos, ſed nõ requieuit in illis. Neque vero Prophetæ ſemper ſunt ꝓphetæ, ſiue videntes prædicẽteſq;, neq; habitus cõtinuus eſt Prophetia, ſed donum, & paſſio, & Spiritus trãſiens, & cum nullus ſit qui nõ peccet, nullus eſt a quo non recedat Spiritus, & ad tempus ſaltẽ relinquat, niſi a ſolo filio Dei Ieſu Chriſto, de quo ideo dictũ fuit ad Ioannem: Super quem videris Spiritum deſcendentem & manẽtem in eo, hic eſt filius Dei qui baptizat in Spiritu ſancto, potens illum etiam aliis impartiri. Vnde (quemadmodum ait Simonides) ſolus Deus habet hunc honorem quod ſit metaphyſicus, ita & nos vere dicere poterimus: ſolus Chriſtus habet hunc honorem, quod ſit Theologus, neque tamen propterea quis putet veteris Teſtamẽti ſcripturas poſt natum ex illis diuino partu Chriſti Euangelium, iccirco tanquam effœtas & mortuas: viuunt enim ſemper ſumma in auctoritate, ex illis Apoſtoli ſua probarunt dogmata, & ſine illarũ teſtimonio loquuti ſunt nihil, ad illas nos remittit ipſe Chriſtus ſerutandas, cuius Euangelium ſcripturas illas non ſoluit, ſed adimpleuit vſque ad minimum iota & apicem. Sed de hoc latius diſſeremus inferius.

Mat. 24. Nu. 20. Exo. 32. Nu. 12. Prophetia. Ioan. 1. Ioan. 5.

¶ Illud adhuc aduertendũ eſt, etiam ipſam ſacram ſcri-param multis voluminib⁹ ſuis deficere, quod ex ea ipſa

Sacra ſcriptura multos libro, deſyderat.

facile conuincitur: Nam Moſes citat libros bellorũ Domini, & Ioſue librũ iuſtorum, Heſter libros memorabilium, & Macchabeorũ liber citat libros ſanctos de ſpartiatis, & Paralipomenon commemorat libros lamentationum, libros Samuelis vidẽtis, libros Nathan, Gad, Semeiæ, Haddo, Ahiæ Silonitis, & Ieſu filij Hammonij ꝓphætarum. Citat Iudas in Epiſtola canonica librum Henoch, Citatur a fide dignis liber Abraæ Patriarchæ, qui omnes periere, & nuſquam ſunt. Iam vero & qui habẽtur in manibus non omnes æqua lance recepti ſunt: Nã multa hinc inde capitula, atq; totus Machabeorum liber inter apocrypha ſunt. Idem etiam in Euangelijs & Epiſtolis accidit: Nam Dionyſius Euangelium citat Bartholemæi, & Hieronymus meminit Euangelij ſecundũ Nazaræos, & Lucas in præfatione Euangelij ſui, plures ait Euãgelium ſcribere adgreſſos, quæ omnia perierunt, & amplius nõ ſunt, & plura illorum, quia ab Hæreticis deprauata, ſunt, aut incertis auctorib⁹ inuigilata, nec a patribus recepta ſunt, nec ab Eccleſia adꝓbata. Taceo interim Pſeudo ꝓphetas, qui ſubintroierunt propter vanam gloriam prophetãtes, quæ Spiritus ſanctus nõ ſuggeſſit, ſed inaudita quædam mẽdacia, quæ nõ ſunt de veritate Scripturæ, nec ad vnitatem Spiritus, nec ad pacẽ Eccleſiæ ſectas introducunt, & quaſi Dei cõſiliarios ſeſe

Pſal. 49 procaci temeritate conſtituentes, audent teſtamentum domini aſſumere per os ſuũ, & ſcribere vaticinia & Euãgelica, quæ omnia aut hæretica ſunt, aut apocrypha, nec ſacro Canoni inſerta, quẽadmodum de Apoſtolorũ Canonibus manifeſtũ eſt. Sed & ipſa Solomonia Cãtica in ſacro Hebræorũ Canone inſerta nõ fuerũt, niſi prius caſtigata & comprobata ab Eſaia ꝓpheta: Iam ex his facile patet, quomodo ipſa etiam vera Theologia ſacra videlicet Scriptura multis voluminib⁹ ſuis priuata, & quo-

Verbum dei. dãmodo manca videri poſſet, ac pauci admodũ ex multis veri ac certi ſuperſint, qui tãq̃ libri vitæ ſacrũ Canonem conſtituant. ¶ En audiſtis modo quam ſint omnes diſciplinæ ãbiguæ, quam biſulcatæ, quam incertæ, quam

plenę periculo, vt quãtum ex ipſis eſt, neſcire cogamur vbinam quieſcat veritas, etiam in Theologia, niſi ſit qui habeat clauem ſcientiæ, & diſcretionis: Clauſum enim eſt veritatis armarium varijſq; obductũ myſterijs, atq; ipſis etiam ſapientibus & ſanctis pręcluſum: qua ad tantum, tam incõprehenſum theſaurum nobis paretur ingreſſus Clauis autem hæc ſola eſt, nec quicq̃ aliud, q̃ verbum Dei: hoc ſolũ diſcernit omnem vim ſpecienq; verborum, & quis ſermo ex arte Sophiſtica veniat, nõ veritantem, ſed eius quãdam pręferens imaginem, & quis ſermo veritatem non in ſpecie & fuco, ſed in eſſe & ratione poſſideat, diſudicet: In ipſo omnis ars malitiæ & mendaciorum ſuperatur, neq; argumentationes, neque Syllogiſmi, neque vllæ Sophiſmatum verſutiæ contra ipſum ſtare poſſunt: Qui illi non acquieſcit, vel ab illo diſſentit, is (vt inquit Paulus) ſuiperbus eſt, & nihil ſciens: Igitur ad ipſum Verbum Dei oportet nos omnes ſcientiarum diſciplinas, & opiniones, tanq̃ ad Lydium lapidem aurum, examinare, atq; ĩ omnibus eo ceu ad ſolidiſſimam petram cõfugere. Atq; ex eo ſolo omnium rerum veritatem venari, ac de omnibus diſciplinis, de omnium opinionibus & commẽtis iudicare, nec vllorum quantumcũq; doctiſſimorũ aut ſanctiſſimorum dogmatibus, gloſſis, commentis, cęteriſq; dictis alligari, quicũq; citra vel vltra diuini Verbi auctoritatem loquũtur: Quodcunq; enim (vt ait Gregorius) ab eo auctoritatem non habet, eadem facilitate cõtẽmnitur qua probatur: Huius autem verbi ſciẽtiã nulla ſchola Philoſophorũ, nulla Theologarũ Sorbona, nec quorumcũq; ſcholaſtichorũ gymnaſia nobis tradidere: ſed ſolus Deus atq; Ieſus Chriſtus per Spiritũ ſanctum in illis ſcripturis quę Canonicæ vocantur, quibus iuxta diuinum pręceptum nihil addere licet, nihilq; detrahe. Quiſquis enim (etiã ſi Angelꝰ de Cœlo) id egerit Anathema eſt, & a lege Domini maledictus eſt: Huius Scripturæ tanta maieſtas eſt tãta energia, vt nulla externa cõmẽtaria, nullas humanas, nec Angelicas gloſſas pa-

1. Ti. 6.

Omniũ ſcripta ad verbũ Dei examinanda.

Gregorius.

apoc. 22. Gal. 1.

tiatur. Nec tanꝗ cerea ad humanorum ingeniorū placita ſe flecti permittat, nec more humanarum fabularū in varios ſenſus ſe tanꝗ Prothe⁹ aliquis Poeticus tranſformari aut tranſfundi patiatur: Sed ſibiipſi ſufficiēs, ſe ipſam exponit & interpretatur, & omnes iudicās, a nullo iudicatur. Maior enim eſt eius auctoritas (vt ait Auguſtinus) ꝗ omnis humani ingenii perſpicatas: vnum enim conſtētem, ſimplicem, & ſanctum ſenſum habet, quo ſolo conſtat veritas, quo ſolo pugnatur & vincitur: Cæteri vero extra hūc, ſenſus Morales, Myſtici, Coſmologici, Tipici, Anagogici, Tropologici, & Allegorici, qbus plæriq; illam variis ac peregrinis coloribus depingunt, docere quidem nos & perſuadere ad plębis ædificationē recte & vere aliqua poſſint: verum ad auctoritatem verbi Dei cōfirmandam, probare aliquid, vel impugnare, ſiue reprobare non poſſunt. Nam adducat quis ī certamē horum aliquem ſenſuum, citet etiam eius quantumcunq; grauem auctorem, citet interpretē, citet gloſſam citet expoſitionem quorūlibet ſanctorum patrum, nō ita nos aſtringunt, quin liceat eluctari: Ex litera autem Scripturæ ex illius ductu & ordine vincula nectuntur, quæ nemo prerumpere, nemo euadere poteſt, quin omnes argumētationum machinas elidens ac diſſipās, dicere ac fateri compellat, quin digitus Dei eſt quin nūꝗ ſic loquutus eſt homo, quin non vt Scribę & Phariſæi loquitur, ſed vt poteſtatem habens. Eius vero auctores diuinitus inſpirati Canonē nobis ſaluberrima auctoritate fecerunt, cuius ea magnificētia eſt, vt cuncta ei credamus oportet, & quicquid pronūciauerit & docuerit, hoc abſque vlla retractione firmum & ſanctum teneatur: Sicut de hoc loquutus eſt Auguſtinus ſe ſolū eis libris qui Canonici appellantur, hūc honorem deferre, vt nullum ſcriptorum eorū erraſſe firmiſſime credat. Cæteris autem quantalibet doctrina ſanctitateq; polleant, ſe nolle credre, niſi euidenti ratione ex diuinis literis, quod a vero non abhorreat perſuadeāt: ad has nos relegat Chriſtus docens vt ſcrutemur ſcripturas. Ex illis iubet nos

1. Co. 2.

Scripturæ ſacræ ſenſus vnicus.

Exdo. 8
Iohā. 7.
Matt. 7.

Auguſtinus de ſcriptura canonica.

Iohan. 5

Apoſtolus omnia probare,vt teneamus quæ bona ſunt, I. The.5
atque probare Spiritus vtrũ ex Deo ſint,ac in illis poten I. Ioã.4
tẽ eſſe de oĩbus rationẽ reddere,& cõtradicẽtes redar-
guere,vt ſic ſpirituales effecti,oĩa dijudicem⁹,& a nullo
diiudicemur: Harũ aũt ſcripturarũ (dico canonicarũ) I. Cor.2
veritas & intelligẽtia a ſola Dei reuelantis auctoritate
dependet, quę non vllo ſenſuum iudicio, nulla ratione
diſcurrente,nullo Syllogiſmo demonſtrante, nulla ſci-
entia, nulla ſpeculatione, nulla contemplatione, nul-
lis denique humanis viribus comprehendi poteſt, niſi
ſola fide in Ieſum Chriſtum a Deo patre per Spiritum
ſanctum in animam noſtram tranſfuſa: quæ tanto qui-
dem ſuperior eſt atqne ſtabilior omni humanarum
ſcientiarum credulitate, quanto Deus ipſe hominibus
eſt ſublimior & veratior: Sed quid veratior ? immo ſo- Pſa. 115
lus Deus verax, omnis homo mendax, omne igitur Rho.5.
quod ex hac veritate non eſt, error eſt, ſicut quod ex
fide non eſt, peccatum eſt. Deus enim ſolus fontem
veritatis continet, a quo haurire neceſſe eſt, qui vera
dogmata cupit, cum nulla ſit nec haberi poſſit de ſe-
cretis naturæ, de ſubſtantiis ſeparatis, deq; ipſorum
auctore Deo ſcientia, niſi diuinitus reuelata: Diuina
enim humani viribus non tanguntur, & naturalia quo-
uis momento ſenſum effugiunt, quo fit, vt quam nos de
his ſciẽtiam putam⁹, is error ſit & falſitas, quod ita Eſai
as improperat Chaldæorum Philoſophis & Sapientib⁹
ad eos dicens: Sapientia tua & ſcientia tua ea ipſa dece Eſa.47
pit te, defeciſti in multitudine adinuentionum tuarum.
Cauet ſumma vigilantia Grammaticus ne quid peccet
in ſermone, incultũque, aut barbarum verbũ proferat,
vitæ autẽ ſordes atque peccata interim contemnit: Si-
militer & Poeta mauult vita claudicare quam carmine:
Et Hiſtoricus Regum & populorum geſta temporũque
ſeries, literis & memorię mandat, proprię vitę nullam
tenet rationem, & ſi teneat, nolit, pudetur confiteri:
Rhetor plus horret orationis inelegantiam, quam

vitę deformitatem: Dialecticus mauult manifeſtam ve
ritatem abnegare, quam ab aduerſaria vna Syllogiſtica
concluſiuncula diſcedere: Arithmetici & Geometræ
omnia numerant & metiūtur, animæ autem & vitæ nu
meros mēſuraſq; negligunt: Muſici quoq; ſonos atq; cā-
tus tractant contemptis morib⁹ animiq; diſſonātiis, cu-
iuſmodi Diogenes Sinopeus citabat, qui Lyræ chordas
ad harmoniā cōgrue aptitarēt, animi autē mores incō-
cinnos & incompoſitos habuiſſent: Luſtrant Cœlos &
Sydera Aſtrologi, & quid vēturum ſit in Mundo prædi
uinant aliis, quę autem ſub ipſis quotidie pręſentia im-
minent nō attendunt: Coſmimetrę notitiam dant ter-
rarum, formas mōtium, curſus fluminum, limites pro-
uinciarum: cęterum, neq; meliorem hominem faciunt,
neq; ſaniorem: Philoſophi rerū cauſas, & prīcipia ma-
gna iactantia inueſtigāt, ipſum autem Deum omnium
creatorē negligūt & ignorant: Inter Principes & Ma-
giſtratus nulla eſt pax, & alter in alterius exitium duci-
tur leui compendio: Curant ægrotorum corpora Medi-
ci, & proprias negligūt animas: Iuriſtę humanarum le-
gum obſeruātiſſimi, diuina pręcepta tranſgrediuntur,
quocirca prouerbio ceſſit: nec Medicum bene viuere,
Prouer- nec Iuriſtam bene mori: quod Medici genus hominum
bium. ſit intemperatiſſimum, Iuriſtę autem omnium qui viuūt
nequiſſimi, atq; quod cōtinuo videmus, & vnus illorum
nō infimę famę Baldus iuris interpres teſtatur, ſubita-
nea morte frequenter extinguuntur: Theologi autem
Dei mādata ſacraq; dogmata nobis clamādo prædicāt,
viuēdo autem longe deſtituunt, maluntq; Dei cognito-
res videri, quā eſſe amatores, atq; vtinam non etiā mul
ti illorum ſub prętextu Theologiæ defenderēt doctri-
nam Sathanę, veritatem verbi Dei cōculcantes atq; da-
mnantes. Nunc igitur qui cętera nouit omnia recte lo-
qui & ſcribere, carminiſq; vires, ſęculorum vices, argu
mentandi rationes, orationiſq; ornatus, Rhetoricoſq; co
lores & multarū rerum memoriam teneat, numerorum
proportiones atq; ſortes, vocum omnium harmoniam

ſaltationumq; modos, quãtitatem, omnium mẽſuras, radiorum omnium inflexus atq; reflexus, terræ mariſq; ſitus, ac magnitudines ædificiorũ omniũ, machinarumq; varias ſtructuras, bellorum certamina, aruorum cult⁹, animaliũ capturas, paſtiones & ſagimina, & omnẽ ſpeciem ruſticationis, omnem mechanicarũ artium & opificum induſtriam, picturam, ſtatuariam, fuſoriã, fabrilem, inſtitoriam, & nauigatoriam, aſtrorum curſus, atq; in hæc inferiora influxus, fatorumq; ingenioſas prędictiones, & quæcunq; futurorũ occultorumq; diuinacula & inexpugnabilia magicarum artium portẽta & pluſq̃ magica, cabaliſtica arcana, rerumq; omnium naturaliũ cauſas, tranſcẽdetiumq; altiſſimas ſedes & naturas, morũ cenſuras, Reipub. varias adminiſtrationes, domeſticaſq; diſciplinas, remedia morborum, medicaminum vires illorumq; agnitionem & mixiones, obſoniorũq; lautiſſimos adperatus, vertere rerũ ſpecies, & ex omnib⁹ elicere Mũdi ſpiritum. Sciat etiam vtraq; iura, aduocationumq; Forenſes tragœdias, Sorbonicas cõtentiones, Cucullionum hypocriſes, & Sãctorum Patrum pias de diuinis traditiones: is, inquam, qui hęc & ſi qua reliqua ſint omnia, norit, tamen nihil ſcit, niſi ſciat voluntatem verbi Dei, & fecerit illam, qui omnia didicit & hoc non didicit, fruſtra didicit, fruſtra ſcit omnia. In diuino verbo via eſt, in illo norma eſt, in illo meta eſt quo tendere oportet, qui nolit errare, & veritatem attingere; omnes reliquę ſciẽtię tempori & obliuioni ſubiectę ſunt: quin non ſolum hæ ſciẽtię & artes, ſed & hę literæ, & characteres, & linguæ quibus vtimur peribunt & reſurgent aliæ, & fortaſſe iam ſæpius extinctæ fuerunt, & ſępius iterũ reſurrexerũt. Neq; ipſa Orthographiæ ratio ſemper eadem fuit, nec ſimilis apud omnes, vel eodem ſęculo: & Latinæ linguæ genuina pronunciatio hodie nuſq̃ eſt: & priſci Hebræorum characteres perierunt, & non eſt eorum memoria, ſed quos nouos adinuenit Eſdras, & lingua eorum a Chaldęis corrupta eſt, quod omnib⁹ fere linguis contigit, vt nulla hodie ſit, quę ſuam antiqui-

Sine verbo Dei oĩa ſcire, eſt nihil ſcire.

Linguæ oẽs corruptæ.

tatem agnoſcat aut intelligat, ſubnaſcẽtibꝰ viciſſim nouis vocabulis deiectiſq; veteribꝰ, illiſq; porro rurſum reſtitutis, adeo nihil ſtabile, nihil diuturnum: Deniq; Terẽtiana ſentẽtia eſt, nihil eſſe iam dictum quod non ſit dictum prius: Ita forte nec factum quod nõ ſit factũ priꝰ: quin & bombardam, cuius recens Germanorũ inuentũ putãt fere omnes, nõnulli (inter quos eſt Volaterranꝰ) priſco æuo vſitatem fuiſſe, vel ex Vergilij verſiculis conuincere volunt.

Terentiana ſẽtentia.

Verg. in ſexto.

Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas,
Dum flammas Iouis ſonitus imitatur olympi,
Quatuor hic inuectus equis & lampada quaſſans,
Per Graium populos medięq; per Elidis Vrbem
Ibat ouans, Diuumq; ſibi poſcebat honores
Demens qui nimbos, & non imitabile fulmen
Aere & cornupedum curſu ſimularet equorum.

Eccl's. 1.
Nihil nouum eſt.
Eccl's. 2
Mar. 15. & Mar. 7.
Eſa. 40. 1. Pe. 1. Deu. 11. & Hier. 11.

Nonne de hoc loquutꝰ eſt Eccleſiaſtes, inquiẽs? Quid eſt quod fuit? ipſum quod factum eſt. Quid eſt quod factum eſt? ipſum quod faciendum eſt. Nihil ſub Sole nouum, nec valet quiſquam dicere: Ecce hoc recens eſt, iã enim preceſſit in ſæculis quæ fuerunt ante nos: non eſt priorum memoria, ſed nec eorum quidẽ quę poſtea futura ſunt erit recordatio apud eos, qui futuri ſunt in nouiſſimo. Et paulo inferius ait: Moritur doctus ſimul & indoctus: Quid ergo hic dicemus? niſi quia omnes ſciẽtiæ & artes obliuioni & morti ſubijciũtur, nec perpetuo manebunt in anima, ſed vnã cũ morte tranſibũt in mortem, dicente Chriſto, quia omnis plantatio quam nõ plãtauerit pater Cœleſtis, eradicabitur, & in ignem ęternũ mittetur, tantum abeſt vt ſcientia conducat immortalitati: ſolum autem verbum Dei manet in æternum. Cuius quidem cognitio nobis tam neceſſaria eſt, vt qui cõtempſerit, qui neglexerit, qui non audierit (teſte ipſomet verbo in Scripturis ſacris) inducet ſuper illum Deꝰ maledictionem, & perditionem, & iudicium ęternum. Nõ eſt ergo vt putetis ipſum ad ſolos Theologos perti-

nere,ſed ad omnē hominem,ſiue vir,ſiue mulier, ſiue ſenex,ſiue iuuenis,ſiue puer,ſiue indigena, ſiue aduena,ſiue pſelyt⁹,omnes ad ei⁹ cognitionē p data ſibi capacitatis gratia obligari, & ab illo ne ad feſtucā quidē diſcedendū. Hinc inuertere Lege pcipitur: Erunt verba hæc in corde tuo cunctis diebus vitæ tuę, & narrabis, & mandabis ea filiis tuis & nepotibus cuſtodire & facere ea,meditaberis ea ſedens in domo tua, & ambulans in itinere,dormiens ac cōſurgens, & ligabis ea tanquam ſignū in manu tua,eruntq; & mouebuntur inter oculos tuos,ſcribeſq; ea in limine & oſtiis dom⁹ tuæ. Sic Ioſue legit omnia verba & cuncta quę ſcripta fuerant ī Legis volumine coram omni multitudine,mulieribus, & paruulis, & aduenis. Et Eſdras attulit librum Legis coram omni multitudine virorū & mulierum,cunctiſq; qui poterant intelligere, & legit in eo aperte in platea: & Chriſtus iubet Euangelium ſuum prædicari omni creaturæ per vniuerſum orbem terrarū, idq; nō in tenebris, nō in aurem,nō clancularie,nō in cubiculis,nō ad aliquos ſegregatos Magiſtros & Scribas, ſed palam in lumine ſuper tecta ad Populum, ad turbas. Sic enim ait ad apoſtolos : Quod vobis dico, omnibus dico, quod dico vobis in tenebris,dicite in lumine : & quod in aure audiſtis,prædicate ſuper tecta. Et Petrus in actibus ait: Præcepit nobis prædicare Populo. Et Paulus iubet educari pueros in inſtitutione & admonitione Chriſti, quin ipſe Chriſtus increpauit diſcipulos phibētes paruulos ad illum accedere, quorū ſimplicitatem & humilitatē, vt nullis paruis opinionbus præuentum,nec vllis humanis ſciētiis inflatū habentes animū,diuinorum verborū auditori adeo neceſſariā eſſe docet,vt niſi quis ſicut paruulus effect⁹,omnino inept⁹ ſit Regno Dei: Hinc Chryſoſtomus in quadā Homelia vlt pueros præcipue diuinis literis occupari debere: quin etiā domi atq; priuatim viros cum vxoribus & liberis inuicem de ſacris literis diſputare,ac vltro citroq; & ferre & inquirere ſenētiam:

Theologia ęque ad oēs homīes ptinet.
Deu. 6 &. 11
Ioſue. 1. &. 8.
Eſdr. 8.
Mar. 16
Mat. 10.
Act. 10
Ephe. 6
Mat. 19
Mat. 8

Decret Nicenæ ſynodi.

Et Nicena ſynod⁹ decretis ſuis cauit, ne quis e numero Chriſtianorum ſacris Bibliorum libris careret: Scitote ergo nunc nihil eſſe in ſacris literis tam arduum, tam profundum, tam difficile, tam abſconditum, tam ſanctū quod ad omnes Chriſti fideles non pertineat. Quodue ſic cōcreditū ſit iſtis ſeſquipedalibus Magiſtris noſtris, vt id Chriſtianum populum debeant poſſintue celare.

Tota Theologia oīb⁹ fidelibus communis.

Quin tota ipſa Theologia omnibus fidelibus cōmunis eſſe debet, vnicuiqꝫ autem ſecundū capacitatē & mēſuram donationis Spiritus Sancti. Boni itaqꝫ Doctoris eſt vnicuiqꝫ ſecundū id quod cōfert quātū capere poteſt diſtribuere, illi quidem in lacte, alteri autem in ſolido cibo, & neminem neceſſariæ veritatis paſtu defraudare.

Genteis rerū nouarū inuētores prodiis colebāt.

¶ Tandem vt me aliquādo recolligam, audiſtis ex his quę ab initio hucuſqꝫ dicta ſunt, nihil aliud eſſe ſciētias & artes q̄ hominū traditiones, a nobis bona ī illos credulitate receptas, eaſqꝫ omnes cōſtare, non niſi ex reb⁹ dubiis & opinionibus per apparētes demōſtrationes, eſſeqꝫ omnes non tam incertas atqꝫ fallaces, q̄ ſimul etiā impias: Quocirca credere omnino impium eſt, illas poſſe nobis aliquā diuinitatis adferre beatitudinē. Gentiū hęc olim ſuperſtitio erat, qui rerum inuentores, & quos ſcientia vel arte aliqua præſtare reliquis intuebantur, eos diuinis honoribus venerabantur, atqꝫ in deorū ſuorum referebant numerum, templa, aras, & ſimulachra illis dedicātes, & ſub variis imaginibus illos colentes. Quēadmodum Vulcanus apud Ægyptios cū eſſe prim⁹ Philoſophus, & naturæ principia in ignē referret, ipſe deinceps ꝓ igne cultus eſt: & Aeſculapius, vt ait Celſus, quia rudem adhuc Medicinam paulo ſubtilius exercuiſſet, in Deorum numerum ob id recept⁹ eſt: Atqꝫ hæc eſt illa, nec vlla alia ſciētiarum deificatio, quā antiquus ille ſerpens huiuſmodi deorum artifex primis parentibus

Geñ.3

pollicebatur, inquiens: Eritis ſicut dii ſciētes bonum & malum. In hoc ergo ſerpente glorietur, qui gloriatur in ſcientia. Nemo ſiquidem poſſidere poterit ſcientiam, niſi fauore ſerpentis, cuius dogmata non niſi prę̨ſtigiæ

ſunt, & finis ſemper malus eſt, vt etiam apud vuulgus in Prouerbiū ceſſerit: Omnes ſcientes inſanire, cui adſtipulatur etiam Ariſtoteles, dicens: Nullā magnā eſſe ſcientiam abſq; mixtura demētię, ipſeq; Auguſtinus teſtatur multos ſciēdi deſyderio amiſiſſe ſēſum: nulla res Chriſtianę religioni atq; fidei, tam repugnat q̄ ſcientia minuſq; ſeinuicem compatiuntur: Scimus enim ex Eccleſiaſticis Hiſtoriis etiam experientia ipſa edocti, quo modo inualeſcente fide Chriſti ceciderint ſcientiæ, ita q́ maxima & potior earum pars pœnitus perierit: nam Magicæ illæ potentiſſimæ artes ſic abierūt, vt ne veſtigia quidē ſuperſint: e tot Philoſophorū ſectis vix vna reſtitit Peripatetica, nec ea quidē integra. Neq; vero vnq̄ melius habuit ſecuriuſq; quieuit Eccleſia, q̄ dum ſcientiæ illæ omnes in arctū deductæ erant, cum Grāmatica non eſſe niſi apud vnū Alexandrum Gallum, Dialecticæ præeſſet Petrus Hiſpanus, Rhetoricæ ſufficeret Laurentius Aquilegius, Hiſtoriis faſciculus tēporum ſatiſfaceret: Pro Mathematicis diſciplinis computus Eccleſiaſticus: reliquis omnib9 vnus ſatis eſſet Iſidor9. Nunc vero vbi linguarum peritia, dicendi ornatus & auctorū numerus reuiuiſcunt, inualeſcunq; ſciētiæ, turbatur Eccleſiæ tranquillitas, & nouæ inſurgunt hæreſes: Neque vero eſt vllum hominū genus ſuſcipiēdæ Chriſtiane doctrinæ minus idoneum q̄ qui ſcientiarum opinionibus mentem iam imbibitam habent: Hi enim tam pertinaces & obſtinati in ſuis opinionibus ſunt, vt Spiritui ſācto nullum locum relinquāt, ac ꝓpriis viribus, ꝓprioq; ingenio ſic innituntur atq; cōfidunt, vt nulli veritati cedant, nec admittant, niſi quā Syllogiſticis rationib9 poſſunt oſtendere: quæ autem Propriis virib9 & induſtria inueſtigare aut intelligere nequeūt, ridēt atq; aſpernantur: Ideoque Chriſtus abſcondit hanc a ſapientibus & prudentibus, & reuelat eam paruulis, qui videlicet ſunt pauperes Spiritu, nullos ſciētiarum theſauros poſſidentes, qui ſunt mundi corde, nullis ſcientiarum opinionibus inquinati, & in quorū corde tanquā in tabula raſa

Prouerbium.

Aliæ ſciētię, creſcēte verbo diuino ceciderunt.

Mat. 11

nihil adhuc depictum eſt humanarum traditionū, qui ſunt pacifici, nō ſectatores, non contentioſi, nec rixoſis Syllogiſmis veritatem expugnantes, & qui perſequutionem patiuntur ꝑpter veritatem & iuſtitiā ab illis cōtentioſis Sophiſticis, ac pro Beanis & Aſinis ridentur, & traducuntur in Scholis, ꝓhibentur a pulpitis, eiiciūtur gymnaſiis, nōnunq̄ calūniātur Hæretici, etiam periculum capitale in eos ſtatuitur, & diris ſuppliciis vita priuantur, ſic Athenis olim Socrates veneno ſublat⁹, Anaxagoras vltimo ſupplicio adiudicatus, Diagoras capitis libello accuſatus, ſed ille inſtantem necem celeri fugas euaſit: Inter Hebræorū etiam Prophetas Eſaias in partes diſſectus, Hieremias lapidibus obrutus, Ezechias cæſus, Daniel ad beſtias dānatus, Amos fuſte occiſ⁹, Micheas in præcipitium datus, zacharias apud arā trucidatus, Helias a Iezabele perſequut⁹, quæ & ipſa plurimos occidit prophetas: Quin & ſanctus ille patriarcha Abraam in Chaldaicam fornacē ꝓiectus: Sic & Chriſti apoſtoli & diſcipuli infinitiq; martyres diuinitatis Chriſti teſtes multiplicibus tormentis occiſi ſunt. Oēs autē iſti non alia ex cauſa q̄ ꝙ iſti ſanctius, de deo ſentirent quam iſti mundi ſapientes: Ecce hi qui ſic in paupertate Spiritus, puritate cordis, & pace conſcientiæ paruuli & humiles ſunt, parati etiam ſanguinem pro veritate effundere, hi, inquam, ſunt quibus ſolis datur illa vera & deificans ſapientia, quæ nos in Deorum beatorum choros refert, ac in ſimiles beatos Deos transformat: ſicut hæc nos clare docet Chriſtus, inquiens: Beati pauperes ſpiritu, quoniam eorum eſt Regnum Dei. Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt Regnum Celorum. Melius eſt ergo & vtilius Idiotas & nihil omnino ſcientes exiſtere, & per fidem & charitatem credere, & proximum fieri Deo, quam per ſubtilitates ſcientiarum elatos, & ſuperbientes cadere in poſſeſſionē ſerpentis: ſic legim⁹ in Euangeliis quo

Margin notes: Sap. 5 — Dan. 6. — 2 pa. 24 — 3. Re. 19 — heb. 11. — Mat. 5 — Mat. 21.

modo Chriſtus ab Idiotis, a rudi plebecula, & ſimplici Populorum turba ſuſceptus eſt, qui a Principibus Sacerdotum, a Legiſperitis, a Scribis, a Magiſtris & Rabbinis reſpuebatur, contemnebatur, & ad mortem vſque perſequutus eſt: hinc & Chriſtus ipſe Apoſtolos ſuos non Rabinos, non Scribas, nõ Magiſtros, nec ſacedotes elegit, ſed e rudi vulgo Idiotas omnis literaturæ pene expertes inſcios & aſinos. ¶ Sed ne quis me calumnietur quod Apoſtolos vocarim aſinos, ipſius Aſini myſteria paululum quidem, ſed non extra propoſitum digrediẽtes paucis explicabimus: hũc enim Hebræorum Doctores fortitudinis ac roboris excelſi patiẽtiæq; & clementiæ ſymbolum eſſe exponunt, eiuſq; ĩ fluxuum aſephiroth quod hochma, hoc eſt, ſapientia dicitur dependere. Eius nãq; conditiones ſapiẽtiæ diſcipulo neceſſariæ maxime ſunt: viuit enim exiguo pabulo, eoq; qualicunq; contentus, tolerantiſſimus penuriæ, famis, laboris, plagarum, negligentiæ, omniſq; perſequutionis patiẽtiſſimus, ſimpliciſſimi ac pauperrimi ſpiritus, vt ne inter lactucas quidẽ & carduos diſcernere ſciat, corde innocenti, ac mundo, ac bili carens, cum omnibus animantibus pacẽ habens, oĩbuſq; oneribus patienter dorſum ſupponens, in quorum remunerationem caret pediculis raro morbis afficitur, tardiuſq; quam vlum armentum deficit. Plurima, inquit Columella, Aſini & neceſſaria opera ſupra portionẽ reſpondẽt, cum & facilem terram aratro proſcindat, & nõ minima pondere vehicula trahat. Iam vero molarũ & conficiendi frumenti pene ſolennis eſt huius pecoris labor, omne rus tam neceſſarium inſtrumẽtum deſyderat Aſſellum, qui plæraq; vtenſilia & vehere in Vrbem, & reportare collo vel dorſo commode poteſt. In augurio etiã quam ſalutaris nuncius ſit Aſinis, iteſtatur Valerius de C. Mario qui olim Auſtri & Aquilonis domitor, tandem patriȩ hoſtis declaratus, & a Sylla perſequutus, Conſultore ac Duce Aſino, Syllæ minas euaſit: aſinũ au ctorẽ fugȩ & ſalutis habuit, Ianq; etiã in vetere Lege

Luc. 19. & 17.

Chriſtus Idiotas pro Apoſtolis elegit.

Ad encomium. Aſini digreſſio.

Columella de aſino.

Aſinus ĩ augurijs ſalutaris

Exo.11. ſic aſinum Deus ipſe honorauit, vt cū iuberet omne pr mogenitum occidi in ſacrificium, ſolis aſinis cum hominibus pepercit, videliecet permittēs hominē precio redimi, & pro aſino ouem commutari, hunc, quæ conſtās fama eſt Chriſtus ſuæ natiuitatis teſtem eſſe voluit, in hoc

Math.2. a manibus Herodis ſaluari voluit, atq; ipſe aſinꝰ etiā cōtactu corporis Chriſti conſecratus eſt crucisq; ſignaculo

Zach.9. Mat. 21. Ioan.12. inſignitus: nam Chriſtus ipſe pro redemptione humani generis triumphaturus aſcendens in Hieruſalē, teſtibus Euāgeliſtis, hunc vectorem conſcendit, ſicut id magno myſterio per zachariæ oraculum prædictum fuit, & ipſe

Geñ,22. Prouerbuim. electorum pater Abraam aſinis tantum equitaſſe legitur, vt non inane ſit illud apud vulgus vetus Pronerbiū quo dicitur Aſinus portare myſteria, quo nunc ego vos egregios illos ſciētiarum profeſſores, quinimo Cumanos aſinos admonitos volo, quod niſi humanarum ſcientiarū depoſitis ſarcinis ac leonina illa (nō quidem a Leone il

Apo.5. lo de tribu Iuda, ſed ab illo qui circuit rugiens & querēs

1.Pe.5. quē deuoret) mutuata pelle exuta, in nudos & puros Aſinos redieritis, eſſe vos portandis diuinæ ſapiētiæ myſterijs omnino penituſq; inutiles: neque vero Apuleius ille Megarenſis ad Iſidis ſacra myſteria vnquam admiſſus fuiſſet, ni priuse Philoſopho verſus fuiſſet in Aſinum.

Legimus diuerſorum animantium miracula, Elephātem Græcos pinxiſſe characteres, eundem etiam Ariſtophani Grammatico riualem, Stephano polidem puellam adamaſſe tradit Plutarchꝰ, quin & Draconem adamaſſe puellam Aetholidem apud eundem auctorē legimus, eundē etiam ſuum ſeruaſſe nutritium & ad agnitā vocē accurriſſe a multis creditum eſt, Et apud Pliniū legimus Aſpidem ad menſam cuiuſdā quotidie venire ſolitam, cum ſenſiſſet ab vno catulorum ſuorū hoſpitis filium interemptum, in violati hoſpitij pœnarum, necē intuliſſe catulo, nec poſtea præ pudore in tectum id reuerſam. Recēſet idemÁntherā ob eductos e fouea catulos retuliſſe homini gratias. & extra ſolitudines eductū in viam publicam reſtituiſſe Iam vero & Cyrum a cane, &

Romanæ Vrbis conditores a Lupa nutritos,cum eſſent
expoſiti,celebratum eſt,Tranſeo Delphinorum miracu
la, & Leonum agnita beneficia relataſque gratias, Ta-
ceo Vrſam dauniam,ac Bouem Tarẽtinum a Pythago-
ra manſuefactos,horunque ſimilia permulta: ſed quod
omnium prodigiorum vincit admirationẽ, Ammonius
Alexandrinus ſummus ſuo tempore philoſophus, diui
Origenis & Porphyrij præceptor, Aſinum ſapientiæ au
ditorem illis condiſcipulum habuiſſe legitur, quinetiam
ex ſacra Bibliorum hiſtoria ſcimus Aſinum aliquãdo ꝓ
phetico ſpiritu donatum:nam cum Balaam vir ſciẽs & Nu. 22.
Propheta exiret vt maledicere populo Iſrael, angelum
Domini nõ vidit,vidit autẽ aſinus, & humana,voce ad
ſeſſorem Balaam loquutus eſt:Sic,inquam,ſepiſſime vi
det ſimplex & rudis idiota,quæ videre nõ poteſt depra- Iudi.15
uatus Humanis ſciẽtijs ſcholaſticus Doctor,Nonne Sã-
ſon in maxilla Aſini,in mandibula pulli Aſinarum per-
cuſſit,& deleuit viros Philiſtiorum? ſitienſq; orauit Do-
minum,qui aperuit molarem dentẽ in maxilla Aſini, &
egreſſæ ſunt aquæ viuæ, quibus hauſtis, refocillati ſunt
ſpiritus & vires eius.Nonne Chriſtus in bucca Aſinorũ
ſuorum ſimplicium & rudium idiotarum Apoſtolorum
& diſcipulorum ſuorum vicit,& percuſſit omnes Philo-
ſophos gentium & legiſperitos Iudæorum omnemq; hu
manam ſapientiam proſtrauit atq; confecit? propinans
nobis ex illorum ſuorum Aſinorum maxilla,aquas vitæ
& ſapientiæ ęternæ.Iam vero in Eccleſiaſticis hiſtorijs
& ſanctorum geſtis varia & multa legimus illorum pre
cibus in diuerſa animalia collata diuino munere benefi
cia:verum nullum vnq̃ animal a mortuis ſuſcitatum le-
gimus,præter Aſinum illum quẽ beatus Germanus Bri-
tonum Epiſcopus in vitam reuocauit,quo ĩſigni miracu
lo oſtenſum videtur, Aſinum ipſum etiam poſt hãc vitã
participare immortalitatis. Ex ijs igitur quæ iam dicta
ſunt,Sole clarius liquet nullum animal tam eſſe diuinita
tis capax q̃ Aſinum,in quem niſi verſi fueritis diuina my
ſteria portare nõ poteritis,Proprium id olim apud Ro-

manos Chriſtianorum nomen erat, vt vocarentur Aſinarij, ipſamq; Chriſti imaginem Aſininis auribus pingere ſolebant, teſtis horum eſt tertulianus: quocirca iam non indignentur, nec ſibi opprobrio reputent noſtri Pontifices & Abbates, ſi apud iſtos ſcientiarum Gigãteos Elephantes aſini ſint atq; vocentur, nec miretur Chriſtianũ vulgus, ſi apud iſtos Eccleſiarum præfectos. & ſacrorũ noſtrorum myſtas quo quiſq; doctior eſt, tãto is inter reliquos fiat paucioris: non enim faciunt ad Aſinorum aures luciniarum cantus, & moduli, atq; nec Aſinorum inſuauem, & minime muſicum ruditum ad lyram cõſonare in prouerbio eſt, atq; tamen ex aſinorum oſſibus exẽpta medulla, omnium optimæ fiunt tibiæ, quæ ſpiritu inflatæ, ſicuti omnium auium eloquentiſſimam canoritatem, ac cuiuſq; lyrę aut cytharæ elogantiſſimos ſonos lõgiſſime ſuperant, atq; vincunt, ita religioſi iſti idiotę ſuo aſinino clangore, omnes loquaciſſimos Sophiſtas ſuperant atque pręcellunt. Sic legimus nonnullos gentilium Philoſophos ad antonium viſendum veniſſe differendi gratia, & breui ſermone ab eo captos, cum rubore & verecundia abſceſſiſſe. Legimus etiam ſimplicem & idiotam hominẽ quendam, in litteris exercitatiſſimũ, ac verſutiſſimũ hæreticũ paucis verbis deuiciſſe, ac reduxiſſe ad fidem, quem doctiſſimi viri & Epiſcopi qui ad Nicenum cõcilium conuenerant, diuturna & anxia admodũ diſputatione non poterant, ſuperare: Interrogatus autẽ poſtea ab amicis, quomodo idiotæ ceſſiſſet, qui tantis reſtituiſſet doctiſſimis Epiſcopis, reſpõdit ſe Epiſcopis, facile ꝓuerbis verba dediſſe, huic aũt idiotę, qui nõ ex humana ſapiẽtia, ſed ex Spiritu loq̃batur, reſiſtere nequiſſe.

Prouerbium.

Vos igitur nunc o Aſini, qui iam cum veſtris filij ſubiugalibus, iuſſione Chriſti per eius apoſtolos veræ ſapientie nuncios prælectoreſq; in ſancto eius Euangelio, ſoluti eſtis a caligine carnis & ſanguinis, ſi diuinã hãc & veram non ligni ſcientiæ boni & mali, ſed ligni vitæ ſapientiam aſſequi cupitis, proiectis humanis ſcientiis omniq; carnis & ſanguinis indagine, atq; diſcurſu, qualeſcũq;

Mat. 21. Lucę, 16 Gen. 2,

illæ ſint, ſiue in ſermonũ rationibus, ſiue in cauſarũ perſcrutationibus, ſiue in operum & effectuum meditationibus vagentur, iã non in ſcholis Philoſophorũ & gymnaſijs Sophiſtarum, ſed ingreſſi ĩ voſmetipſos, cognoſcetis omnia: concreata eſt enim vobis omnium rerum notio, quod vt fatentur Academici, ita ſacræ literæ atteſtantur, quia creauit De⁹ omnia valde bona, in optimo vide licet gradu, in quo conſiſtere poſſent: is igitur ſicut creauit arbores plenas fructibus, ſic & animas ſeu rationales arbores creaui plenas formis & cognitionibus: ſed per peccatũ primi parẽtis velata ſunt oĩa, intrauitq; obliuio mater ignorantiæ. Amouete ergo nunc qui poteſtis velamen intellectus veſtri, qui ignorantiæ tenebris inuoluti eſtis. Euomite lethæum poculũ, qui voſmetipſos obliuione inebriaſtis: Euigilate ad verum lumẽ, qui irrationabili ſomno demulcti eſtis, & mox reuelata facie tranſcendetis de claritate in claritatem: vncti enim eſtis a ſancto (vt ait Ioãnes) & noſtis omnia: & iterum, nõ neceſſe habetis vt aliquis vos doceat, quia vnctio ei⁹ docet vos de omnibus: Ipſe enim ſolus eſt qui dat os & ſapientiã: Dauid, Eſaias, Ezechiel, Hieremias, Daniel, Ioãnes Baptiſta, multiq; cæteri Prophetæ & Apoſtoli literas nõ didicere, ſed ex paſtorib⁹, ruſticis & idiotis effecti ſunt rerum omnium doctiſſimi: Solomon in vnius noctis ſomnio omnium ſuperiorum & inferiorum ſapientia repletus eſt, ſimulatq; rerum gerendarum prudentia, adeo vt nullus ei par extiterit: Et omnes hi homines fuerũt mortales, ſicut & vos eſtis, quin & peccatores: Dicetis forſan pauciſſimis admodum hæc contigiſſe,

Gẽn.1.

Gẽn.3.

1.Io.1.

3.Re.3.

Et pauci quos æquus amauit
Iupiter, aut ardens euexit ad æthera virtus
Dijs geniti potuere. Ver.1.6

¶ Sed nolite deſperare, non eſt abbreuiata manus Domini omnibus inuocantibus eum: qui illi fidele præſtant obſequiuum. Antonius & Barbarus ille ſeruus Chriſtianus triduanis precib⁹ plenariam diuinorum noticiam, (quod teſtatur Auguſtinus) conſequuti ſunt. Qui autem Eſa.39.

non poteſtis cum Prophetis, & Apoſtolis, & ſanctis illis viris claro & reuelato intellectu ea intueri, Procuretis intellectu ab his qui vero intuitu ea conſpexerunt, hæc via quærenda ſupereſt, ſicut ait Hieronymus ad Ruffinum, vt quod Prophetis & Apoſtolis Spiritus ſuggeſſit, vobis ſtudio literarum quærendum ſit, earum, inquam, literarum quæ diuinis oraculis traditæ, & ab Eccleſia vnanimi conſenſu receptę ſunt, non quæ humanis ingenijs excogitatæ, quia hæ non illuſtrant intellectum, ſed obtenebreſcere faciunt: Igitur ad Moſen, ad Prophetas, ad Solomonem, ad Euangeliſtas, ad Apoſtolos recurendum eſt, qui omnimoda doctrina, ſapiētia moribus, linguis, vaticinijs, oraculis, prodigiis, & ſanctitate coru ſcātes, de diuinis ex ipſo Deo, de inferioribus autem ſupra homines loquuti ſunt, omnia Dei & naturæ ſecreta nobis clara luce tradiderunt. Omnia enim Dei & naturæ ſecreta, omnis morum & legum ratio, omnis pręteritorum, pręſentium, & futurorum noticia in ipſis ſacris Bibliorum eloquiis traduntur. Quo ergo præcipites ruitis vos? qui quæritis ſcientiam ab illis, qui ipſi in inquirendo omnem ætatem ſuam cōſumpſerunt, & tempus, & induſtriam perdiderunt, nec vllam veritatem inuenire potuerunt. O ſtulti & impij, qui poſt habentes dona Spiritus ſancti, laboratis vt a perfidis Philoſophis & errorū magiſtris diſcatis ea, quæ a Chriſto & Spiritu ſancto ſuſcipere deberetis. An putabitis nos poſſe ex Socratis ignorantia haurire ſcientiam? ex Anaxagoræ tenebris lucem? ex Democriti puteo virtutem? ex Empedoclis inſania prudentiam? ex Diogenis dolio pietatem? ex Carneadis & Archeſilai ſtupore ſenſum? ex impio Ariſtotele & perfido Auerroe ſapientiam? ex Platonicorum ſuperſtitione fidem? erratis admodum valde, & decipiemini ab his qui fuerunt decepti. Sed reuocate voſmetipſos, qui Veritatis cupidi eſtis, diſcedite ab humanarum traditionum nebulis, adſciſcite verum lumē Vox ecce de cœlo, vos deſurſum docens, & Sole clarius oſtendens, quid vobis inqui eſtis, & ſapientiā ſuſcipere

cunctamini? Audite oraculum Baruch, Deus, inquit, eſt Bar.3.
& non ęſtimabitur alius ad illum, hic adinuenit omnẽ
viam diſciplinę, & tradidit eã Iacob puero ſuo, & Iſrae
li dilecto ſuo, dãs legem & pręcepta, atq; ordinãs ſacri-
ficia, poſt hęc ĩ terris viſus eſt & cum hominibus cõuer
ſatus eſt, videlicet factus caro, & aperto ore docens
quæ in lege & Prophetis ænigmatice tradiderat: Et ne
putetis ad diuina dũtaxat, & nõ etiam ad naturalia hęc
referri, audite quid de ſeipſo teſtatur ſapiens: Ipſe, in-
quit, mihi dedit eorum quę ſunt ſcientiã veram, vt ſci- Sap.7.
am diſpoſitiones orbis terrarum, & virtutes elemento-
rum, initium, conſummationẽ, medietatem, & viciſſitu-
dines temporũ, anni curſus, ſtellarum diſpoſitiones, na
turas animalium, iram beſtiarum, vim vẽtorum, cogita-
tiones hominum, differẽtias virgultorum, virtutes radi
cum, & quęcuuq; ſunt abſcondita, & improuiſa, didici:
omnium enim artifex docuit me ſapiẽtiam: Indeficiẽs
enim eſt diuina ſciẽtia, cui nihil celabitur, nihil accedit,
ſed comprehendit omnia. Scitote ergo nunc, quia non
multo labore iſthic opus eſt, ſed fide & oratione, non lõ
gi temporis ſtudio, ſed humiliate Spiritus, & munditia
cordis, non librorũ multorum ſumptuoſa ſupellectile,
ſed expurgato intellectu, & veritati veluti clauis cum ſe
ra, coaptato: nam librorum turba onerat diſcentem, nõ
inſtruit, & qui multos ſequitur auctores, errat cum mul
tis. In vno ſacro Bibliorum volumine omnia continen-
tur, & traduntur: ea autẽ lege, vt non niſi ab illuſtratis
percipiãtur, ceteris ſint parabolę & ænigmata, multiſq;
ſignaculis pręcluſa: Orate igitur ad Dominum Deum
in fide, nihil hæſitantes, vt veniat Agnus de tribu Iuda, Apoc.5.
ac librum vobis aperiat ſignatum, qui Agnus ſol[9] eſt ſã-
ctus & verus, qui ſolus habet clauẽ ſcientię & diſcretio-
nis, qui aperit & nemo claudit, qui claudit & nemo po-
teſt aperire: Hic eſt Ieſus Chriſtus Verbum & fili[9] Dei
patris, & ſapientia deificans, verus Magiſter, factus ho
mo ſicut ſumus nos, vti nos peficeret filios Dei, ſicut eſt
ipſe, qui eſt benedictus in omnia ſęcula. Sed ne diutius

ſermocinando vltra clepſydram (vt dicitur) declamem, hic orationis noſtræ finis eſto.

FINIS.

AD LECTOREM.

SI VERVM eſt quod Oratius ait, Omne tulit pũctum qui miſcuit vtile dulci, multis ſane nominibus hic liber Agrippæ vobis gratiſſimus eſſe debet: nimirum in quo dubites, plus ne ſit frugis an iucũditatis: Ita vera dicendo delebat, & delectando, veritatẽ in Democritis puteo demerſam, velut poſt liminio in lucẽ reuocat, dum omnes omnium ſcientias ad ſacram illã ſcripturam diuinitus (vt inquit Apoſtolus) inſpiratam, velut ad Lydium aliquem lapidem examinat: tam appoſite ſciteq; rem ipſans citra circuitionem aliquam explicans, vt nullus Appelles penicillo melius exprimere potuiſſet: Verum ſi quibus forte tam tenellæ ſunt aures, vt mordacem hanc veritatem ferre æquo animo nequeãt, atq; ob id lingua viperina obliqui cæperint, nimirum ꝙ in ſuam profeſſionem quippiam min⁹ pro dingnitate dictum putent: ij meminerint ſe nihil aduerſus auctorem dicere, ſed ſuam ipſorũ ſceleratam conſcientiam prodere: Nihil enim peculiariterin facultatem aliquam ſcriptũ eſt, ſed generatim in omnes: Qui vicia ſua agnouerit, cuitq; conſcientia ſecretã in aurem obganniuerit, vt Perſius inquit, illum ſumma ope adniti decet, vt ſeſe corrigat: ſin minus, nihil in ſe dictũ putet: Cõtra, ſi quis meliora candide ac citra inuidentiã in medium adferre poterit, is non ſolum apud ſtudioſos omnes, verum etiã apud ipſum auctorem ſe ſummam gratiam initurum nihil ambigat. Bene Vale ex officina noſtra.